



VETERIS GEMMÆ

*BREVIS EXPLANATIO.*

VETTER'S GYMNASIUM

BRIDGE STREET, NEW YORK

VETERIS GEMMÆ  
AD CHRISTIANUM USUM  
EXSCALPTÆ  
BREVIS EXPLANATIO  
AD  
ACADEMICOS ETRUSCOS  
CORTONENSES



TORSEMA SACRVM  
EX SARDONICHEBICOLORI  
HVIVS MAGNITVDINIS  
*Romæ in Museo Vaticano*

ROMÆ

Ex Typographia Rochi Bernabò, MDCCXXXII.

PRÆSIDVM FACVLTAŒ.

EXEMPLA ex vetere memoria, & monumentis, ac literis, plena dignitatis, plena antiquitatis. Hæc plurimum solent & auctoritatis habere ad probandum, & jucunditatis ad audiendum. *Cicero actione II. in Verrem.*




# VETERIS GEMMÆ

AD CHRISTIANUM USUM

EXSCALPTÆ

BREVIS EXPLANATIO



EMINEM latere potest, quam a vero aberrant ii, qui veterum Christianorum lipsana intractata relinquenda censent, utpote inelegantia, quæque si cum Græcorum, Romano-

rumque veteribus monumentis comparentur, ad eruditionem, ut ipsi existimant, parum conducant. Animadvertere enim eos oportebat, hæc sacre vetustatis reliquias profanis esse præferendas, cum illæ majorum nostrorum religionem & mores exhibeant, nec tantummodo animum nostrum erudiant, verum ad virtutem excolendam, eorumque pietatem imitandam exstimulent, atque accendant. Quamobrem Christianæ Antiquitatis studiosis cultoribus, non inutile, neque injucundum visum est sacram hanc Gem-

mam spectandam proponere, & in lucem proferre.

Sardonix ea est bicolor, cui Beatissimæ Virginis Dei Genetricis Mariæ protome exsculpta est a non pœnitendo artifice sæculo 1 x. Capite velato visitur, flexisque ad cubitum brachiis, manibusque expansis, orantis in speciem, idest apud Deum deprecantis. Hoc enim corporis statu Christianos orare consuevisse, docet Eusebii locus in Constantini Magni vita, Libro IV. cap. 25. loquentis de ejusdem Imperatoris imagine: *Τὰ χεῖρες δ' ἐκταμύθη δ' ἄρμας χήματι*: *manibus expansis, precantis in modum*: apertius Tertullianus Libro de Oratione Cap. XIII. *atqui cum modestia, & humilitate adorantes magis commendabimus Deo preces nostras; ne ipsis quidem manibus sublimius elatis, sed temperate, ac probe elatis, ne vultu quidem in audaciam erecto &c.* atque ita se se composuisse dixerim, ut ab Ethnicorum orandi more, quam longe abessent. Hi enim, uti observavit Barnabas Brissonius ex Homeri interprete, & Dionysius Lambinus Libro III. Carminum Horatii. Ode 23. sublati ad cœlum manibus cœlestes, ut ipsi putabant, Deos orabant, Marinos vero ad mare porrectis, Inferos autem Deos deprecabantur pulsata manibus

ter-

terra . Sed ad Christianorum ritus , de quibus institutus est sermo , nostra redeat oratio .

Similem huic nostræ Imaginem Dei Genetricis pingi iusserat in abside novæ ædis a se in honorem Beatæ Virginis in Palatio constructæ Basilius Macedo Imperator , cujus sacræ ædis descriptionem exornavit Photius Constantinopolitanus Patriarcha , magna , sed mala fama notus , quam descriptionem publici juris fecit Clarissimus Vir Anselmus Bandurius Imperii Orientalis Tomo I. Libro VI. pag. 140. ita ille describit : ἡ δ' ἀπὸ τῆς θυσιασθείας ἀνεγαερωδῶσα ἀψὶς τῆ μορφῆ τῆς παρθένου περιεστράπτεται τὰς ἀρχάντας χάρας ὡς ἡμεῖς ἐξ ἀπλόσης , καὶ περὶ τοῦ βασιλεῖ τὴν σωτείαν , καὶ τὰ ἐν ἡμῶν ἀνδραγαθήματα . *Absis vero , quæ ab altari assurgit , Virginis forma resplendet , expansis nostri causa intemeratis manibus , ut Imperatori salutem , & victoriam de inimicis pariat .* Similem refert Ciampinus , Veterum Monumentorum Parte II. Cap. xv. tab. 31. sic etiam efficta videtur in duobus nummis æreis Joannis Imperatoris , & in aureo Emanuelis Comneni apud Cangium . Historiæ Byzantinæ illustratæ in Familiis Byzantinis pag. 168. & 201. In hisce autem , sicut & in nostra , utrinque ad Beatæ Virginis caput , compendiariis literis legitur :  $\overline{M-P}$   $\Theta \Upsilon$  MATER DEI , quo præ-

conio præcipue post Ephesinum Concilium ea celebrabatur, ut observavit Magnus Annalium Parens Tomo v. ad annum 431. num. 176. ad evertendam scilicet, profligandamque Nestorii hæresim, quæ impii Dogmatis peste Orientem invaserat. Eadem narrantur in Collectione Conciliorum Philippi Labbei, & Gabrielis Cossartii Tomo III. Columna 551. & sequentibus noviss. edit. & in notis ad Concilium Ephesinum. Actione VII. Columna 1770.

In averfa Gemmæ parte Crux exscalpta est, his literis ad latera apposis:  $\overline{\text{ΚΕΒ}} \quad \overline{\text{ΛΕΟ}}$   
 $\text{ΤΙΔΕ ΣΠΟΤ} \quad \text{κύριε βοήθει λέοντι δεσπότη: Domi-}$   
*ne adjuva Leonem Dominum.* Formula hæc Liturgica erat, qua Dei auxilium alicui precabantur. Muris urbis Selimbræ inscriptum est, ut refert Jacobus Sponius in Miscellaneis Eruditæ Antiquitatis Sectione x. pag. 332.

†  $\overline{\text{ΚΕΒΟΙΘΗΤΟ}} \quad \overline{\text{ΣΩΔΟΥΛΩ}}$   
 $\text{ΣΕΡΓΙΩ ΒΑΣΙΛΙ ΣΠΑΘΑΙΩ} \dots$  *sic*

*Domine adjuva servum tuum Sergium Regem &c.* aliaque persimilis epigraphe in muris Hadrianoi. Eadem legitur in tribus nummis Alexii, & Emanuelis Imperatorum ex familia Comnena, quos protulit Bandurius Numismatum Imperatorum Tomo II. pag. 754. & 758. Alia exempla adfert Cangius in dif-  
 fer-

fertatione de inferioris ævi numismatibus ad calcem Glossarii mediæ, & infimæ latinitatis num. 28. Hæc eadem formula etiam apud Latinos viguit, occurritque in perraro argenteo, & æreo numismate Constantinopoli cuso anno Christi DCXX. dum Heraclius Imperator contra Persas exercitum pararet, quod æri incisum edidit Cangius in Historia Byzantina pag. 112. in cujus posteriore parte legitur: DEVS ADIVTA ROMANIS, & in Mediobarbi Occone aucto novæ editionis, pag. 584. In Litaniis, ut vocant, Carolinis, ex veteribus codicibus a Joanne Mabillonio vulgatis Tomo II. Analect. pag. 682. invocante Clero Sanctorum patrocinium Adriano Pontifici, & Carolo Magno adhuc Romanorum Patricio, ac Pipino & Carolo ejus filiis, populus respondebat (jam olim sensim Latina lingua in Italicam, qua nunc utimur, abeunte) TU LO JUVA, hoc est, TU ILLUM ADJUVA.

Leo Despota, cujus nomen legitur in Gemma, fuit Flavius Leo Basilii Macedonis, & Eudoxiæ filius, Imperator a patre appellatus, & coronatus anno salutis DCCCLXX. die festo Epiphaniarum Indictione III. qui ob virtutes, ac præclara ingenii sui monumenta SAPIENS dictus fuit, ejus nummus extat apud  
Can-

Cangium in Familiis Byzantinis pag. 139. cum hoc lemmate ΛΕΟΝ ΔΕΣΠΟΤΗΣ, Gemma nostra igitur exscalpta videtur, vel ante quam a patre ad Imperii societatem adsumptus esset, vel ipso superstite ea Leo animi moderatione usus est, ut inferiore titulo voluerit appellari; ita in aureo Nicephori, & Stauracii Imperatorum nummo, licet hîc jam Imperatorium diadema accepisset, patre tamen vivente, non *BASILEUS*, idest *Imperator*, sed *DESPO* | *TA*, *Dominus* dici voluit. Adi sæpe laudatum Cangium in dissertatione de inferioris ævi numismatibus. num. 35.

Consueviffe Græcos Imperatores, ac Principes sacras hæc Imagines gemmis exscalptas cum Sanctorum reliquiis, aureis thecis inclusas, aureisque catenulis e collo ad pectus adpenfas solemnioribus festis diebus gestare, *veluti certum Imperii pignus*, narrat Guntherus, Parisiensis Cœnobii in Basiliensi Dioecesi Cisterciensis Monachus, in Historia Constantinopolitana, apud Henricum Canisium, Antiquarum Lectionum Tomo v. pag. 393. primæ editionis, referens Martinum Abbatem, hujus generis auream thecam, in direptione Constantinopolis acceptam, in qua præter Sanctorum reliquias: *miræ magnitudinis Jaspis hærebat Christum medium inter*  
*Bea-*

Beatam Virginem, & Joannem Evangelistam referens, atque admirandæ item magnitudinis Saphirus, ubi Divina Majestas ea ratione, qua humanitus exprimi, atque adumbrari potest insculpta cernebatur, Philippo Sveviæ Duci, qui Imperatoris titulum sibi sumpserat, dono dedisse. Ex his conjicere licet in eundem usum apud Leonem Imperatorem, itemque Sapientissimum Principem Gemmam nostram fuisse, & forsan ad exemplum Imaginis, quam Basilius Imperator pater, in templo, de quo supra meminimus, pingi fecerat, ea Beatæ Mariæ, quæ in gemma visitur exsculpta est, unde illi etiam hisce nominibus, non modicum pretii accedit, ac dignitatis.











QVOD AVRIBVS GRATIO EST  
IDEM EST OCVLIS IMAGO



Altera imago  
P. Anterior

Altera imago  
P. Posterior



LUCERNA  
VETERVM  
ARCANO VTRIVSQ. TESTAMENTI I. MYSTERIO INSIGNIS

FICTILIS  
CHRISTIANOR.

ROMAE EX COEMETERIIS SUBVRBANIS  
INDIVISO VICTORIO

1635. CC. XXXV.








(1)

OBSERVATIONES  
SEU PRÆLUSIONES  
IN TABULAM NUMMARIAM  
MUSEI VICTORII.



UPERIORIBUS annis cum plura Numismata antiqua, atque etiam Monetæ Principum, quæ multum eruditionis continent, & Historiam valde illustrent, in *Museum Victorium* inferrentur, facile factum est, ut aliquibus *Florenis* præsertim *ex auro*, idem, augetur, quorum nonnulli in Tabulam viriculo æri incisam redacti, illustratique sunt ab *Academico* quodam *Etrusco* patrio sermone, seu *Italico*, ejusque lucubrationes viris doctis, quibuscum Romæ familiariter agebat, jam pridem sunt notæ, queis legendas obtulerat, eaque jam fere alter annus est, ex quo in lucem prodire desiderant *Florentiæ* ex *Typographia Serenissimi Magni Ducis*, detentis iis, qui præsunt typographicis operis, non paucis præclaris Librorum impressionibus, quas inter principem locum tenent *Celeberrimi Jo. Meursii Opera*, quibus admodum splendide recudendis jam diu sedulo incumbunt. At vero ne sibi ultra noceant diuturniores induciæ, qua par est ingenuitate, eruditus viris, interim *Tabulam Nummariam* exhibere, & animum suum volens, lubensque aperire decrevit. *Florenus* autem *Aureus* à *Florentina Republica* primo cusus fuit Anno Domini *MCCLII.*, cujus egregiam formam, utpote publicis commerciis aptiorem, commodioremque, ceteri propemodum *Europæi Principes* imitari conati sunt, idque ostendit eadem Tabula, quæ prodit ex eodem *Museo Victorio*, pluribus quidem nominibus spectanda, quæ infra brevissime recensentur.





( III )

Igitur Tabulæ Nummus Prior in ordine *Florenum Aureum* profert primo Florentiæ cufum , qui picturæ redivivæ primordia à Græcis in Italiam advecta ævo inferiori , & veterum Florentinorum Procerum magnificentiam probe memorat . *Secundus* & *Tertius* Floreni Aurei sunt , quos Joannes XXII. Summus Pontifex ad imitationem Monetæ Florentinæ cudere aggressus est , demonstratque Auctor hujus Operis coævis Historicis , indicioque Regni Pontificij duobus tantum , non tribus circulis , sive coronis conspicui . *Quartum* à Florentinis percussum fuisse autumat occasione insignis victoriæ adversus Pisanos relatæ Anno MCCLVI. , & adfirmare nititur symbolo Latinæ Crucis , prope Græcam alteram Crucem , a qua Epigraphe ducta est circa stantem imaginem , & vitio similiter scalptoris improbe festinantis , qui dextera manu Sanctum Præcursorem Joannem Baptistam effinxit hastam crucigeram sustinentem , sinistra vero nimis absurde benedictis in morem . Aurei Floreni *Quintus* & *Sextus* cusi fuere à Carolo Humberto , filioque Ludovico Regibus Hungariæ , indicioque est præ cæteris Regni Corona , quæ spectatur in utroque Nummo . *Septimus* Humberto II. Delphinati tribuendus est , qui ultimus Turrianæ *Du Pin* Stirpis existit . *Octavus* & *Nonus* Gerlaco Maguntino Archiepiscopo adscribendi sunt , prout indicant inscriptæ per gyrum literæ , atque insignia . *Decimus* Arelatenfi Archiepiscopo , Guillelmo nempe *de la Garde* . *Undecimus* Lubecenfi Civitati , quæ inter liberas Sacri Romani Imperii Civitates connumeratur . *Duodecimus* tandem recentior formam redolens , Roberto Bavaro adsignandus est , qui Rheni Palatinus fuit , filius Roberti Adolphi . Istique sunt *Floreni* ad normam monetæ aureæ Reipublicæ Florentinæ cusi , qui modo Romæ servantur in *Museo Victorio* . Numero *Decimotertio* relatus est *Ducatus Aureus* Romanus , quem idem Auctor vetustiorē existimat Aureo Ducatu à Veneta Republica excuso . Nummus *Decimusquartus* , Stemmate , & inscriptione faciente fidem , Joanni XXIII. Papæ competit , qui  
sponte

(IV.)

sponte post quinquennium dignitatem Pontificalem exiit, dimisitque in Concilio Constantiensi. *Decimusquintus* Scutum Aureum exstat Sixti IV. Pontificis; quod symbolo Naviculæ, ac Petri Piscatoris percussum primo fuit, eodem Petri Naviculam gubernante. Postremas hasce monetas refert Tabula. *Florenus* enim quandoque pro temporum diversitate ac vicissitudine *Ducatus* & *Scutum* similiter nuncupatus advertitur apud plerosque, temere potius & inscite, ut assolet, quam vere ac proprie; Etenim pondus alterius ab altero valde discrepat. Sed plura de his: Plura de *Sancto Joanne Baptista*, plura de *Lilio*, de *Regno Pontificio*, de *Orthographia Nummorum*, de *Signis* atque *Insigniis gentilitiis*, historice, graphice, & luculenter quæ ad eruditionem spectant quaquaversum, fusius in Illustrationibus omnia, ubi de *Floreni Aurei* pretio etiam tractatur ordine chronologico, pluraque referuntur documenta, quibus aperte veritas comprobetur. Porro Operis contextus pluribus Nummis exacte delineatis refertus, ac plerisque ex eodem Museo, *in quatuor partes* distinctus est, atque *ex in Capita* dividuntur, ut lecturo commodum fieret, ac utilis quandoquidem ordo dicendi probaretur.



R O M Æ

KALENDIS JANUAR. ANNO MDCCCXXXVI.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ANTONII DE RUBEIS  
APUD PANTHEON IN VIA SEMINARIÏ ROMANI.

---

PRÆSIDUM FACULTATE.





# NUMMUS ÆREUS

VETERUM CHRISTIANORUM

*EXPLICATUS.*



# NUMMUS ÆREUS

VETERUM CHRISTIANORUM

COMMENTARIO

IN DUAS PARTES DISTRIBUTO

EXPLICATUS

PRODIT NUNC PRIMUM

## EX MUSEO VICTORIO

*Adjectis Sacris aliquibus Monumentis.*



*N. Gutierrez Scul.*

### ROMÆ

TYPIS ZEMPELIANIS. MDCCXXXVII.

PRÆSIDVM FACULTATE,

Οὐχ ἑώρα Θεὸν ὁ πάλαι Ἰσραὴλ : ἡμεῖς δὲ ἀνακαλυμμένῳ  
προσώπῳ τὴν δόξαν κυεῖς καὶ πειζόμεθα . Καὶ αἰδέσθαι μὲν  
τὸν αὐτὴν χαρακτῆρα προτίδμεν ἀπανταχῆ , καὶ τὴν πρῶτῳ ἀγα-  
ζόμεθα τῆς αἰδέσεως , πρῶτη αἰδέσεως ὄρασις ὡστερ καὶ τοῖς  
λόγοις τὴν ἀκοὴν . *Sandtus Joannes Damascenus Oratione 1.  
adversus Sandtarum Imaginum oppugnatores .*

Non vidit Deum antiquus ille Israel: Nos autem reve-  
lata facie, gloriam Domini contemplati sumus. Et sensibus  
expositam ipsius formam ubique proponimus, primum-  
que sensuum ei consecramus, inter sensus enim visus  
primas obtinet, quemadmodum sermonibus dicamus  
auditum. *Ita vertit Petrus Franciscus Zinus Interpres .*



v

# AD LOQUUTIO

## AD LECTOREM.



Abes in hoc Commentario, Vir erudite, Dissertationes duas: Alteram cum Historia de Imagine Jesu Christi, quæ ad hæc tempora simillima prototypo, præsertim Romæ adseruari ostenditur, in Ba-

silica, quæ dicitur *ad Sancta Sanctorum*. Alteram cum Historia Baptismatis ab Joanne Jesu Christo Domino nostro collati. Hisce Dissertationibus argumentum præbuit Nummus Æreus Antiquus *Musæi Victorii*, Imagine Christi impressa, & ejus Baptismate valde præstans, nec umquam antea editus. Id autem præstitit Auctor in explicatione Nummi, ut Annorum perpetua serie Christi Imagines cultas, & servatas continuo fuisse adserat, pluribus indicatis Patrum testimoniis, & vetustissimis monumentis, quæ adhuc supersunt Sacrarum Picturarum. Porro quæ pertinent ad Sacrum Baptisma in Nummo expressum, singula observantur, & Ritus aliqui recensentur ab Ecclesiastica Disciplina constituti, additis Sacris quibusdam Emblema-

blematibus , quæ Christianum hominem valde adficient , atque delectent : eaque pariter illustrantur , & explicantur . Græcas Scriptorum sententias in Latinum etiam translatas adferre studuit , vel notis Græco-Latinas intertexere , una cum locis omnibus ad marginem indicatis ; commoditati eruditorum in illo item oneris levandi genere satis factururus , ex monito Marci Fabii Quintiliani (1) . Commentarium vero non ita quæsitis verbis concinnatum est , quale forsasse volueris pro tuo in literis oblectamento , omnem Tullianam redolens elegantiam : in eo enim conscribendo magni Cæsaris Cardinalis Baronii consilio adhæsit Auctor : qui , quemadmodum res philosophicas , ut inquit Cicero (2) , *dicere ornate velle , puerile est* : ita aliquando ait (3) : *Ego quidem eloquentiæ , & Latine loquendi studium non reprehendo , ita tamen , ut Religioni serviat , non imperet .*

(1) Lib. X. Cap. V. *Vertere Græca in Latinum Veteres nostri Oratores optimum judicabant .*

(2) Lib. III. de Finibus .

(3) In Notis ad Martyrolog. Roman. ad diem v. Idus Novembr. Lit. b

## INDEX, ET SYNOPSIS

## CAPITUM

## PARTIS PRIMÆ

## COMMENTARIUM.

- I. **C**ausa, & propositum illustrandi antiqui Numismatis Christiani. pag. 1.
- II. Numismatis antiqui descriptio. 2.
- III. De Imagine Jesu Christi D. N. in Nummo expressa. ibidem.
- IV. Argumenta pro ejusdem similitudine cum Prototypo. 3.
- V. Aliis conjecturis, & momentis eadem sententia confirmatur. 4.
- VI. Jesu Christi Imagines primis Ecclesie sue sæculis apud Paganos adservatæ. ibidem.
- VII. Primævi Christifideles illas habuerunt jure, & studio longe potiore, atque præcipuo. 6.
- VIII. Signum Jesu Christi æneum Paneade celeberrimum. 7.
- IX. Quinto Ecclesie Sæculo adhuc Paneade exstabat. 8.
- X. Aliæ Jesu Christi Imagines eod. Sæculo v. 10.
- XI. Imago Christi Amidæ culta. 11.
- XII. Alia Imago Christi Romæ ad Sancta Sanctorum vetusta Majorum veneratione illustris. 13.
- XIII. Epistola Liberio Papæ adscripta. 15.
- XIV. Duplex Salvatoris Imago Romæ ad Lateranum miraculis clara. ibid.
- XV. Utra-

- XV. *Utraque præcipuis Scriptorum testimoniis illustratur.* 17.
- XVI. *Plura de Imagine Jesu Christi servata ad Sancta Sanctorum.* 18.
- XVII. *De ornamentis ejusdem Imaginis.* 22.
- XVIII. *Quando alia Icon Jesu Christi celebrari debuerit?* ibidem.
- XIX. *Summorum Pontificum recensentur Diploma-  
ta, in quibus una tantum Imago ad Sancta  
Sanctorum memoratur.* 23.
- XX. *De eadem Imagine certa manifestantur mo-  
nimenta, & refelluntur incerta.* 24.
- XXI. *Joannis Giacchetti mendum detegitur, &  
confutatur.* 26.
- XXII. *Ritus antiquus servatus in delatione annua  
hujus Imaginis ad Basilicam Liberianam  
Mense Augusto.* ibid.
- XXIII. *De alia translatione ejusdem Imaginis ad Li-  
berianam Basilicam Anno Jubilæi.* 27.
- XXIV. *Aliqua notatu digna de Imagine Salvatoris  
ad Sancta Sanctorum.* ibidem.
- XXV. *De vera Imagine Jesu Christi D. N. judi-  
cium.* 28.
- XXVI. *Post redditam Ecclesiæ pacem Imagines Sal-  
vatoris palam in Templis publicæ venera-  
tionis propositæ.* 29.
- XXVII. *De Nimbo Crucigero circa Jesu Christi caput  
in Nummo expresso. Antiquæ recensentur  
ipsius Imagines cum eodem Nimbo.* ibid.
- XXVIII. *Imago Jesu Christi ad Sancta Sanctorum,  
& in aliis pervetustis Ædibus sacris picta,  
similis adferitur illi, quæ in Nummo vi-  
situr.* 33.

- XXIX. *Nicephorus Callistus Jesu Christi vultum accurate describit.* 34.
- XXX. *Idem Nicephorus vindicatur a censuris.* 35.
- XXXI. *Nicephoriana descriptio antiquis Imaginibus Jesu Christi respondet, atque cohaeret.* 36.
- XXXII. *Carneola cum Imagine Jesu Christi, Nimbo Crucigero distincta.* 37.
- XXXIII. *Opus fictile antiquum simile.* 38.
- XXXIV. *Imago Jesu Christi Pueri cum eodem Nimbo expressa in antiquo Vitro.* 40.
- XXXV. *Alia Imago Jesu Christi Pueri cum pari Nimbo sculpta in Heliotropio.* 42.
- XXXVI. *Forma Crucis Dominicæ ex antiquis monumentis expenditur, & illustratur.* 43.
- XXXVII. *Nummi Vetres cum Imagine Jesu Christi D. N. ornata Nimbo Crucigero.* 44.
- XXXVIII. *Disputatio Joannis Tristani, & Jacobi Sirmondij de Nummo Christiano Musei Pasqualinii. Quidue in Annalibus reperitur de Nummis Isaaci Comneni.* 47.
- XXXIX. *Explicatur Nimbi Crucigeri mysterium, & nonnulla de Cruce notantur.* 49.
- XL. *Agnus cum Nimbo Crucigero.* 51.
- XLI. *Nimbus circa Agnum multiplici Cruce ornatus.* 55.
- XLII. *Scriptores recensentur, qui agunt de Symbolo Agni.* ibidem.
- XLIII. *Emblemata, & signa memorata Jesum Christum Crucifixum exprimebant.* 56.

<sup>x</sup>  
INDEX, ET SYNOPSIS  
CAPITUM

PARTIS SECONDÆ  
COMMENTARIÏ.

- I. **E**xpositio partis averse Nummi Aerei. 57.  
II. Vocabulorum Baptismatis, & Baptisterii significatio. 58.  
III. Iesus Christus per Immersionem in Jordane baptizatus fuit. 59.  
IV. Nummus idem mysterium indicat. ibidem.  
V. Mos veterum Christianorum indicandi per signa res sublimes, & arcana. 61.  
VI. Antiqua Christianorum monimenta recensentur, quæ expressum in Nummo mysterium exhibent. 62.  
VII. Olim Baptisma Christifidelium, etiam per Infusionem usurpatum. 65.  
VIII. Donaria cum Historia Baptismatis Domini nostri Iesu Christi. 67.  
IX. De pelliceo indumento Sancti Joannis Baptistæ. 68.  
X. Columba symbolum Spiritus Sancti. 70.  
XI. Multa de simbolo Columbæ. Chi. X. Nomen Christi indicat in Gemmis, Vitreis Monumentis, & Lapidibus. 72.  
XII. An alias in Jordane Spiritus Sanctus descenderit? Idem Fluvius olim ad Baptismum adhibitus, & Aqua ipseus ad Baptismum ministrandum alio missa. 78.  
XIII. Expo-

- XIII. *Exponitur Lemma in Nummo expressum.* 80.
- XIV. *Ejusdem Orthographia expenditur, & illustratur.* 83.
- XV. *De Anno, ac Die, in quo Christus baptizatus fuit.* 85.
- XVI. *Orientales Populi Jesu Christi Baptisma principua solemnitate quotannis recolunt. Idem agitur ab Ecclesia Neritina.* 87.
- XVII. *Sacrum Baptisma sero acceptum antiquitatus.* 89.
- XVIII. *Idem in Paschate, ac Pentecoste Ritu solemniter ministratum: De re ipsa disciplina varia.* 99.
- XIX. *Ætas Numismatis subobscura. Idem Joanni Zimiscæ Imperatori Constantinopolitano ex conjectura tribuitur.* 103.

## FIGURÆ

## In Parte Prima Commentarii .

## I.

**I**N Fronte Nummus Æreus cum Imagi-  
ne Jesu Christi Domini nostri, & ejus  
Baptismate .

## II.

CAP. XXVII. Nummus Argenteus Gregorii XIII. cum  
Imaginem Jesu Christi in una, in altera  
parte, Insignia gentilitia Pontificis  
cum Symbolo Caritatis, & Æqui-  
tatis . pag. 32.

## III.

CAP. XXXII. Carneola cum Imagine Jesu Christi in-  
sculpta . Num. I. 37.

## IV.

Opus Fictile cum Imagine Jesu Christi  
utrimque anaglypha . Num. II. ibid.

## V.

Imago Virginis Mariæ recumbentis ad  
Præsepce Jesu Christi, ex antiquo Vitro.  
Num. III. ibidem.

## VI.

Imago Virginis Mariæ Puerum Jesum in  
ulnis gestantis in Heliotropio sculpta .  
Num. IV. ibid.

## VII.

CAP. XXXIII. Lucerna fictilis cum Cruce foliata. 39.

## VIII.



## VIII.

- CAP. XXXVIII. *Nummus Æreus cum Imagine Jesu Christi, & in averſa parte Templum rotundum.* 47.

## IX.

- CAP. XL. *Anuli tres Veterum Chriſtianorum, ex ære, ſignati Num. I. Num. II., & Num III. Omnes cum Monogrammate Chriſti decuſſato.* 52.

## X.

- Lucerna fictilis cum Monogrammate Sacro, ad formam rectæ Crucis expreſſo.* 53.

## XI.

- Due aliæ Lucernæ fictiles vetuſtiſſimæ, pariter cum eodem Jesu Chriſti Monogrammate recto.* 54.

## XII.

- CAP. XLIII. *Post finem, ad ornatum Operis. Achates Varius Antiquus Cruce ſignatus, cum Lemmate YESV YAVA. hoc eſt: Jesu Adonai, ſcilicet. IESV DEVS.* 56.

## F I G U R Æ

In Parte Altera Commentarii.

## XIII.

- CAP. V. **I** *Mago Virginis Mariæ cum Jesu Puerro in Fonte quodam expreſſa, opere anaglypho, ex antiqua Gemma.* 61.

## XIV.

- XIV.
- CAP. VI. *Nummi duo Argentei Reipublicæ Florentinæ, cum Historia Baptismatis, & insigne Lili.* 63.
- XV.
- CAP. IX. *Imago Sancti Joannis Baptiste, ex antiqua Gemma.* 68.
- XVI.
- Agnus stans Nimbo exornatus, & Crucem hastatam gerens, ex antiquo Vitro.* 69.
- XVII.
- CAP. XI. *Lucerna pensilis ex ære antiquo cum Cruce, cui insidet Columba.* 74.
- XVIII.
- Opalon utrimque sculptum. In una X. Græcorum. caractere, cum A. & Ω. In altera parte Columba.* 75.
- XIX.
- CAP. XVII. *Gemma cum Lemmate IX ΘΥC, in una, in altera parte Anchora.* 92.
- XX.
- CAP. XIX. *Ad calcem Operis: Cameum Anulare, Antiquum Veterum Christianorum, cum Anchora, & duobus utrimque Piscibus, inscriptum supra IHCOYC, infra ΧΡΕΙCΤΟC.* 105.

## I M P R I M A T U R :

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri  
Palatii Apostolici.

*N. Baccarius Episc. Bojanen. Vicesg.*

# ADPROBATIONES CENSORUM.

## I.

**Q**Uum opusculum, cui titulus : *Nummus Æreus Veterum Christianorum Commentario in duas partes distributo explicatus &c.* Sacra, & multiplici sit eruditione refertum; nec quidquam in eo deprehenderim, quod doctrinæ Orthodoxæ Ecclesiæ, vel bonis moribus adversetur, dignum publica luce censeo. Romæ die xviii. Mensis Maii Anno Domini MDCCXXXVII.

*Petrus Pollidorus.*

Jussu

**J**USSU Reverendissimi Patris Joannis Benedicti Zuanelli Sacri Palatii Apostolici Magistri *Commentarium in Nummum Æreum Veterum Christianorum* attente legi. In eo cum nihil offenderim ab Ecclesiæ Doctrina, aut disciplina morum alienum; sed tum ea quæ ad Hominis Dei oris speciem, tum quæ ad ipsius Baptismum, ac hujusce nominis Sacramenti Ritus pertinent, ex antiquis præsertim monumentis, (mirum quantum!) illustrentur: Sacræ Antiquitatis studiosis optime consultum erit, si perpolitam lucubrationem, cum typis edita fuerit, ad manus habere dabitur, ejusdemque fructum capere posse.

Romæ Idibus Junii MDCCXXXVII.

*Dominicus Theoli Linguae Hebraicæ Professor  
in Urbis Archigymnasio.*

*I M P R I M A T U R.*

Fr. Joannes Benedictus Zuanelli Sac. Pal. Apost.  
Mag. Ord. Prædicatorum.

NUM-

# NUMMUS ÆREUS

VETERUM CHRISTIANORUM

COMMENTARIO

IN DUAS PARTES DISTRIBUTO

EXPLICATUS.

## PARS PRIMA.



UIT ea semper circa veteres memorias cura, & sollicitudo eruditorum hominum, ut cujusque generis sint antiqua monumenta in lucem proditura, magnopere expeti, atque probari soleant, quod pleraque ex his pene interitura reviviscant tabulis æreis consignata, aliæque prioris ævi res gestæ obscuriores, iis tractandis, pro re nata illustrentur. Solent ea quoque præ ceteris laudari, quæ non ita pridem eruta, humus revulsa vomere, vel sarculo, atque agrî effossi aliquando referant, & nostra ætas in apricum profert. At vero superstitiosa Paganorum religio, sive Historiam, & Mythologiam spectes, sive ritus, & mores, satis omnino, super-

A

que

CAP. I  
Causa, & propositum illustrandi antiqui Numismatis Christiani,

que innotuit, utar Nemesiani sententia, ex Cynegetico in nostrum usum translata:

*Hæc jam magnorum præcepit copia Vatum;  
Omnis & antiqui vulgata est fabula sæcli.*

Qua de re aliorum lucubrationibus exponendorum hujuscemodi monumentorum relicta cura, rarissimum veterum Christianorum Numisma ex ære cuso proponere in animo mihi est, brevique commentario pro viribus illustrare, quod plurimum, eruditæ curiositati, studiisque conferat, & non nihil Sacris Historiis adjumento esse, atque opitulari videatur.

CAP. II  
Numismatis antiqui descriptio.

**S**ignatum illud est in parte anteriore Imagine Jesu Christi Domini nostri plena, non dimidia, aut obliqua: passis crinibus, & oblonga barba, Capite diademate insignito, in quo Crucis tria segmenta conspicua sunt. Verum præter caput, collum, atque humeros, seu partem pectoris, non ultra corpus adfurgit, nullo in gyro lemmate inscripto. In averfa parte, Historia Baptismatis, & in margine REDEMPTIO FILIIS HOMINUM infra vero JORDA, ut typus ab originali desumptus ostendit.

CAP. III  
De Imagine Jesu Christi in Nummo expressa.

**H**Anc Christi Iconem similem admodum fuisse contendo ipsimet Salvatori orbis terrarum, usu sacrarum Imaginum ab Apostolica traditione

ditione deducto, ac derivato: quam viri magni Patrum testimonio, atque auctoritate confirmarunt. Id certe operata humani generis redemptio postulabat, ut immensi, ac ineffabilis beneficii causa Jesu Christi Imagines apud Fideles potissime fervarentur, & vere servatas esse, & publice (quantum licebat) ac privatim in suis conventibus propositas, ut uberiores fructus, & assidua caperent ad imitationem incitamenta, nemo jure ambiget, qui primorum Christianorum mores norit, & sanctimoniam.

**E**As autem per quam similes fuisse Prototypo, multiplex, eademque efficax persuadeat ratio necesse est, quæ facile illos occupabit, & movebit, qui Christum Salvatorem cogitaverint, & Deum factum hominem, ut immortalitatem humano generi pareret. Enimvero antiquorum Philosophorum veras Imagines habuere posteri, signis marmoreis expressas, gemmisque anularibus affabre insculptas, quarum meminere plurimi Græcorum, ac Latinorum Oratores, & Poetæ; earumque nonnullas Fulvius Ursinus Vir illustris, atque alii rerum vetustarum scrutatores publici juris fecerunt, æneis laminis incisas, & ad hanc diem in Aulis, & Museis Magnatum, virorum divitum, & eruditorum conspiciuntur.

CAP. IV  
Argumenta pro  
ejusdem similitudine cum Prototypo.

CAP. V  
 Aliis conjecturis,  
 & momentis eadem  
 sententia confirmatur.

**Q**UOD si accepta humanæ doctrinæ cura, id grati animi, & venerationis argumentum apud profanos homines tunc obtinuit, quanto majorem apud Christianos servandæ Jesu Christi, etiam in Imaginibus, memoriæ ardorem viguisse putandum est, qui illum veram Sapientiam, Deique filium credebant, discipulos divinæ gloriæ participes redditurum? Momentis talibus accedit & alia ratio maxime valida: Bonum multiplex, & magna utilitas sacrarum Imaginum, tum à Concilio Nicæno I., tum etiam à Sanctis Patribus, atque Theologis satis perspicue patefacta: quam maxime omnium ab Imagine Jesu Christi profluere, nemini melius, quam Christiano populo, primisque Christifidelibus persuasum existit.

CAP. VI  
 Jesu Christi Imagines  
 primis Ecclesiæ suæ sæculis  
 apud Paganos adser-  
 vatae.

**A**T vero Paganos Imaginem Christi aliquando conservasse, discipulos neglexisse, horret animus omnino cogitare, multo minus credere. Itaque Ælio Hadriano Imperatore Carpocratianos, atque inde Marcellinam perditam foeminam Imagine Christi nequissime abufos, cum imaginibus Pauli, Homeri, Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, aliorumque Philosophorum, narrant Hipponensis Episcopus Augustinus (1), & Epiphanius Constantiæ Cypri pariter

(1) Lib. de Hæresib. ad QuodvultDeum Cap. VII.



riter Episcopus (1). Alexandrum Severum Romanorum Imperatorem in suo Larario, ethnica licet pietate, Christum coluisse, ejusque simulacrum adfervasse una cum Appollonio, Abrahamo, Orpheo, aliisque hujusmodi Diis, & Imaginibus majorum suorum, diserte meminit Ælius Lampridius in Alexandro (2). Constat etiam Tiberio imperante disceptatum Romæ fuisse de Christi ἀποθέωσι, & colligere licet ex Tertulliani Apologia, Justino & Luciano Martyribus, Eusebio (3), aliisque Sacris Scrip- toribus: quos insignis Theologus Pater Serry adversus Tanaquillum Fabrum virum Eterodoxum, in hoc maxime desipientem, demon- stratur ex Actis, non quidem apocryphis, sed *testium* (4) *omni exceptione majorum suffragio commu- nitis*, ea quæ memorant descripsisse. Idem actum Hadriano, atque Alexandro Severo Imperatori- bus, apertissime testatur Lampridius (5). Eum- demque Hadrianum Christianis favisse, erectis etiam Christo templis, quæ diu steterunt, non defunt ex probatoribus antiquis Historicis, qui adferant (6). Nullus Herodiano melius (7) ve- teres cæremonias circa ἀποθέωσιν descripsit, in- quibus

(1) Lib. I. contra Hæreses Tom. II. Cap. xxvii.

(2) Cap. xxix. & Cap. xlvi.

(3) Hist. Ecclesiast. Lib. II Cap. I.

(4) Exercit. Historic. Crit. Pol. Lxiv. pag. 447. vide pag. 449. 450. & 454.

[5] In Alexandro Cap. xxix. & Cap. xlvi.

(6) Lamprid. in Alexan. Cap. xlvi.

& Euseb. Hist. Ecclesiast. Lib. IV.

Cap. viii. & Cap. ix.

(7) Lib. IV. Historiar.

quibus *Imago* defuncto per quam similis recensetur. Qui plura cupit adeat Joannis Kirchmani opus de Funeribus Romanorum (1), & alios apud Grævium (2), & Gronovium (3) in Theſauris Romanarum, & Græcarum Antiquitatum. Id autem adtexui, ut Imaginem Christi regnantibus Tiberio, Hadrianoque, Romæ exſtitiffe facile cognoſcas. Demum iſta hæc ſi Paganis hominibus tribuuntur, quemadmodum tribuenda eſſe vidimus, Fideles ab Imagine Christi ſervanda abſtinuiſſe, abſque ingentis, ac turpis piaculi nota adfirmari minime poſſe cenſeo; ac præſertim Pontifices Maximos, qui vicaria auctoritate illum repreſentabant.

## CAP. VII

Primævi Chriſti fideles Imagines Jeſu Chriſti habuerunt jure, & ſtudio longe potiore, atque præcipuo.

**P**Lures profecto Chriſti Imagines, dum adhuc in terris degeret, coloribus expreſſas, atque alia materia formatas fuiſſe, narrant Joannes Stephanus Durantius (4), & Joannes Molanus (5) recensendo ex vetuſtiori memoria exempla de Imaginibus Chriſti, quæ à Patribus Methodio, Athanaſio, (ſi ii ſint quos judicant) Eufebio, Sozomeno, Epiphanio, Theophylacto, Procopio, Damasceno, Zonara, ceteriſque pluribus memorantur. Quas ſacras Imagines, ne actum agam, fidei, auctoritatisque virorum præclari

[1] Lib. IV. Cap. XIII. &amp; Cap. XIV.

[2] Tom. XII.

[3] Tom. XI.

(4) De Ritibus Eccl. Cathol. Lib. I. Cap. v.

(5) Hiſt. Sacrar. Imagin. Lib. II. Cap. VI.

clari nominis innixas relinquo. Nihil igitur de *Imagine Edeffena* loquar, de qua præcipua mentio exstat in Menologio Græcorum ad diem *xvi. Augusti*; nihil de *Sudario*, ac *Syndone*, de quibus omnibus agunt *Jacobus Gretferus* (1), *Joannes Jacobus Chiffletius* (2), *Matthæus Raderus* (3), *Bollandiani* ad diem *iv. Februarii*, *Joannes Giacchettus* (4), *Joseph Matraja* (5), *Augustinus Calcagninus* (6), aliique permulti, & nuper disputarunt *Antonius Sandinus* (7) *Bibliothecæ Patavinæ Custos*, & doctrinæ laude præstans *Jacobus Hyacinthus Serry* (8) *primarius Theologus Patavinus*.

**C**eleberrimum tamen est Signum ex ære conflatum Jesu Christi formam referens, cujus meminit *Eusebius Cæsariensis Episcopus*, qui floruit Sæculo *iv. ævo* nempe *Constantiniano*, & sua adhuc ætate stetit, ac se vidisse commemorat (9) apud *Cæsaream Philippi*, (quam *Urbem Phœnices Paneada* appellant) præ foribus domus

CAP. VIII  
Signum Jesu  
Christi æneum  
Paneade celeberrimum.

[1] In Syntag. de Imagin. non manufact.

[2] De Linteis Sepulchral. Christi Servatoris Crisis Historica.

[3] Viridarium Sanctor. Par. I. pag. 251. & seqq. ibidem pag. 255. & pag. 260.

[4] Iconologia Salvatoris.

[5] Historia della Mirac. Immag. di Santa Maria in Portico Lib. II.

[6] Dell'Immag. Edeffena Libri due colle osservazioni Historiche.

[7] Histor. Famil. Sacræ Cap. XIX.

[8] Exercit. Critic. XLVI. §. 9. & LIII. §. 4.

Idem Animadvers. Anticrit. in Histor. Famil. Sacræ Cap. x. & Cap. XI.

Idem Serry in Mantissa ad eand. Animadversion. num. v.

[9] Histor. Ecclesiast. Lib. VII. Cap. XVIII.

domus Mulieris Hemorrhoiſſæ , quam Chriſtus Dominus a profluvio ſanguinis curaverat . Inquit præterea Chriſti depictas in tabulis Imagines , necnon Petri , Paulique Apoſtolorum conſervatas ſe vidiffe . Ita pariter de Imaginibus Chriſti depictis , ac de reliqua materia fabricatis meminerat Sanctus Irenæus Epifcopus Lugdunenſis (1) , qui Sæculo III. ineunte Martyr occubuit . Hanc autem Statuam illarum generi oportet adſcribere , quæ pedeftres dicebantur , & viris illuſtribus , etiam a privatis hominibus poni conſueverant : de quibus diſſerit erudite Edmundus Figrelius (2) . Ita enim eæ nuncupabantur , quas ſtantis , vel ſedentis habitu excitare mos erat .

CAP. IX  
Quinto Eccleſiæ  
Sæculo adhuc Pa-  
neade exſtabat .

**M**ULTA ſunt equidem , ac plane miranda , quæ de æneo Signo ab Hemorrhoiſſa gentili foemina conflato memoriæ tradiderunt Scriptores . Attamen , (quod noſtro argumento valde prodeſſe arbitror) Sæculo v. , adhuc ſuperſuiſſe , referunt Sozomenus (3) & Philoſtorgius in *Historia Eccleſiaſtica* (4) : quas Sacras *Historias* Theodoſio Juniore imperante compilarunt . Eadem in *Epitome Philoſtorgii* recensentur a Photio *Constantinopolitano Patriarcha* , ſed Schifmatico

(1) Lib. I. adverſ. Hærefes Cap. xxiv.

(3) Lib. v. Cap. xxi.

(2) De Statuis Illuſtrium Romanor.  
Cap. xvii.

(4) Lib. vii. Cap. iiii.

matico ex libro VII. (1) ubi locorum Juliani Apostatae immanem impietatem testantur adversus Sacram Imaginem : de qua idem narrant Cassiodorus Senator in Historia Tripartita (2) aliique recentiores. Licet enim Julianus Statuam Christi dejecerit, ac loco moverint, & confregerint Pagani per Urbem trahentes, verba sunt Sozomeni (3) *Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ χριστιανοὶ συλλέξαντες, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπέθεντο, ἔνθα καὶ νῦν φυλάσσεται*, quæ ita vertit Henricus Valefius (4) : *postea vero Christiani collectam in Ecclesia reposerunt, ubi etiam nunc servatur*. Philostorgius in hoc discrepat a Sozomeno, quod Statuam non in Ecclesia collocatam fuisse ait, sed in *διακονικῷ* Ecclesiæ repositam. Utcumque se res habet, perspicuum inde est, Statuam usque ad Annum Christi CCCLXII. quo impius Apostata sævire cœpit in nos, Paneade stetisse, neque indigno patrato facinore, flagitioque omnino defecisse. Atque ita explicari debet Asterius Amaseæ Episcopus in Bibliotheca Photii (5), ubi Statuam æneam Anno Christi cccc, quo scribebat, non amplius extare prodit, nempe integram, atque incolumem, ut antea suo loco cernebatur. Nec latum quidem unguem me movet Eusebii Epi-

B stola,

(1) §. 3.

(2) De Regim. Ecclesiæ primitivæ  
Lib. VI. Cap. XLI.

(3) Lib. V. Cap. XXI.

(4) Edit. Moguntinæ. MDCLXXVII.  
in fol. pag. 629.

(5) Ex latina versione Andreæ Scoti  
Antuerpien. pag. 1507. edit. Oliva  
Pauli Stephani. MDCXI. in fol.

stola, quæ circumfertur, ad Constantiam Licinii Uxorem scripta, de qua viri docti dubitarunt, & quæ dubium tenuit quoque, & ancipitem P. Serry (1), licet de humana oris, corporisque forma Christi erudite differendo, periculum ipsum suspectæ sibi falsitatis adoptet pro valido argumento penitus deletæ tunc temporis æneæ Statuæ apud Cæsaream. Sed relata Eusebii Historia fulcitur testimonio Patrum, quos adduxi, fulcitur item auctoritate VI I. Synodi (2), cui refragari non licet. At quo fato postmodum interierit pretiosum hoc monumentum, & quo ævo, penitus incompertum est.

CAP. X  
 Aliæ Jesu Christi  
 Imagines eodem  
 Sæculo v.

**J**AM vero Sæculo v. variis in locis visas multas Jesu Christi Imagines depictas, animadvertit clarissimum Ecclesiæ lumen Augustinus (3) Scriptor Synchronus, ita ut quod idem alias inquit minus aperte (4), intelligendum putem, non quidem sua ætate ullas Christi Imagines ad vivum expressas existisse (5): neque verum (6) *Augustinum ibi loqui de variis illis Christi Simulacris, quæ sibi quisque animo fingit, cum Christum cogitat, ejusque gesta, & dicta legit, vel audit*: Sed immo adeo plures, ut a  
 vera

[1] Exercit. XLVII. §. 7.

(2) Actioe IV.

[3] Lib. I. de Consensu Evangelistarum Cap. X.

(4) Lib. VI II. de Trinitate Cap. V.

(5) Serry. Exercit. XLVII. §. 2.

idem in Animadvers. Anticrit. Cap. IX. pag. 73.

[6] Sandinus. Histor. famil. Sacræ pag. 260.

vera Christi effigie nonnihil deflectentes pictores illius ævi, quod de Constantini temporibus nemo dubitaverit, in incerto pene relinquerent Fideles de vera, & similiori Imagine Salvatoris. Atque ideo ait: *Ipsius Dominicæ carnis facies innumerabilium cogitationum diversitate variatur, & fingitur, quæ tamen una erat, quæcumque erat.*

CAP. XI  
Imago Christi  
Amide culta.

**A**Midæ, quæ Civitas in Mesopotamia existit, celebris maxime fuit altera Jesu Christi Imago, cultu, ac veneratione maxima, perennique, eodem Sæculo v. & ineunte vi. De ea Zacharias (1) in Armenia minore Meletinæ Episcopus, qui Justiniano imperante claruit, agens de expugnatione Amidenfi, facta a Cavade Persarum Rege Anno Anastasii Imperatoris XIII. videlicet Æræ Christianæ DIV. & narrans ex monito pepercisse omnibus, qui in majorem Ecclesiam hostis formidine se receperant, Regemque ipsum victorem Ecclesiam ingredi constituisse, ita loquitur.

ܘܕܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ  
ܘܕܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ  
ܘܕܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ  
ܘܕܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ ܕܡܝܘܢܐ

*Quumque ibi (2) Domini nostri Jesu, qui instar Galilæi*

B 2

(1) Historia Ecclesiast. Part. 111. Cap. v. (2) Apud Assemanum in Bibliotheca Orientali. Tom. 11. Cap. v 11. pag. 58.

*lilæi depictus erat Imaginem cerneret , percontatus est cujusnam esset . Illis autem Dei Nazarenorum eam esse respondentibus , inclinato ipse coram ea capite : Hic , inquit , mihi dixit : mane & accipe a me Urbem , ejusque incolas , quia mihi peccaverunt . Cetera de hac Imagine in posterum ignorantur . Attamen Benedictus Millinius (1) differens de Imagine Camulianensi a Philippico Mauritiæ Genero , & Orientis Præfecto , Sæculo VI , deinde ab Heraclio , Sæculo VII . in præliis delata , eandem , ni fallor , putat esse cum Amidensi , inquiring cum Theophylacto Simocatta : Porro Dux ( Philippicus ) Imaginem illam Domini , Mardes ad Simeonem Amidæ Antistitem , forte per idem tempus in eo castello commorantem , mittit . At vero Camulianensis Constantinopolim advecta fuit Justiniani Junioris Anno IX . ut ait , Georgius Cedrenus (2) , idest DLXXIV . nempe septuagesimo post anno , quam Cavades Rex Persarum , Imaginem jamdiu Amidæ existentem veneratus fuerat , eamque Constantinopoli cultam fuisse usque ad Gregorii II . Pontificis ætatem , sæculo nempe VIII . quamplures adfirmant . Alia ergo est ab Amidensi Camulianensis Imago , alioquin Constantinopoli esse desisset Prætorum Philippico supra memorato , qui Persis devictis : ad Simeonem*

*nem*

[1] Dell' Oratorio di S. Lorenzo nel Laterano Cap. II. num. marg. 65. pag. 122. e 123.

(2) In Justino II. qui & Cutopalates : Compend. Historiar. Tom. I. pag. 390. Paris. MDCXLVII.



*nem Amide Antistitem* illam misit. Igitur de Imagine Amidenſi videtur Simocatta fermo- cinari, quam fortasse idem Philppicus, atque alias Heraclius Augustus secum, tamquam certissimam victoriæ tesseram in præliis deferebant.

**R**omæ demum sanctissima, vetustissimaque Imago Christi adhuc superest, quæ ἀχαιε- γρινός dicitur, scilicet *non manufacta*, & a vene- rabili statione loci *ad Sancta Sanctorum*. Profert insignem de hac Imagine narrationem Floravan- tes Martinellius (1) ex duobus pervetustis ma- nuscriptis Codicibus Græcis Bibliothecæ Vatica- næ (2) latine redditam a Neophyto Rhodino Cyprio, ex qua Gregorio 11. Pontifice Maxi- mo Romam pervenisse, adfirmari posse videtur cum eodem Martinello, Josepho Maria Sorefi- nio (3), qui eandem, ex altero vetusto Codice Vaticano Nicolai Processii, Historiam recitat, breviuscule conscriptam (4) aliisque. Quicquam tamen de ea narratione adferere, sive adfertum refellere vix ausim cum Benedicto Millinio (5). Verum sæculo VIII. recentiorum Romæ non esse fateri oportet, qua ætate Stephanus Papa 111. a Late-

CAP. XII  
Alia Imago Chri-  
sti Romæ ad San-  
cta Sanctorum, ve-  
tusta majorum ve-  
neratione illustris.

[1] Roma ex Ethnica Sac. pag. 141.  
& seqq.

[2] Num. 375. & Num. 1147.

[3] De Imagine SSm̃i Salvatoris ad  
Sancta Sanctor. §. VI. pag. 15. & §. XX.  
pag. 56. & 57.

[4] Ibid. §. IX. pag. 26. & 27.

[5] Dell' Oratorio di S. Lorenzo  
Cap. 11. Num. marg. 41. & 42. præ-  
fertim vero 43, & 44. pag. 80. & seqq.

a Lateranenſi Baſilica ad Exquilinam detulit comitante Clero in Litaniiſ Majoribus . Sane clariffima ea eſt , & maxime celebrata in Annaliſ Eccleſiaſticis apud Baronium , Anaſtaſium (1), Petrum quoque Monachum Caſſinenſem (2), Benediſtum Sacroſanctæ Vaticanæ Baſilicæ Canonicum (3), Nicolaum Maniacutium Sæculo XII. Canonicum Regularem Lateranenſem (4), & pleroſque recentiores . Nec deſunt qui Gregorio Magno deferant nonnulla exhibita huic Imagini , venerationis argumenta , poſthabita memorata Græcorum Hiſtoria . Itaque ab hiſ Sæculo VI. Æræ Chriſtianæ Romæ exſtitiffe creditur . Majorem adhuc vetuſtatem præfert Epistoſa tributa Liberio Summo Pontifici , quam Soreſinius (5), ex Miſcellaneo Julii Valentini manuſcripto de Rebus Lateranenſis Eccleſiæ ſe deſcripſiſſe inquit . Ex qua Sæculo IV. medio decurrente , maxime cultam fuiſſe oſtenditur , & Romam Sæculo I. a Chriſto nato delatam : cujus adſertioni , ſi ea antiquitate nitatur , ſtandum eſſe minime dubitaverim .

## Actus

(1) Vitæ Pontificum Romanor. in Stephano III. alibique ſæpius .

[2] Apud Miſillonium : Muſ. Italic. Tom. I. pag. 88.

[3] Apud eundem : Muſ. Italic. Tom. II. Ord. Rom. num. XI.

[4] Traſtatus de Sacra Imagine Sanctiſſimi Salvatoris manuſcript. in Ta-

bulario Baſilicæ Liberiænæ . *De Vitis diverſorum Sanctor.* Tom. II. pag. 235. edidit Anno MDCCIX. in 4. Alexander Bonaventura ejuſd. Baſilicæ Canonicus : ibi Cap. VIII. vide adnotat. v.

(5) De Imagine Sanctiſſimi Salvatoris ſ. XVII. pag. 43. & ſeqq.

**A**ctus in exilium Liberius a Constantio Augusto ex notissima Valentis & Ursacii calumnia, Presbyteris & Diaconibus Lateranensi Ecclesiæ inservientibus utile monitum, se absente, per Epistolam paræneticam reliquit. *Habetis*, inquit, pene testamenti sui loco Sanctus Pontifex, *in Episcopatu Acheropitam Angelorum ministerio invisibiliter efformatam Imaginem Salvatoris, ac Mensam illius ..... a Beatissimo Petro, ut pia traditio docuit, Romam delatas, & huc usque a tot Patribus nostris religiosissime custoditas, quas velut thesaurum incomparabilem vobis commendo, ut in hac Ecclesia permaneat usque in diem adventus Domini &c.* Epistolam ex Tabulario Lateranense descriptam Fabritius Cardinalis Verallius Valentino tradidit Anno MDCXVII. Idibus Martii (1), cujus Epistolæ testimonio, nihil esse magis congruum videretur Sanctitati, ac vetustati Imaginis adfirmandæ.

CAP. XIII  
Epistola Liberio  
Papæ adscripta.

**B**inas autem Salvatoris Imagines postmodum cultas, pene in eodem loco, utramque signis, & prodigiis illustrem, satis clare patet, quæ ansam variis disputationibus præbuere. Quandoquidem de his mentio existat in vetusto donationis Instrumento (2) Bosonis Episcopi Tibur-

CAP. XIV  
Duplex Salvatoris  
Imago Romæ  
ad Lateranum mi-  
raculis clara.

(1) Adi Sorefinium ubi supra  
§, xvii. pag. 47.

(2) In Archiv. Lateranensi Pluteo xv.  
Lit. Z num. 7.

Tiburtini (1), scripto Anno MXXIX. a Romano Scriniario S.R.E., Pontificatus Joannis Papæ XIX. Anno VI. (qui tamen in Chronico Pontificali XX. computatur a nonnullis, minime abolito Joannis XVII. nomine, adversus Gregorium V. intrusi) & Imperatoris Cunradi Anno III. indictione XIII. Mense Majo, die X. Idem a Sorefinio relatum est in Opusculo de Imagine Sanctissimi Salvatoris (2), ex quo Instrumento constat: *Medietatem integram de domo solarata donatam fuisse: Venerabili Imagini, quam precibus B. Virginis, & BB. Apostolorum S. Lucas cepisse habetur, & virtutem Domini perfecisse, adque Civitatem Rome miraculose pervenisse, in Basilica S. Laurentii de Palatio Laterani servata .... aliam vero partem ipsius Domus, altare SS. Imagini ejusdem Servatoris ab Angelis etiam perfecta, & per B. Petrum Apostolum, sive Titum, & Vespasianum Imperatores ducte ad Urbem Romanam, quæ modo adoratur infra dictam Basilicam S. Laurentii, fructus autem inde perceptos, cessuros continuis futuris temporibus: in usum & honorem luminariorum, & utensilium supradicte Icone Basilice S. Laurentii de Palatio, & alterius predictæ Imaginis, ut in ea donatione cum ipsis nævis impressa legitur.*

Prima

[1] Ferdinand. Ughell. Italiæ Sacræ Tom. I. in Episcopis Tiburtin. col. 216. *Bossum* appellat.

(2) §. XIX. pag. 53. & seqq.

CAP. XV  
Utraque præci-  
pui Scriptorū te-  
stimoniis illustra-  
tur.

**P**rima ex hisce Imaginibus commune aliquid habet cum narratione Græcorum, secus altera de qua agimus, quam a Liberio Pontifice legatam Ecclesiæ Lateranensi novimus ex memorata Epistola. Easdem Imagines videtur indicare Codex membranaceus Bibliothecæ Vaticanæ Anno MCLIX. scriptus, Alexandro III. Pontifice Maximo (1), & Cencius Camerarius apud Baronium (2). At vero Imago ab Historicis Græcis descripta, in Basilica Principis Apostolorum collocata fuit, quod ex iisdem adnotarunt Millinius (3), ac Soresinius (4). Et Nicolaus Processius, qui in Codice Miscellaneo adferit (5) nocturno tempore delatam ad *Sancta Sanctorum*, scripsit Sæculo XIV. idest Urbano V. sedente, quod est intervallum ingens, atque immane ab ævo Græcæ Historiæ. Sed utcumque velis esto. Eodem Urbano V. Pontifice, unum tantum erat Imago Salvatoris, ut inquit idem Processius (6). *Alteram habebamus in hac Basilica ad Sancta Sanctorum Salvatoris Imaginem, quæ a quodam*

## C

(1) Num. 933. pag. 63. a tergo col. 1. Est alia Dominici vultus effigies in Tabula æque impressa in Oratorio S. Laurentii in Palatio Lateranensi, quam Sanctæ memoriæ nostrî temporis Papa Alexander III. multiplici panno serico operuit .... unumque procul dubio compertum habeo, quod si diligenter Vultum Dominicum, quem Judæus in Palatio Lateranensi juxta Oratorium Sancti Laurentii vulneravit .... non absimilem Veronicæ Basilicæ S. Petri, etve

pietura, quæ in ipso S. Laurentii est Oratorio, Vultuique Lucano reperies.

(2) Ad Annum MCLXXXI. §. III. & IV. Tom. XII.

(3) Dell' Oratorio di S. Lorenzo Cap. II. Num. marg. 42. pag. 81. e 82.

[4] De Imagine Sanctissimi Salvatoris §. VII. pag. 21. & 22. & §. X. pag. 28. & 29.

(5) Biblioth. Vaticanæ Manuscript, num. 3536. pag. 41. col. 2. & seqq.

[6] Ibid. pag. 45. col. 2.

*quodam Judæo percussa in fronte, Sanguinem emisit. Igitur vel alio translata fuerat, vel multiplici panno serico ab Alexandro III. cooperatam (1) latere sub nostra Imagine dixerim, licet invitus, vel quoquo modo deperditam fatendum. Confer, si lubet, cum hac nostra Martinellii opinionem (2) prorsus refellendam.*

## CAP. XVI

Plura de Imagine Jesu Christi servata ad Sancta Sanctorum.

**I**D etiam advertendum, percussam in fronte impia Judæi manu sanguinem emisisse, quod item Camerarius adfirmat citato loco. In eo tamen falli opinor, cum omnia, quæ prodigiosa de Imagine alio translata narrantur, vere de Imagine Salvatoris, quæ adhuc in vetusta Æde ad Sancta Sanctorum adservatur, comperiantur. *Ego vero potius crediderim, ait, Cæsar Cardinalis Rasponius (3) eam Imaginem esse illam, quæ intra Sacellum Sancta Sanctorum adservatur, & quæ in Vultu Sacrosancto vibicum notas sub dextero oculo, & circa barbam hodieque videtur præferre. Accedunt testimonia Petri Leonis Casellæ (4), Benedicti Millinii (5), & Francisci Grifendii (6), qui omnes de eadem cicatrice, ac vulnere*

[1] Codex Vatic. 933. pag. 63. a tergo col. 1.

(2) Roma ricercata &c. Giornata v. pag. 143. tertiz editionis.

[3] De Basl. & Patriarch. Lateranensi Lib. IV. Cap. VI II. pag. 328. & 329.

(4) Manuscript. Biblioth. Barberinæ

num. 2008. Historia della Cappella, e Compagnia del Santissimo Salvatore in Later.

(5) Dell'Orat. di S. Lorenzo Cap. I. Num. marg. 69. pag. 129.

[6] Lettere Memorabili dell' Abb. Michele Giustiniani Par. I. Epist. XXIX. pag. 135.

nere, dextero sub oculo nefarie Imagini inflicto, certiores nos reddunt. Illud certe accidit Alexandro III. Pontifice, vel in antecessum, sed non ita longe, ut aperte Codex Vaticanus a Millinio primum (1), ac postmodum a Sorefinio (2) allatus confirmat: nondum enim tempore Bosonis Episcopi, de quo supra memini, vel in fronte, vel alibi per astum & summam injuriam vulnerata fuerat, quod factum fortasse fuit, dum publicis supplicationibus aliquando ex veteri consuetudine deferretur. Sorefinio minime adfentior, qui Anno MDL. *Laniis* adscribit facinus (3), quod ex albo Societatis Sanctissimæ Imaginis deleti fuerint, Anno insequente, Julio III. Pontifice firmante decretum. Alii enim de causis id factum fuisse putat Millinius (4), Casellæ opinioni adhærens. Falsum tamen est in eo lapide, in quo de solemni translatione Sacræ Imaginis agitur ex Laterano ad Exquillas, *Lanios* minime comprehensos, quod tuto ait Millinius (5). Etenim post CALCEATORES. LANII inscribuntur, non LANEI, ut idem vulgavit (6), & adhuc visitur, & patet omnibus in Capitolio Romano, prope Rostratam Columnam, scilicet in Palatio Almæ Urbis Con-

C 2

serva-

(1) Dell' Oratorio di S. Lorenzo Cap. II. Num. marg. 69. pag. 130., e 131.

[2] Ubi supra §. xi ix. pag. 50. & 51.

(3) Ibidem §. xxiv. pag. 67.

[4] Dell' Oratorio &c. Cap. II. Num. marg. 69. pag. 129. & Cap. III. Num. marg. 91. pag. 164.

[5] Ibid. pag. 164.

(6) Ibid. pag. 163.

fervatorum , in muro , ante scalarum adscensum , sinistrorsum . Quapropter excisis literis præstans id monumentum Anno MDL. vetustius debet existimari . In describendo eodem Paullus de Angelis fuit certe diligentior (1), qui *Lanios* etiam in eo reperiit cum omni Artificum coetu in certas Classes dispertito , atque composito . Ita enim Sacram Imaginem multo ordine comitabantur , pio decreto Senatus Populique Romani obtemperantes . Verum quod nullus ad integram fidem vetusti lapidis Capitolini ipsum decretum ediderit ( aliquid enim addendo , vel minuendo , sive etiam foede immutando , quod in hisce monumentis describendis maximum malorum est , omnes labefactarunt ) : non sine aliqua probationis spe , rursus evulgare visum est , eadem Orthographiæ , Cacographiæ , ac linearum lege , qua graphiarius expressit ; exoticis , atque infrequentibus literis ad prototypi normam efformatis , & cum impendio comparatis . Quam diligentiam , & voluntatem solent ornati viri plerumque desiderare . Siquidem , *Commemoratio Antiquitatis Exemplorumque prolatio*, ut inquit opportune Cicero (2) *summa cum delectatione , & auctoritatem orationi adfert , & fidem* . Marmor igitur ita sculptum est .

TRIVM-

[1] Descript. Basil. Sanctæ Mariæ Majoris Lib. XII, Cap. v, pag. 249. & 250.

[2] In Oratore ad Brutum .



TRIVMPHALIS GENTILIVM POMPA . AVG: C.  
 HONORI REDDI SOLITA . AD . DEVOTVM,  
 CHRISTIANÆ RELIGIONIS . CVLTVM RE-  
 DACTA . DEI GENITRICIS VIRGINIS FESTO  
 DIE . DVM . CRISTI SALVATORIS NOSTRI . MI-  
 RABILE SIMVLACR . EX . LATERANO . IN . EX-  
 QVILIAS . AD . MARIÆ MATRIS MIOREM ÆDEM .  
 QVOTANNIS INGENTI PLAVSV . SOLEMNIQ;  
 PROCESSIONE DEFERTVR PRO SENATVS M-  
 GISTRATVMQ; ET . TOTIVS EQVESTRI  
 ORDINIS DIGNITATE POPVLIQ; ET . PLAEBIS  
 OBSERVANTIA . NE . VE . VLLA . POST . HAC . IN-  
 TER PLEBEIA COLLEGIA CONTENTIO FIAT .  
 DECRETVM EST . VT . HOC . STATVTO ORDINE  
 VNIVERSI CVM SVIS FACVLIS FALAMISQ; ET  
 LVMINARIB; SACRAM IMGINEM QVAETER  
 FECERIT COMITENTVR . EA . RATIONE . VT .  
 QVI PROXIMORES SIMVLACRO SINT . DI-  
 GNIORES . HABEANTVR -- AQUARII . ITER . AV-  
 SPICENTVR . POST .

FORNACARII . MOLENDINARII . MVLIOR<sup>S</sup>  
 LIGNARII . MVLIONES VINARII . CVPOIES  
 SALSAMETARII . CANDELARII EX SEVO . PI-  
 SCATORES . PISCARII . VINITORES OLITO-  
 RESQ; PISTORES FORNARIIQ; PELLIPARI  
 FIGVLI . STAVLARI . ERGASTVLI LIGNORV;  
 MERCIMONIARII . SELLARII . CORIARII .  
 TONSORES  
 CL-  
 CEARII . LANII . SVTORES . SARTORESQ; FÆRI  
 LIGNARII . FABRI FERRARII . AVRIFICES . ARO-  
 MATARII . NVMMVLARII . LANIFICES FVLLO-  
 NESQ; MERCETORES PANNOR . AGRICVLTOR-  
 RES . BOARII . THALAMVS : RO . FISCO

SIQVIS ERGO SECVS FECERIT . XXV AVRE-  
 OR . PENA MVLETVR

Hanc

CAP. XVII  
De ornamentis  
eiusdem Imaginis,


**H**Anc eandem Imaginem Innocentius Pa-  
pa III. auro, argento, anaglyphis, &  
pretiosis lapillis totam circumornavit, faciem  
solummodo tabula CrySTALLINA munitam relin-  
quens conspiciendam, inscripto inferius titulo  
INNOCENTIUS. P̄. III. HOC. OPUS. FIERI. FECIT.  
Ceterum Honorius III. qui *Athletam* alias Ima-  
ginem hanc Salvatoris dicere solebat, Sacellum  
instauravit, ac deinde Nicolaus III. a funda-  
mentis, prout hodie cernitur, extruxit, conse-  
cravit, atque ornavit (1): cuius rei plurimi sunt  
qui meminerunt.

CAP. XVIII  
Quando alia Icon  
Jesu Christi cele-  
brari desierit?

**E**X congestis huc usque argumentis, palam  
fit Sacram alteram Imaginem in Instrumen-  
to Bosonis, & Codice Vaticano (2) enunciata,  
spatio circiter annorum viginti, qui ab Alexan-  
dro III. ad Innocentium III., fere dinume-  
rantur, memoriam hominum fugisse. Eam ete-  
nim, ut credere par est, Innocentius III. Pon-  
tifex, aliquo saltem ornamenti genere, nisi ditif-  
sime, atque splendidissime, ut hanc nostram,  
quam veneramus, excolere curasset, & Hono-  
rius III. veteris Sacelli instaurator, ac Nicolaus  
Auctor

(1) Ottavio Panciroli. I Tesori na-  
scosti della Città di Roma. Lettera S,  
Chiesa del S. Salvatore nel Laterano.

Millin. dell'Orat. di S. Lorenzo Cap. I.  
Num. marg. 28. pag. 56., e Num.  
marg. 35. pag. 68., e 69.



Vide Barthol. Platinae Vitas Pon-  
tificum in Honorio III. & Nic. III.

Item Danielis Papebrochii Conatum  
Chronico - Historicum ad Catalogum  
Romanor. Pontific. in Propilæo ad  
Acta SS. Maii. Ptolemæum Lucensem,  
& Annales Ecclesiasticos.

(2) Num. 935. pag. 63.

Auctor novæ molitionis, loculum mehercule confrituissent, in quo eadem altera Icon servari posset in vetere, novaque Æde.

**N**Ullam utique illius mentionem imposte-  
rum invenisse memini, & Nicolai IV. Di-  
ploma datum apud Urbem veterem x. Kalendas  
Aprilis Anno IV. Sui Pontificatus, idest MCCXCI.  
quod versatur circa Indulgentias ea occasione,  
Romanis, aliisque concessas, inquit (1) *Singulis  
diebus in quibus ipsa Sacrosancta Icona aperta per-  
manet Salvatoris &c.* eoque Pontifice instituta,  
sive potius renovata, atque ordinata creditur (2)  
Societas Sanctissimi Salvatoris. Ita Joannes XXI.  
in suo Diplomate dato Avinione v. Kalend. Se-  
ptembris Anno I. nempe MCCCXVII. (3) Non-  
nullas Indulgentias tribuit iis, qui aperitioni  
nostræ Imaginis aderint, qui apertam inviserint,  
& iis, qui dum defertur cum celebritate ac  
pompa, eam sociarint. Clemens Papa VI. Epi-  
stola: *Capitulo Ecclesiæ Lateranensis de Urbe* con-  
scripta Avinione XVI. Kal. Octobris Anno IX.  
hoc est MCCCL. jubet (4) *Imaginem Salvatoris  
& alias Reliquias, quæ sunt in Sancta Sanctorum,*  
ostendi Arnoldo Vicecomiti Caramagen, qui:  
Gra-

CAP. XIX  
Summorum Pon-  
tificum recense-  
tur Diplomata, in  
quibus una tantum  
Imago ad Sancta  
Sanctorum memo-  
ratur.

(1) In Archiv. secreto Vatic. An. IV. Nic. IV. fol. 20.

(2) Catastro. II. Fol. II. & VI. in Archiv. Societatis.

(3) Archiv. Secret. Vatic. fol. 343. Epist. 191.

(4) Archiv. Secret. Vatic. Clemens VI. An. IX. fol. 131. Rub. 143.

*Gratia consequendæ Indulgentiæ Romam peregrinatur. Urbanus v. eandem Imaginem ad Sancta Sanctorum Anno i. suæ Assumptionis, videlicet MCCCLXII. Dominica in Palmis .... & per totam majorem Hebdomadam, monstrari præcepit, ultra veterem usum. Exstat in Archivo Vaticano secreto ejus Epistola (1), quam integram refert Sorefinius (2), datam Avinione xv. Kal. Maii. Una igitur fuit hisce temporibus Imago Salvatoris in eadem Æde celeberrima ad Sancta Sanctorum.*

## CAP. XX

De eadem Imagine certa manifestantur monumenta, & refelluntur incerta.

**P**rofecto liquet de hac Imagine, quod in Tabula picta sit, quod altitudinem palmorum VII. æquet, latitudinem palmorum III. (3), quibus mensuris in altum æquæ ac latum, uncias IV. argentea lamina Innocentiana, semiextantibus signis, auroque distincta, adcrevit (4). Liquet item de eadem Imagine, quod in publicis supplicationibus per Urbem sæpe delata ad Basilicam Sanctæ Mariæ Majoris maxima cum populi frequentia fuerit in die solemni Assumptionis Beatæ Virginis Mariæ ab ævo Sergii Papæ I.

(1) In Urbano V. An. I. II. & III. Ep. x. de Cur. uti apud Sorefin. infra notatur.

(2) De Imag. Salvatoris §. XLVII. pag. 119. ad eundem Soref. §. XLVI. pag. 113. & §. eodem pag. 114. Item §. XLV. pag. 111.

(3) Millini dell'Oratorio &c. Cap. II.

Num. marg. 69. pag. 129. & Cap. III. Num. marg. 71. pag. 135.

Sorefin. de Imag. Salvator. §. VI. pag. 16.

[4] Millini Cap. I. Num. marg. 35. pag. 67. & 68. Sorefin. &c. ubi supra. §. XXI. pag. 57. 58. 59. & §. XXII. pag. 62. Millinium sequitur.

pæ 1. ut ex Anastasio erui potest (1) a Millinio satis illustrato (2), qui sacer Populi Romani Ritus a Sæculo VII. usque ad Pium V. perduravit (3), Sæculo nempe XVI. cum dimidio circiter excurrente. Quamobrem, nullo jure, nullaque ratione, si quid video, Gregorio I. Pontifici Maximo hanc Imaginem tribuisse apparet Græcos Scriptores, etenim Sorefinius Græcorum propugnator (4), Sergio Papæ 1. tribuit aliquando cum Severano (5) solemnem eam institutionem. Præcipua plane annuæ delationis hujus Imaginis, quæ omnium vetustissima existimari debet, in Ritualibus antiquis mentio habetur, quorum alterum Melchioris Hittorpii testimonio, ut notat Millinius (6), ante Pipini Patris Caroli Magni Regis ætatem scriptum fuisse censetur. De hoc

## D

etiam

[1] In Sergio 1. Edit. Vatic. Tom. I. Num. marg. 164. pag. 124.

Constituit autem, ut diebus Annunciationis Domini, & Nativitatis, & Dormitionis Sanctæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, ac Sancti Simeonis, quod Hypapantem Græci appellant (hoc est Purificationis) Litania exeat a Sancto Hadriano, & ad Sanctam Mariam populus occurrat, alibi legitur: recurat.

Et in Leone IV. eodem Tom. I. Num. marg. 504. pag. 302.

Dum hæc agerentur, præclarus, & celeberrimus dies advenit, in quo Beate Dei Genitricis, Semperque Virginis Mariæ Assumptio celebratur. Tunc præfatus, & universalis Papa, a Patriarchio cum Hymnis, & Canticis Spirituallibus, Sanctis præcedente Icona, ad Ba-

silicam Sancti Hadriani Martyris, sicut mos est, propriis pedibus cum omni Clero perrexit &c.

(2) Millini. &c. Cap. III. Num. marg. 73. usq. 75. pag. 139. & seqq. Item Num. marg. 92. pag. 164.

(3) Rasponius de Basil. & Patriarch. Lateranensi. Lib. IV. Cap. XIX. pag. 376. 377.

Fabrini D. Sebastiano. Dichiarazione del Giubileo dell' Anno Santo &c. Cap. XVII. pag. 133.

Martinel. Roma ricercata. Giornata VI.

(4) De Imag. Salvatoris. §. XXVI. pag. 78.

(5) Memorie sacre delle sette Chiese di Roma. Parte I. pag. 572.

(6) Dell' Oratorio di S. Lorenzo. Cap. III. Num. marg. 70. pag. 132.

etiam Ritu mentio existat in veteri Lapide Capitolino, quem Capite xv. descripsimus. Meminere quoque gestationis ejusdem in Mense Augusti suis temporibus fieri solitæ Andreas Fulvius (1), & Lucius Faunus (2) in Antiquitatibus Urbis Romæ illustratis. In illis autem sacris, primisque publicis supplicationibus insignes Reliquias, & Imagines prodigiosas circumlatas, satis exploratum est.

## CAP. XXI

Joannis Giacchetti mendū degitur, & confutatur.

**G**Iacchettus perperam adscribit (3) Nicolao v. Pontifici institutionem magnæ translationis hujus Imaginis Achiropoetæ, Die xv. Augusti, ex monimentis Archivi Societatis, & eam falso quoque, putat fuisse præscriptam, atque ordinatam, ad imitationem Sacrarum Virginum Sanctæ Claræ, in Monasterio Sancti Silvestri de Urbe, a Capite Sancti Joannis Baptistæ, in Capite nuncupato, existentium, quod eadem Die xv. Augusti Imaginem Salvatoris, quam religiosissime fervant, atque *Edeffenam* existimant (4), per Monasterii claustra circumferant.

## CAP. XXII

Ritus antiquus servatus in delatione annua hujus Imaginis ad Basilicam Liberianam Mense Augusto.

**C**omprobatur quoque sacra pedum lotio, sive ablutio, quæ pluries, statisque locis Brassica, seu Basilico nostræ Imagini fieri consueverat, dum

(1) Lib. II. Pag. 84. Edit. MDXLV. pagina . 30. & 31. in 8.

[2] Lib. III. Cap. XIII.

(3) Iconologia Salvatoris . &c.

[4] Giacchettus ubi supra, & item : Historia della Chiesa, e Monasterio di S. Silvestro de Capite di Roma &c.

dum solemnem pompam transveheretur ad Exquilias, cujus priscae consuetudinis historiam erudite exponunt Lucius Faunus (1), rivum Herculaneum, atque Almonem describens: Accuratissime vero Martinellius (2), Millinius (3), & Sorefinius (4) in suis Opusculis, in quibus prodigia permulta ea ipsa occasione manantia, & in Historiae Ecclesiasticae monumentis jamdiu adlata referuntur. Alia quidem tributa Sacrae Imagini Salvatoris, atque alia ipsi aquae, pedibus ejusdem abluendis usurpatae, vel etiam Basilico pia Christianifidelium veneratione in aliquos proprios usus postmodum adservato.

**A**lterius Solemnis pompae, qua veneranda Salvatoris Imago ad Basilicam Liberianam deferebatur Anno Jubilaeo recurrente, meminit Paullus de Angelis, & eam, inquit, (5) a *Paullo v. Pontifice Maximo, justis de causis* sublatam fuisse.

**N**equae has caeremonias (ut id mihi ipse obiciam), jam olim, quis dixerit, alteri fortasse Imagini ante Innocentium III. adhibitas, quae ad hanc nostram translatae postea fuerint,

(1) De Antiquitatibus Urbis Romae. Lib. III. Cap. XLII.

(2) Roma ex Ethnica Sacra &c. Et Roma ricercata &c.

(3) Dell'Oratorio di S. Lorenzo &c. Cap. III. Num. marg. 78. usq. 88. pag. 143. & seqq. & Num. marg. 88.

usq. 90. pag. 159. 160. 161. & 162.

[4] De Imagine Sanctissimi Salvatoris &c. §. xxv. pag. 67. & seqq. &c. alibique.

(5) Descriptio Basilicae Sanctae Mariae Majoris. Lib. XI. Cap. v. pag. 250.

## CAP. XXIII

De alia translatione ejusdem Imaginis Anno Jubilaei.

## CAP. XXIV

Aliqua notata digna de Imagine Salvatoris ad Sancta Sanctorum.

fuerint, oporteret enim illum docere, quo id tempore contigerit, quoque ordine, sive modo causisve fecerint Majores nostri: quæ omnia silentur ab iis omnibus, qui de Imagine Salvatoris aliquando differuerunt. Inde patet, etsi critico veritatis recludendæ, & consequendæ examine Epistolam Liberii Pontificis respuas, tamquam apocrypham, ac fictitiam, nihil tamen eorum, quæ de hac admirabili Imagine recitavimus, infirmari. Etenim nonnullis ante Gregorium I. Pontificem Maximum annis Solemnes Litanias Die Assumptionis Beatæ Virginis Mariæ in Urbe institutas fuisse: & infra Capite xx. exquisivimus (1), atque ex Libro Pontificali abunde cognovimus.

CAP. XXV  
De vera Imagine  
Jesu Christi D. N.  
judicium.

**H**Æc igitur cum ita sint, de Sacris Imaginibus Jesu Christi Domini nostri, *Cæsariensi, Amidensi, ac Romana*, dilucide exposita, ac demonstrata, num ultra sit ambigendi locus eam ad nos pervenisse integram, atque sinceram, disquirant alii. Quandoquidem priori ætate vexata nimis tyrannica sævitie Christiana Religione, difficiliora ea fuisse tempora, quis umquam neget, sacris mysteriis, ritibus, ac sanctioribus reliquiis, ipsanisque adservandis, custodiendis, & ab injuria, ac convicio male feriatorum hominum defendendis?

Parta

[1] Videſis præſertim pagina, 25.



**P**arta vero Orthodoxæ Ecclesiæ tranquillitate auctore Constantino Magno, erecta ubique fuere templa Deo vero magnis sumtibus, quæ ab ipsomet Regum Rege Christo, *Basilicæ* nuncupatæ sunt, Latio, atque Italia adhuc cum Græcis permixta quædam habente vocabula. Pictas quoque, & fufas eas Imagines (ut videre est, in Apfide earumdem Sacrarum Ædium) probata, & perspicua pietate Patres nostri, opere musivo expresserunt, quorum aliqua paullo post memorare constitui, quæ nostro Numismati, atque instituto magis videntur accommoda.

CAP. XXVI  
Post redditâ Ecclesiæ pacē Imagines Salvatoris palam in Tépilis publicæ venerationi propofitæ.

**P**orro Christi caput Nimbo circumdatum est in hoc monumento sacre antiquitatis, in quo Crucis tria segmenta conspicua sunt. Nimbus autem rotundus est, non quadratæ formæ, quam plerumque superstitum virorum imaginibus pone caput depingi, atque insculpi consueviffe, primus ostendit Joannes Diaconus (1), ac deinde Nicolaus Alamannus (2), Anselmus Solerius (3), & Joannes Ciampinius variis locis (4), aliique. De hoc Nimbo, sive rotundo diademate imaginibus Sanctorum adjecto, præclare admodum differit Philip-  
pus

CAP. XXVII  
De Nimbo Crucigero circa Jesu Christi caput in Nummo expresso. Antiquæ recesentur ipsius Imagines cum eodem Nimbo.

[1] Vita S. Gregorii Magni. Lib. IV. Cap. xxxiii. & Cap. lxxxiv.

(2) Dissert. Histor. de Parietinis Lateranensibus. Cap. VII. pag. 43.

[3] De Pileo. Sectione XIV.

(4) Veter. Monim. Part. I. Cap. XIX.

Tab. xxxvii. Cap. XXI. Tab. XL. Cap. xxiii. Tab. XLII. Cap. xxiv. Tab. XLIV. Cap. xxv. Tab. XLVII. Cap. xxvi. Tab. XLIX. Cap. xxxvii. Tab. LII.

pus Senator Bonarrotius (1), quem inter eos, qui de re sacra locuti sunt, magnopere suspexi; sed clarus Ciampinius studiosissimus rerum antiquarum, quæ ad Christianam Religionem pertinent, Tabulis ære insculptis plura confert exempla in illustrandis antiquis musivis operibus; potissime vero agens de Ecclesia Sanctæ Agathæ Majoris(2), quæ Ravennæ circa Annum cccc. adornata est ab Exsuperantio Episcopo, Nimbium rotundum, & Crucigerum ostendit in Imagine Christi sedentis, quod idem occurrit Romæ in Ecclesia Sanctæ Sabinæ (3), opere musivo exornata a Cœlestino I. Summo Pontifice, Anno circiter ccccxiv. At mirum est Bonarrotium, ceteroquin doctissimum virum, contra vetustiora hæc monimenta opinari (4) Crucem Christi Nimbo adpositam fuisse circa finem Sæculi vi. ut hoc eodem signo a diademate Sanctorum distingueretur. Siquidem adlatis exemplis Viro clarissimo plane notis, alia adjicienda se offerunt, quæ Sæculum vi. nec dum dimidium attingunt. Igitur Ravennæ in Ecclesia Sancti Michaelis Archangeli a Bacuda Juliani Genero ædificata (5), Christi diadema Cruce insignitum apparet (6), ejusque structura ad Annum dclv.

per-

(1) Osservazioni sopra alcuni frammenti di Vasi antichi di Vetro. Tav. ix. Fig. 1. pag. 59. e segg.

[2] Veter. Monim. Parte 1. Cap. xx. Tab. xlvi.

(3) Ciampin. Vet. Monim. Parte 1. Cap. xxi. Tab. xlvii.

[4] Osservazioni sopra alcuni frammenti di vetro. pag. 65. e 66.

Idem ibidem. Dittico Sacro. pag. 263.

[5] Rub. Hist. Rav. Lib. 111.

(6) Ciampin. Vet. Monim. Par. II. Cap. viii. Tab. xvii.

pertinet, testimonio vetustissimi lapidis inscripti. Et in Ecclesia Sancti Vitalis, quæ in eadem Urbe picturis musivis decorata fuit Anno DCLVII. (1) cernitur usque adhuc in Imagine Christi idem Diadema. Olim hoc idem spectare licebat in Apfide veteris Basilicæ Vaticanæ (2), & in exteriori facie Basilicæ Lateranensis, quæ nuper cessit novis molitionibus, pariter hoc Nimbo Jesus redimitus cernebatur in intima peripheria rotundæ fenestræ, proximæ fastigio contignationis (3). Eamdem vero, fama, cultuque insignem Sacram Imaginem, magnificentius exstructa Basilicæ fronte ad orientalem plagam lapidibus sectis, contra Portam *Querquetulanam*, quæ etiam *Cælimontana*, atque *Asinaria* dicebatur (nunc autem unico *Sancti Joannis* nomine vulgus appellat). Curatores Ædificii, decenter ornatam, venerationi populorum mox restituerunt, collocantes eam supra Coronidem, infra tympanum ad ornatum Xysti, seu Podii Pontificalis, quod subest Imagini, & totius novæ structuræ. Sed hæctenus memoratis antiquiorem protulit Paullus Aringhius ex Coemeterio Pontiani, alteram pictam (4), alteram (5) Sarcophago marmoreo sculptam, una cum aliis sacris imaginibus. Tandem Sæculo VI. in Summo Ar-

CU

(1) Ibid. Patr. I. Cap. IX. Tab. XIX.

majori modulo. Tab. II. Num. 9.

(2) Ciampin. in Synopsi Historica de Sacr. Ædific. Cap. IV. Sect. II. Tab. XIII.

[4] Rom. Subterr. Tom. I. lib. II. Cap. XXII. Tab. I.

(3) Ibid. Cap. II. Tab. I. lit. A, &amp;

(5) Eodem Tom. I. Lib. II. Cap. XXI. Tab. III.

cu Sacræ Ædis Sancti Laurentii in Agro Verano, Christus Crucem in diademate deferens depictus fuit (1). Idemque signum visitur opere sequioris ævi in Ecclesia Sancti Marci Romæ: In Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæ vulgo dicitur *in Monticelli*: In Triclinio Leonis Papæ 111. & alibi passim Romæ nobis ostendunt antiquæ picturæ musivæ, quæ volenti cuilibet amplam agendi de forma Christi materiam præstant, & facultatem. Idem Nimbus pariter occurrit in Numismatibus Pontificum Romanorum apud V. C. Philippum Bonannium Societatis Jesu Præsbyterum, nonnihil inflexis, curvatisque Crucis extremitatibus, iisque hic Nummus Argenteus summæ raritatis, & pulchritudinis a Gregorio XIII. Pontifice, Maximo percussus ad usum, & commoditatem populi, nec umquam antea editus adduplicari poterit:



Imaginē tamen vitio Sculptoris paullisper immutata, nempe capillo immodice ita composito. Uti arte ab aliis parum culta, Philippus Zeno-  
bius insculpendis ligno Imaginibus, ac proelo

(1) Ciampin. Vet. Monim. Par. II. Cap. XIII. Tab. XXVII.

præparandis excellens summa cura delineavit, & buxo incidit, qui ( præter æneam laminam, quæ Nummum Æreum exhibet cum Imagine, Jesu Christi Domini nostri ) omnia item in nostro Commentario relata Emblemata, diligenter delineavit, & buxo pariter insculpsit.

**S**Acra quidem Veterum Christianorum prolata monumenta si quis ad trutinam velit revocare, eorumque alterum alteri conferre, nihil admodum dispar, nihil dissimile, aut diversum offendet, ita ut oculus oculo, frons fronti, os, mentum, capillus, ori, mento, capilloque admissim respondeant. Et licet non uno, eodemque tempore Imagines recensitæ effictæ sint, sed interjecto plurium sæculorum spatio discernantur, colores quoque coloribus æquipollent. Iis igitur vetustissimis Imaginibus, ac præsertim *Romana* ( neque enim fallor ) usi pro tempore fuerunt Pictores, ac Statuarii, eademque veteri nostro Numismati per quam similis esse videtur, si colores, quibus illud idem caret, excipias. Sed præstat hic Nicephorum audire, nullus enim alius adeo diligenti ratione Christi vultum per singulas partes vestigavit, delineavit, ac pene depinxit.

CAP. XXVIII  
Imago Jesu Christi ad Sancta Sanctorum, & in aliis pervetustis Ædibus sacris picta, similis adseritur illi, quæ in Nummo visitur.

E

Textum

CAP. XXIX.  
Nicephorus Cal-  
listus Jesu Christi  
vultum accurate  
describit.

**T**Extum Auctoris græcum ob oculos poni-  
mus, ne cupidus lector, distentus curis,  
cum jactura temporis alio quærere gravaretur.

Ἡμεῖς τοι inquit [1] ἰψὲ δὲ πλασις τῆς μορφῆς τῆ κυρίας  
ἡμεῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐξ ἀρχαίων παρελήφαμεν, τοιαύδε  
πὺς ὡς ἐν τύπῳ περιλαβεῖν ἡμεῖς. ἀρχαῖος μὲν ἡμεῖς τὴν ὄψιν σφόδρα.  
τὴν γε μὴν ἡλικίαν, εἶπεν ἀναδρομὴν τῆ σώματος, ἐπὶ ἀπι-  
δαμῶν ἦν τελείων. ὀπιζάνδρον ἔχων τὴν ξίχα. καὶ ἐ πάνυ  
δασαῖαν. μῆλλον μὲν ἐν, ἔ περὶ τὸ ἔλον μέγιστος πᾶς ἀπο-  
κλίναςαν. μελαίνας δὲ γε τὰς ὀφρῦς εἶχε, καὶ ἐ πάνυ ὀπικαμπεῖς.  
τὺς δὲ ὀφθαλμοὺς χροπύς πνας, καὶ ἡρέμα ὀπιξανθίζοντας,  
δύοφθαλμος δ' ἡμεῖς, ἔ ὀπιρρίν. τὴν μὲν τοι τείχα τῆ πάγων, ἔ  
ξαιθὴν πνα εἶχε, καὶ ἐκ εἰς πολὺ καθαμένῳ. μακροτέρων δὲ  
τῶν τείχα τῆς κεφαλῆς περιέφερον. . . . ἡρέμα ὀπικλιπῆς τὸν  
αὐχένα, ὡς μηδὲ πάνυ ὀρθιον, καὶ ἐτεταμῆῳ ἔχων τὴν ἡλικίαν  
τῆ σώματος. σιτόχρο δὲ, ἔ ἐ σρογγύλλῳ ἔχων τὴν ὄψιν  
ἐτύγχανεν, ἀλλ' ἄσπερ τῆς μητρὸς ἀπὲ μικρὸν ὑποκαταβαίνουσαν,  
ὀλίγον δ' ὀπιφοινισομένην, ὅσον ὑποφαίνεν τὸ σεμνὸν τε καὶ  
σωετὸν τῆ ἡδρας, καὶ ἡμερον, καὶ τὸ καθαπαξ ἀόρητον. ἡ  
πάντα δὲ ἦν ἐμπερὶς τῆ θεῆς, καὶ πανοσσίλω ἐκείνη μητεῖ.

Latinam protinus interpretationem Joannis Lan-  
gii subdo, recognitam a Frontone Ducæo, quæ  
eadem hæc ipsa est: Porro effigies formæ Domini  
nostri Jesu Christi, sicut a veteribus accepimus,  
talis propemodum, quatenus eam crassius verbis  
comprehendere licet, fuit. Egregio is vividoque  
vultu fuit. Corporis Statura ad palmos prorsus se-  
ptem. Casariem habuit subflavam, ac non admo-  
dum densam, leniter quodammodo ad crispas declinan-  
tem:

(1) Hist. Ecclesiast. Lib. 1. Cap. XL.

*tem: Supercilia nigra non perinde inflexa. Ex oculis fulvis, & subflavescentibus mirifica prominebat gratia, acres ii erant, & nasus longior: Barbæ capillus flavus, nec admodum demissus. Capitis porro capillos tulit polioxiores.....collum fuit sensim declivæ, itaut non extento nimium corporis statu esset. Porro tritici referens colorem. Non rotundam, aut acutam habuit faciem, sed qualis Matris ejus erat, paullum deorsum versus vergentem, ac modice rubicundam, gravitatem, atque prudentiam cum lenitate conjunctam, placabilitatemque iracundiæ expertem præferentem, persimilis denique per omnia fuit Divinæ, & Immaculatæ suæ Genetrici &c.*

**D**Amnant plerique docti Viri Nicephorum, & testimonium ejus exhibent, totum id ecgraphon reiicientes, ea potissimum ratione ducti, quod ex Veteribus (1) nullos ille ex nomine appellaverit, aut appellare vere potuerit a quibus acceperit. Verum etsi plura, quæ in illius Historia referuntur, a Viris magnis tamquam commentitia, & simulata a veris narrationibus, jure ac merito, quod non negaverim, explodantur atque eliminantur, tamen præallatis monumentis, quantum licet homini Sacræ

E 2

Vetu-

CAP. XXX  
Idem Nicephorus  
vindicitur a cen-  
suris.

(1) Serry Exercit. Critic. XLVII. §. 1. & Animadvers. Anticritic. in Histor. Famil. Sacr. Cap. IX.

Vetustatis solícite curioso , nec penitus rudí æstimatori , putavi Nicephoro satis consultum esse , tamquam testimoniis nullatenus postremæ ætatis , quibus de vera Imagine Christi satis constare deprehenditur , & ex ordine chronologico servato , si qua sunt aliorum momenta , haud aliter dignosci facile poterunt , ac refelli . Quippe , si compares Nicephorianam descriptionem nostræ Imagini Achiropœtæ , certior evades , in qua eandem mensuram palmorum VII. cum Millinio , Soresinio , atque aliis infra notatam reperies . Probe a *Veteribus* se accepisse dixit , idest a veteribus Typis depromisse , qui utique votis Christi fidelium , adspirante Deo , incolumes perseverant .

## CAP. XXXI

Nicephoriana descriptio antiquis Imaginibus Jesu Christi responderet , atque cohæret .

**S**unt & aliæ vetustissimæ Jesu Christi Imagines admodum similes , opere musivo pariter expressæ , in quibus tamen simplex Nimbus rotundus comparet . Ita in Æde Sanctæ Constantiæ prope Urbem ævo Constantiniano depicta (1). In Basilica Principis Apostolorum (2). In summo Arcu Basilicæ Sancti Pauli Leone I. Sanctissimo Pontifice , a Galla Placidia exornato Anno ccccxli. (3). In Ecelesia Sanctorum Cosmæ , & Damiani (4) . In Æde Sancti Stephani in Monte

(1) Ciampin. De Sac. Ædif. Cap. x. Tab. xxxii.

(2) Ibid. Cap. Iv. Sect. iii. Tab. xiv.

(3) Ciampin. Vet. Monim. Part. I. Cap. xxiv. Tab. lxxviii.

(4) Id. Vet. Monim. Part. II. Cap. vii. Tab. xvi.



Monte Coelio (1), & alibi: omnesque ætatem An-  
 norum supra xxx. demonstrant, ut Venerabilis  
 Achiropœta Imago ad *Santa Sanctorum*. In hoc  
 argumento quantum a vero declinaverit Francis-  
 cus Vavassorius (2) ea, quæ diximus, recolenti  
 apertissime retegunt.

**H**is veteribus Christi Imaginibus, nonnul-  
 las ex *Museo Victorio* adiiciendas putavi,

CAP. XXXII  
 Carneola cum  
 Imagine Jesu Christi,  
 sibi Nimbo Crucige-  
 ro distincta.



Carneolæ antiquæ  
 magnitudo.



Fictile Monumentum  
 huius magnitudinis.



Vetri antiqui magnitudo.



Sculptura ex Heliotropio  
 huius magnitudinis.

quod eodem Nimbo exornentur, sed in re li-  
 cet

(1) Ibid. Parte II. Cap. XVI. Tab. XXXII.

(2) Lib. de Forma Christi. Cap. I. & Cap. IV.


cet maxima, ne nimius videar, quatuor tantummodo, & quidem insigniores excerpti, & selegi, quarum Prima, & Secunda Jesum Christum Deum, & Hominem in juventute sua; Tertia, & Quarta Puerum admodum exprimunt. Prima igitur est Christi protome, Carneolæ, quam dicunt, insculpta pectore tenus, plenam Hominis faciem exhibens, Nimbo Crucigero redimitam, notæ non optimæ, sed neque rudioris ac pravæ: sinistra Librum Evangeliorum gerit, dexteram benedicens in morem componit: hinc inde Græcis compendiariis literis ΙC. ΧC. *Jesus Christus* legitur. Nomen utrumque ante Jesu Christi Domini nostri adventum, & maxime cultum (1), & a Sanctis Prophetis longe præcognitum.

CAP. XXXIII  
Opus fictile antiquum simile.

**A**Ltera ex fictili materia constat cinereum colorem referens, quæ pro amuleto habitata est, sacro eodem typo, spinea corona circa frontem redimito, utrimque spectabilis, ductili recte, seu funiculo facile brachio, sive ad colulum adliganda: est enim à summo ad imum, veluti terebro perforata, & Cruce foliata, cujusmodi in aliis cæmeterialibus Lipsanis adspicitur, Nimbus decoratur. Eandem Crucem foliatam

(1) Euseb. Historiæ Ecclesiasticæ Cap. 1. vers. 21. & Luc. Cap. 11. Lib. 1. Cap. 111. vide etiam Matth. vers. 21.

liatam refert subjecta Lucerna fictilis : Hæc autem ornamenta honoris ergo Cruci tribuebant, Salutis auctorem veneraturi.



Ita Crucem auro , & pretiosis lapillis contextam a Constantino Magno in penetralibus Domus Augustæ positam , memorat Eusebius (1) in Vita ejusdem Imperatoris , & eam pariter gem-

[1] Lib. III. Cap. XLIX.

gemmis ornatam ceteri Augustorum in Nummis aureis, atque argenteis per sæpe eudebant. Si vetustiores Historias inspicias: Ægyptii inter literas *ἱερατικὰς*, sive Sacerdotales Crucem reponebant, *cujus literæ interpretationem*, ut ait Baronius (1), *adserunt esse: VITA VENTURA*. Quin etiam Judæi, & Pagani symbolum in ea Salutis (2) deprehenderunt.

CAP. XXXIV  
Imago Jesu Christi Pueri cum eodem Nimbo expressa in antiquo Vitro:

**P** Ræstantior longe est altera Imago; quæ alias valde majori modulo in vulgus emissa fuit ex anaglyphis antiqui Vitri, Oraculo Prophe-tæ inscripto (3). *Cognovit Bos possessorem suum, & Asinus Præsepe Domini sui*, ibique videre est Christum jacentem in Præsepio in medio duorum Animalium, quæ ligneis transtris, sive clathris discernuntur, fasciisque involutus est. Adstat Virgo Mater in lectulo rudi, seu potius scamno sedens, ut alibi in lectulo sedens (4), vel interdum etiam decumbens occurrit (5). Dextera manu Præsepio innixa est ad caput Pueri, sinistra supra se. Tunica induitur ad pectus religata, veloque patrio more caput, ac circum amicitur (6), linteolis (pari fortasse consuetudine, tam-

(1) Ad Ann. Christi cccLXXXIX. §. 99.

(2) Idem Baron. ad Ann. Christi xxxiv. §. 92. & 93.

(3) Isaïæ Cap. I. vers. 3.

(4) Romæ in Apide Basilicæ S. Mariæ Transtiberim, opere vermiculato.

[5] Veronæ in Æde S. Joannis in Fonte. Maffei Verona illustrata Par. III. Cap. III. Colon. 64. in fol.

(6) Adi Tertullian. in lib. de Coron. Milit. Cap. IV. & de Velandis Virginibus. Cap. I.

COGNOVIT BOS POSS  
ET ASINVS PRAESEB



VITRI  
ANAGLYPHI  
MAGNITVDO

SACRVM-MONVMENTVM  
ROMAE-IN-MVSE

COGNOUIT BOS POSSESSOREM SVVM

ET ASINVS PRÆSEPE DOMINI SVI



VITRI  
ANAGLYPHI  
MAGNITUDO

SACRVM-MONVMENTVM-IN-ANTIQVO-VITRO  
ROMÆ-IN-MVSEO-VICTORIO

tamquam recens a puerperio) ab utero, ac lumbis ad pedes constricta, ut Filii Dei Incarnationis mysterium infidelibus hac forma absconderetur-(1). Nimirum, quod ita pictum, vel sculptum Virginis Mariæ partum spectantes, neque intelligentes opus Spiritus Sancti, a Fidei Sacramentis minus abhorrerent. Alii vero putant Hieronymi testimonio adversus Helvidium hunc morem ita depingendæ Christi Nativitatis ex Libris Apocryphis emanasse. Joseph sedet cogitantis habitu, scilicet altera manu mento subposita (2), altera vero pallium relegens, quo circumvolutus est supra togam. Luna noctis typus conspicitur, quæ venerabili mysterio complementum dedit, dum in suo cursu medium iter perageret, & Stella crinita Magorum adorationi prævia, Christi manifestationem indicit, & aperte declarat. Sane in iis Imaginibus, Nimbus Pueri tantum Cruce distinguitur. Monumentum huic adsimile exstare compertum mihi est apud Nobiles de Trautson, atque aliud vidisse memini apud Eximium

F

&amp;

[1] Ad disciplinam Arcani id referendum videtur, quemadmodum Hieronymus [Commentariorum in S. Mat. thæum Lib. 1. Cap. 1.] ceteris argumentis, quare Christus non de simplici Virgine, sed de desponsata conceptus esse dicatur in Sac. Bib. Codice, addit Ignatii Martyris opinionem, nempe, *ut partus ejus celaretur diabolo, dum eum*

*putat non de Virgine sed de Uxore generatum.* Porro infideles filii diaboli sunt &c.

(2) Pausan. Lib. x. ubi de Antilochō in Inferno a Polignoto depicto.

Agostini delle Gemme Par. 1. Tav. 110. Ediz. del Cav. Paolo Alessandro Maffei.

Bonarroti Osservazioni storiche sopra i Medaglioni. pag. VIII, e IX.

& præstantem ingenio Virum Paullum Sabbatinium Bulielli, Marci Antonii Sabbatinii Magni Antiquarii hæredem ex affe. Quique Nummum item, & nostro parem, cujus Commentarium adornamus, & magis asperum conservatumque possidet.

## CAP. XXXV

Alia Imago Jesu Christi Pueri cum pari Nimbo sculpta in Heliotropio.

**A**lteram denique proferam ex Heliotropio semiexstantibus signis, licet aliis fortasse recentiore. Hæc Beatissimam Virginem Mariam repræsentat Puerum Jesum in ulnis gestantem. Virginis Nimbus est omnino simplex, at Nimbus Pueri Cruce distinguitur. Virgo velo superinduta est, in quo supra frontem, ac dexterum humerum Crux conspicitur. Videtis Cangium (1) in Michaele Duca, seu Parapinace. Admouet dexteram manum ad pectus, læva Puerum Jesum sedentem sustinet. Christus vero tunica indutus, dextera benedictionem non Græcanico ritu, sed Latino impertitur, sinistra volumen gerit. Super Christi caput notatum est literis græcis monogrammaticis  $\text{IC XC}$ , ut vidimus in Carneola antiquæ sculpturæ; Utrimque adversus Nestorianos literis pariter compendariis *Mater Dei*, nempe ex parte, seu latere Virginis  $\text{MP}$ . qua Puer Jesus  $\text{OT}$ . Adi Explanationem Veteris Gemmæ ad Christianum usum exscalptæ

[3] In Familiis Byzant. pag. 163.



exscalptæ (1), quæ prodiit ex eodem Museo Anno MDCCXXXII. Marcus Antonius Boldettus Canonicus Basilicæ S. Mariæ Transtyberim Vir clarus, in antiquo Cæmeterio apud Albanum, circa Imaginem Virginis Mariæ depictam, idem elogium adnotavit, nulla adhibita fyncope characterum, sed integre ita exaratum (2) ΜΙΤΕΡ ΤΗΕΥ. Hæc Sacra Gemma, cujus descriptionem parare molitus sum, ex Cæmeterio Neapolitano *Sancti Januarii ad Corpus* (si qua fides nostro ævo venditorem sequatur) in *Cimeliarchum Victorium* translata fuit VII. Kalend. Julii. Anno MDCCXXXIV.

**P**Lurima quæ selecta & delibata sunt Sacræ Vetustatis Toreumata, ac Picturæ, atque alia infra depromenda Cimelia, in quibus Crucis Dominicæ tria superiora segmenta contemplanur, raram admodum esse Crucem ad formam *Tau* nos edocent, quæ a nonnullis Patribus Christo Crucifixo tribuitur, & aliquando in Martyrum Cryptis picta; sive opere vermiculato oculis adposita cernitur: eamdem *Patibulatam* dicere solent eruditi, qui varias Crucis species distinguunt (3), *Rectas* alias, & *Decussatas*,

F 2

sive

CAP. XXXVI  
Forma Crucis Dominicæ ex antiquis monumentis expenditur, & illustratur.

[1] Edit. Roehi Bernabò pag. 7. & 8.

[2] Osservaz. sopra i Sacri Cemeterij. Lib. II. Cap. xviii. pag. 559.

[3] Antonius Gallonius. De Sanctor. Martyrum Cruciatibus.

Justus Lipsius, & Jacobus Gretserus. Libris de Cruce.

Bartholomæus Riccius Castrocaldensis. In Triumpho Jesu Christi Crucifixi &c.

five *Immissas*. Variis autem Crucis speciebus reos admotos fuisse, eos experiendi causa, meminit ex vetustioribus Seneca (1). Quin etiam Cicero, Valerius Maximus, Titus Livius, Quintus Curtius, Svetonius: iisdemque Crucibus adfixos clavis tamquam reos quamplurimos Christi Martyres, vel funibus diversimode adpenso, & testantur Acta, & Martyrologia.

## CAP. XXXVII

Nummi Veteres  
eū Imagine Christi,  
& Nimbo Crucigero.

**E**Xhibet Antonius Augustinius Archiepiscopus Tarraconensis nonnulla Numismata (2) Christum, qualem sane descripsit Nicephorus, atque etiam Nimbo Crucigero representantia. Eadem quoque typis excusa vulgavit Jacobus Gretserus (3), quæ in *Museo* itidem *Victorio* adfervantur. Hujusmodi vero Numismata, aurea nempe, atque obolos, inquit Joannes Scylitzes (qui & Curopalates dicitur) Joannem Zimiscen primum ex Romanis Imperatoribus Christi Domini protoma insculpsisse, quorum in averfa parte, seu area, brevissimum, egregium tamen id Lemma, aliquando Græcis, & quandoque Romanis characteribus exaratur. \* IHSYS XRISTYS BASILEY BASILE. *Proinde pro Zimisciana moneta haberi debet*, inquit Cangius (4), & cum eodem Anselmus Bandurius

(1) Lib. De Consolatione ad Marciam. Cap. xx.

[2] Dialogo I. circa finem.

[3] Tom. II. De S. Cruce. Lib. I. Cap. xxvii.

(4) Dissertat. De inferioris ævi Numismatib. Num. xxvii.

rius (1) in cuius facie altera Christi protome, in altera iidem characteres visuntur, atque ejusmodi quidem Nummi jure ΣΩΤΗΡΙΚΟΙ appellari potuere, quos Græci recentiores Constantino Magno ex falso rumore, vel forte ex imperitia adscripserunt &c.

De cognomine ΣΩΤΗΡΟΣ a Diis præsertim ad Conservatores, aut Benefactores Urbium, & Populorum translato disertissime agit Ezechiel Spanhemius (2), qui inde argumento infert (3): *quam meliori titulo, ac jure, non unius Urbis aut Populi, sed universi Generis Humani Liberatorem, antiqua Hellenistarum pietas SOTEREM salutavit?* Idem agit pariter de cognomine ΒΑΣΙΛΕΥΣ (4), Regis Regum (5), Regis Magni (6), & his similibus, quæ omnia exemplo Numismatum antiquorum illustrat. Et ea adnotare libuit, atque observanda proponere, quod altero ex iisdem titulis, alterove Jesus Christus Dominus noster nonnumquam exornetur (7). Pleraque tamen ex his Numismatibus Christum Nimbo Crucigero redimitum demonstrant passim apud Cangium (8), & Bandurium (9), licet alio ab hoc typo, de quo hic sermo est: quæ vetustiores etiam Imperatores cudi fecerunt, ut indicant ex adverso insculptæ

[1] Tom. II. Numismat. Imperatorum. pag. 739.

(2) Dissertat. De Præstantia, & Usu Numismatum Antiquor. pag. 108. & 109.

[3] Ibid. pag. 110. & 111.

(4) Ibidem. pag. 122. & 127.

(5) Ibid. pag. 129 & 133.

[6] Ibid. pag. 128.

(7) Vide Constantii Landi explanationes in Veter. Numismat. Miscellanea, ubi de Antiocho SOTERE.

[8] In Histor. Byzant.

(9) Numismat. Imperat. &c.

inſculptæ eorum Imagines . Ita profecto in Nummo Juſtiniani I. ſeu Junioris , in quo circa Imperatoris ſtantis Imaginem legitur : DN IVSTINIANVS SERVVS CHRISTI ꝛ. infra CONOB, & circa Chriſti protomen IHS CRISTVS REX REGNANTIVM, Nimbus Cruce diſtinguitur : ceſſit autem ille Imperio Anno Æræ Chriſtianæ DCCXI. poſt Annos XVII. verum intervallo IX. Annorum diſturbatus . Hujus Nummi literas τ, quæ literam c. complectuntur ita τ, luculenter illuſtrat (1) Bonarrotius . At in altera parte Nummi Michaelis Rhangabe, qui floruit Anno DCCCXI. circa Imaginem Chriſti Nimbo Crucigero pariter inſignitam legitur IC. XC. *Jeſus Chriſtus*, monogrammate frequenti illo ævo . Utrumque refert Bandurius (2), & eruditiffimus Cangius in Familia Heraclii Auguſti (3), & in Familia ejuſdem Michaelis (4) . Porro & hæc Monumenta longe vetuſtiora valide fulciunt narrationem Nicephori, qui claruit Sæculo XIV. ſub Paleologis Andronico , Michaelē, atque altero Andronico . Aliud Numiſma Chriſti junioris typo præſtans videri poteſt in Muſeo Piſano, olim Corrario (5), in cujus Nimbo Crux inſculpta eſt adjecta Epigraphe IC X EMMAN 8 HA.

Tra-

(1) Oſſervazioni ſopra alcuni frammenti di Vaſi antichi di Vetro. pag. xx. XXI. e XXII. nel Proemio . Vedi la Tav. VI. Fig. I. pag. 47. nelle Oſſervazioni .

[2] Numiſ. Imperat. &c. Tom. II. pag. 679. & 712.

(3) Hiſt. Byzant. illuſtrata. pag. 116.

(4) Ibidem &c. pag. 128.

(5) Tab. XC.

**T**Raxerunt diu contentiosum funem de Nummo quodam Lælii Pasqualinii cum Imagine Christi ex una, ex altera vero Templum quoddam rotundum duobus stipatum militibus cum Lemmate ANACTACIC.

CAP. XXXVIII  
Disputatio Tristani, & Sirmondii de Nummo Christiano Musei Pasqualinii. Quidue in Annalibus reperitur de Nummis Isaaci Comneni.



EX ÆRE.

(qualem ex Museo Victorio jam nunc defumo) disceptantes usque ad nauseam eruditorum Joannes Tristanus a Sancto Amante (1), & Jacobus Sirmondus (2), qui nonnullos alios Nummos ex occasione recensent pariter cum Imagine Christi: eundemque Nummum expendit etiam Franciscus Vavassorius (3). Cangius in Familia Joannis Zimisæ (4) alium ex Ære Nummum prodit, in quo Imperator stans, dextera Crucem, sinistra globum Crucigerum tenet. In margine vero

[1] *Triplex Nummus Antiquus Christi Domini. Perperena Civitatis. Hanniballiani Regis &c.* Joannis Tristani a S. Amante ad Jacobum Sirmondum *Epistola &c.* Ejusdem *Antidotum*, sive æqua, & justa defensio adversus querulam Jacobi Sirmondii responsionem &c. Ejusdem *Antisophisticum*, sive defensio secunda &c.

[2] Jacobi Sirmondii &c. *Antitri-*

*stanus*, sive ad Joannis Tristani Sanctamantii de triplici Nummo Antiquo Epistolam responsio &c. Ejusdem *Antitristanus* rI. Sive ad Joannis Tristani Sanctamantii Antidotum responsio &c.

[3] Francisci Vavassorii &c. *De Forma Christi*. Liber. Cap. rI.

(4) *Histor. Byzantin. illustrat.* pag. 152.

vero habet: ENTSTONIKA (1). In averſæ partis orbe circa literam M, cui ſuperſtat Stel- lula, legitur. ANACEOEIS (2) forte ANANE- ΩCIC, ut ipſemet interpretatur, *Renovatio*, ſci- licet *Imperii*. Bandurius eundem Nummum ad- fert pariter in Joanne Zimifce (3), Monetarioque tribuit (4), qui *Annorum Imperatoris cujuſdam nota ſignaverit: dum alterum typum huic imprime- re pararet Monetarius, & veterem corrupit, nec exhibuit novum*. Anceps tamen hæreo, num ve- re ANANEΩCIC, vel ANACTACIC, in detricto Cangii Nummo legendum ſit, ſive renova- tionem Anni, ſive Imperii indicans, quod for- taſſe Kalendis Januariis cuſus fuerit, vel Anno I. ejuſdem Imperatoris, fauſti ominis apogœo ſy- dere conſiderato, tamquam Romanum Impe- rium ea ipſa temporis, vel conditionis varietate in novam auguſtiorẽque magnificentiæ lau- dem poſſet exſurgere. Sed multa de Nummis Imagine Chriſti ſignatis ſcite animadverſerunt Marquardus Frëherus (5) apud Grævium in Theſauro Antiquitatum Romanarum (6), & Lu- dovicus Savotus (7) itidem apud eundem Græ- vium (8), demonſtrans Zonaræ teſtimonio, ita olim

[1] Ita Mendose.

[2] Pariter cum Mendo.

[3] Numifmat. Imperator. Tom. II. pag. 735.

[4] Ibidem. &amp;c. Tom. II. pag. 739.

[5] Lib. II. De Re Monetaria. Cap. I.

[6] Tom. XI. Column. 1420., &amp; 1421.

[7] Par. I. Diſſertation. De Num- mis Antiquis. Cap. III.

[8] Tom. XI. column. 1157.

olim Romanos Imperatores consueviffe Nummos signare Imagine Salvatoris , ut Ifaacium Comnemum tamquam impium damnarint plurimi Historiarum Scriptores , quod summa rerum potitus , non utique Christum , ut mos inoleverat , sed suam Imaginem manu gladio instructa insculpi jufferit , cudique voluerit , atque evulgari probaverit .

**N**imbus autem venerabili , atque augusto signo Crucis ornatus juxta Caput Christi eundem Cruci adfixum indicabat : quapropter alias ad Agni formam, ut in Scriptura Sacra adumbratur , per symbolum exprimentes eum , qui verus est Agnus , Nimbo persæpe Crucigero distinguebant , quod probro priscis Christifidelibus vertebatur Crucifixum adorare , ac probrosius , & magis indecorum palam adorandum exponere , & prædicare , ut inquit Doctor Gentium ( 1 ) . *Nos autem prædicamus Christum Crucifixum : Judæis quidem scandalum , Gentibus autem Stultitiam .* Probe nota inde est vetusta consuetudo sacrorum Dipticorum , qua insidias Paganorum , iis e conspectu remotis refellebant , in quibus divina mysteria solebant congrue repræsentare : puta solam Crucem , Christum in ea defixum , & vel ipsas Sacras Imagines .

G

ronius

CAP. XXXIX  
Explicatur Nimbi Crucigeri mysterium, & nonnulla de Cruce notantur.

[1] Epist. I. ad Corinthios . Cap. 1. versic. 23.

ronius ad Annum Christi LVII. (1). quare in Hispaniis pingerentur in Tabulis Sacræ Imagines exquirens, secus ac in parietibus Ædium sacrarum, utitur eodem fere argumento, videlicet, quod ita possent, quum expediret (infesta, nec infrequenti urgentè occasione) easdem pictas Imagines *secum quocumque ferre, & occultare*. Crux vero ab ævo Constantini Magni nullo amplius moleste obsistente palam coli incepta est, & Lege lata, vetitum, ne supplicii improborum hominum adhiberetur, de qua meminere Sextus Aurelius Victor (2), Augustinus (3), Cassiodorus (4), Michael Glycas (5), Hermias Sozomenus (6), Nicephorus Callistus (7), & inter recentiores Baronius ad Annum Christi cccxxv. (8), Justus Lipsius (9), aliique, in quibus recensendis non est operæ pretium immorari. Statuam quidem suam, quam idem Constantinus in Foro Urbis erexit eminentiori loco, Cruce in manu elata insignivit, testaturque Eusebius (10), & ejus testimonio in Historia Ecclesiastica relatum est (11), quo utpote coævuo, nullum præstantius monumentum.

Agnus

(1) §. 122.

[2] De Cæsarib. in Constantino Mag.

(3) Variis locis.

[4] Histor. Tripartit. Lib. 1. Cap. 19.

(5) In Annalibus. Part. IV. in principio, ubi de Imperio Constantini.

[6] Histor. Ecclesiasticæ. Lib. 1. Cap. VIII.

(7) Histor. Ecclesiast. Lib. VII. Cap. XLVI.

[8] §. 205. & seqq.

[9] Lib. III. De Cruce. Cap. XIV.

(10) In Vita Constantini Mag. Lib. 1. Cap. XI.

(11) Ad Ann. Christi cccxxv. §. 62. & §. 63.



**A**gnus hujuscemodi Nimbo redimitus spectabatur olim in Apfide Veteris Basilicæ Vaticanæ (1), visiturque hodie in Zophoro Portæ marmoreæ Ædis Sanctæ Pudentianæ (2), cum hoc carmine.

✠ HIC AGNVS MVNDVM RESTAVRAT SANGVINE LAP SVM  
✠ MORTVVS ET VIVVS IDEM SVM PASTOR ET AGNVS  
Quare de hoc symbolo Sanctus Paullinus (3) inquit (4).

*Sub Cruce Sanguinea niveo stat Christus in Agno.*  
Et quidem Agnum in Ara jacentem sub Cruce profert Ciampinius ex vetustissima Æde Sanctorum Cosmæ, & Damiani (5), & in argentea Patera, quam Patenam dicunt, olim a Sancto Petro Chryfologo Ravennatum Antistite in Sacrificio Altaris adhibita (6), præter Aram, Crucem, atque Agnum hoc Epigramma legitur, opus anaglyphum Encausto oppletum explanans.

G 2

✠ QVEM

(1) Ciampin. de Sacris Ædific. Cap. IV. Sect. II. Tab. XIII.

(2) Idem. Veter. Monim. Part. I. Cap. III. Tab. xv.

[3] Hic Paullinus Vir Consularis fuit, & Episcopus item Nolanus, ut in Vita ab Austore Anonymo scripta, & ab Heriberto Ros-Weydo edita Antuerpiæ (Typis Plantinianis MDCXXII in 8.) erudite admodum indicatur: *Pontius haud dubie prænomen habuit* (ita pag. 653.) *quo sepe modo ab Ausonio nuncupatur, item Meropius alicubi &c. apud quosdam Eutropius: Itaque tota appellatio Meropius Pontius Anicius Paullinus erit.* Petrus Crinitus Pontium Paullinum alterum ab

Episcopo Nolano esse existimat in Vita ejusdem Pontii ab se descripta, quod *inter se maxime differant, & professione virtutum, & carminum elegantia.*


(4) Epist. XII. ad Sever.

(5) Veter. Monim. Part. II. Cap. VII. Tab. xv.

[6] Servatur in hanc diem Foro Cornelii cultu magno in Cathedrali Ecclesia Sancti Cassiani Martyris, ejusque Eclypon primus vulgavit Anno MDCXLIII. Dominicus Mita in editione Homiliarum, & de ea agit etiam in Vita Chryfologi. §. xxxvii. & §. xxxix. postea vero integro Libello Joannes Paltritus Dalmata.

✠ QVEM PLEBS TUNC CARA CRVCIS AGNUS FIXIT IN ARÆ  
HOSTIÆ FIT GENTIS PRIMI PRO LABE PARENTIS

Apertius tamen Christum indicat Agnus in Ec-  
clesia Sanctæ Cæcilie de Urbe, Crucis enim  
vice Monogramma sacrum inscriptum in Nim-  
bo gerit (1). Constat autem hoc Monogram-  
ma prioribus literis X, & P. sacri nominis,  
quod græce ΧΡΙCΤΟC scribitur (2), plerumque  
ita immixtis, complexisque, ut in hisce Anu-  
lis Antiquis *Musei Victorii* expressum est.




Idem Monogramma occurrit in quadam lami-  
na ex osse loco Crucis supra frontem Christi  
Domini infra Nimbum apud Boldettum (3),  
Crucis Imagine, non *Decussata*, sed *Recta*, in  
hunc modum ✠, quem præferunt hæ Lucernæ  
fictiles ejusdem Musei ex vetustis Christiano-  
rum Cæmeteriis extractæ: Auro, Argento, &  
pretio-

[1] Ciampin. Vet. Monim. Par. II.  
Cap. xxvii. Tab. LII.

(2) Euseb. in Vita Constantini Ma-  
gni. Lib. I. Cap. xxxi.


(3) Osservaz. ai Cemeterj degl'An-  
tichi Cristiani. Lib. I. Cap. xv. pag 60.  
num. 3.

pretiosiori qualibet Gemma æstimabiliores, non  
ab artificis industria, quæ sane modica, & exilis



in eis est, sed a Christi nomine judicandæ, in  
ipfa operis tenuitate ornatissimo. Adi

Adi si vacat Joannis Burchardi Menchenii laudatam a Fabretto (1) eruditam Diatriben de



Monogrammate, & Bonarrotium in Præfatione  
ad Vitrea Fragmenta (2). Me-

(1) Inscript. Domestic. Cap. VIII.  
pag. 563.

(2) Pag. XII. XIII. XIV. & XV.

**M**Emini quandoque advertisse inter sacra Anaglypha ab Antonio Bosio selecta (1), Agnum stantem Nimbo Crucigero decoratum, tribus nempe superioribus segmentis Sacrosanctæ Crucis, & in unoquoque segmento parvulam Crucem inscriptam, dextero anteriore pede hastatam Crucem sustinentem: erga salutare Sanctæ Crucis signum venerationis, religiosæ ac gratæ memoriæ præcipuum argumentum.

CAP. XLI  
Nimbus circa Agnum  
multiplici  
Crucis exornatus.

**S**ed ne longius quam par est aberrare videar, egerunt de hoc sphragismate, seu de figura Agni Veteres Patres in Concilio Trullano, seu Quinisexto Canone LXXXII. (2), qui in Concilio Nicæno I. Generali VII. relatus est Actione IV. (3), & in Epistola Hadriani I. Summi Pontificis ad Tarasium Patriarcham Constantinopolitanum, quæ existat in Decreto Gratiani Distinctione III. de Consecratione Canonum XXVIII. (4): in editione vero Codicis Decretorum Gratiani Bibliothecæ Barberinæ a Cl. Viro Justo Fontaninio Archiepiscopo Ancyrano nuper e vivis erepto nitidissime curata (5), Canone XXIX. Confer, si lubet, editiones Decretorum

CAP. XLII  
Scriptores recensentur,  
qui agunt  
de Symbolo Agni.

(1) Roma Sotterranea . Lib. IV. Cap. XXIIX.

(2) Tom. VII. Concilior. Edition. novissimæ . Column. 1383.

[3] Tom. VIII. Concilior. Columnæ, 882. ejusd. edit.


(4) Eod. Tom. VIII. Concilior. Nicæno I. Act. II. col. 770.

[5] Volum. I. Tit. IX. Rubrica I. de Sacrar. Imagin. Veneratione .

torum Gratiani, Gregorii Haloandri, & Fontaninii adfertis locis, & editiones Conciliorum, itemque Jacobum Gretserum (1), & Robertum Bellarminium pro hoc symbolo adversus Theodorum Balsamonem, Bartholomæum Caranzam, ceterosque.

CAP. XLIII  
Emblemata, & Signa memorata Jesum Christum Crucifixum exprimebant.

Omnia profecto hæc præclarissima Emblemata, ac Signa, Christum utique Crucifixum, subobscurè tamen *Arcano Mysterio* exprimebant. Quod custoditum integerrime fuisse a primævvis Christianis clarissimi doctrina Viri demonstrarunt, & in hac Prima Parte Commentarii pro opportunitate adfirmatur, differendo maxime de *Imaginibus Christi Nimbo Crucigero insignitis*, de *Cruce*, de *Figura Agni*, de *Sacris Dipticis*, de *Monogrammate &c.* & in Altera, quam elucubravimus, & mox sequetur, partem Numismatis posteriorem declarante iterum acturi sumus.



# NUMMUS ÆREUS

VETERUM CHRISTIANORUM

COMMENTARIO

IN DUAS PARTES DISTRIBUTO

EXPLICATUS.

## PARS ALTERA.



N postiore Numismatis parte sacrum *Baptisma* insculptum est, quod a Joanne Christum suscepisse ad ripas Jordanis Divinis Litteris docemur. Quapropter umbilico tenus in flumen descendisse, sive

potius post immersionem adscendere videtur Jesus Christus Dominus noster, cui Præcurzor Baptista, zona pellicea cinctus, amictuque adsimili defluente super nudo opertus, aquam ex cyatho, quem dextera manu gerit, supra caput effundit, sinistra pedum pastorale tenens, sive baculum curvum, repandumque: *Cambucam* vocat Ecclesiastico vocabulo Ciampinius (1)

H

Musi-

CAP. I  
Expositio Partis  
aversæ Nummi Æ-  
rei.

[1] Vet. Monim. Par. I. Cap. x. Tab. XXI II. pag. 78.

Mufivum opus Ravennatenfe explanans Sæculo VI. conditum. Ad verticem Salvatoris Columba pervolat, fymbolum Spiritus Sancti, hac Epigraphe in ambitu adpofita. REDEMPTIO FILIIIS HOMINVM, & in ima Nummi parte IORDANEM, nempe Jordanes.

## CAP. II

Vocabulorum *Baptifmatis*, & *Baptiflerii* fignificatio.

**D**efcriptioni Emblematis præponere non nulla libet de voce *Baptifmatis*, ut quæ dicenda funt a notis principiis orta nofcantur. *Βαπτισμὸς* græca vox eft, quæ apud Latinos fonat Immerfio. Inde ergo *Baptiflerium*, *Lavacrum*, & *Lavacrum*, *Baptiflerium* dicitur a Plinio juniore in Epiftola ad Apollinarem (1), in qua de Villa fua ad Apenninum fita differens: inde *Ἀποδυτήριον*, inquit, *balinei laxum*, & *hilarre excipit cella frigidaria*, in qua *Baptiflerium amplum*, atque *opacum*, & fimiliter in altera Epiftola ad Gallum (2), ubi agit de Villa fua Laurentina. Error igitur apud illos irrepsit, qui *Baptiflerium* totam ædificii domum exiftimant (3), licet in cella *Baptiflerium* exftaret. Optime vero convenit *Sacramento* nomen, quoniam per *Baptifmum*, feu *Lavacrum* fordes peccatorum mundantur, & in novum hominem myfte-

(1) Lib. v. Epift. vi.

[2] Lib. iI. Epift. xvii.

*Inde balinei cella frigidaria fpatiofa, & effufa, cujus in contrariis parietibus*

*duo Baptifleria velut ejefta finuantur abunde capacia &c.*

[3] Joſeph Binghamius, Latine redditus ab Henrico Grifchovio. Lib. viII. Cap. viI. §. iv.



myſterio Religionis creatura renaſcitur . Cetera de etymo , ac interpretatione vocis omittam , etenim de hac re Sacri , Profanique Scriptores abunde differunt .

**E**Rgo ſermonem ad Hiſtoriam illuſtrandam convertens , Jeſus Chriſtus aquis Jordanis immerſus cernitur , ut per Immerſionem baptizatum fuiſſe intelligamus . Neque per ablutionem , ſive effuſionem aquæ ( quam *Adſperginem* dixit (1) Tertullianus ) tinctum etiam fuiſſe dicendum eſt , eſſi Joannes patera , ſive carcheſio converſo caput ejuſdem , corpusque , aquam perſundendo abſtergere videatur : quibus modis lotiones fiunt , ac fieri conſueviſſe norunt , qui ſcripta Veterum de Balneis , ſive Thermis perluſtrarunt . Sed Sacra profanis explicare ſi non dedecet , hic certe nullatenus neceſſe eſt . Igitur myſterium in imagine deprehendo . Sane Jeſus per Immerſionem tantum baptizatus fuit .

C A P. III  
Jeſus Chriſtus  
per Immerſionem  
in Jordane Bapti-  
zatus fuit .

**A**T vero Sacramentum per Immerſionem mechanicè Pictura , ſive Sculptura exprimere , obſcuram omnino rem foret ſpectantibus proponere , adeo quidem , ut vix ij qui ſcierint , *Baptiſma* repræſentari intelligerent . Itaque ab Expoſitione Maximi Eccleſiæ Doctoris Hieronymi

C A P. IV  
Nummus idem  
myſterium indi-  
cat .

H 2

nyni

(4) Lib. de Pœniten. Cap. vi.

nymi (1) in Ifaiam, (quæ, ni fallor, lucem magnam exemplis adferet, quæ allaturus sum) hunc morem ita pingendi *Baptisma*, quod Christus suscepit ortum habuisse putarem. Habet enim Evangelium, quod Hebræo sermone conscriptum legunt Nazaræi, ut idem inquit, *descendet super eum omnis Fons Spiritus Sancti*. Haud aliter *Fons vivus* &c. dicitur Spiritus Sanctus in Hymno, quo utitur Ecclesia Romana. Hanc Scripturarum allegoriam Veteres hoc pacto expressisse dixerim. Etenim *Baptisma* Fons est Spiritus Sancti, nempe quo Dona Sancti Spiritus in nos effunduntur, descenduntque beneficio Aquarum Baptismalium: ac proinde idem Sanctissimus Doctor in Dialogo adversus Luciferianos ait: *Ipse Dominus noster Jesus Christus... Statim ut caput extulit de fluente, Spiritum Sanctum accepit, & prosequitur, non quod umquam sine Spiritu Sancto fuerit, quippe qui de Spiritu Sancto in carne natus est, sed ut illud nobis monstraretur verum esse Baptisma, quo Spiritus Sanctus adveniat*. Is vero est plenitudo Gratia, quam *Fontem Sancti Spiritus* Scriptura dixit. Quare cyathum aqua plenum desuper fundendum adposuerunt prope Columbam, non ideo, ut per Infusionem etiam Baptizatum fuisse censeremus, sed *Fontem Sancti Spiritus*, ita accommodatissime designari existimantes, & facile a mente comprehendi. Neque

(1) Lib. IV. Cap. XI.

**N**Equè novum videri debet per Symbola Christifideles, ac Signa sæpius explanasse difficiliores Historias, id enim passim apud Patres, & in Veteribus Monumentis occurrit, quæ Viri omni liberali doctrina, atque eruditione imbuti, ac literariæ facultatis artibus clari exposuerunt, & nos pro modulo nostro, ubi opus fuerit, ea magis magisque illustrare nitimur. Ectypon antiqui operis anaglyphi exstat in Museo Victorio, in quo *Virgo Maria* exprimitur expansis manibus, quomodo Christiani olim Deum orabant (1), velo autem circa frontem, ad humeros, & brachia prætenso, decore ornata.

CAP. V  
Mos Veterum  
Christianorū in-  
dicandi per Signa  
res sublimes, &  
arcana.



Ex antiqua Gemma  
huius magnitudinis.

Spectatur ante ipsam *Puer Jesus* cum Nimbo Crucigero, utrumque vero in Urna quadam sublimiore effinxit vetus anaglyptes, unde aquæ diffue-

[1] Veteris Gemmæ ad Christianum  
Usum exscalpt. Brev. Explan. pag. 6.  
Vide Prudentium. In Hymn. Epiphan.

Tertullian. in Apolog. &c. Cap. xxx.  
S. Ambrosium. Lib. vii, Epist. lxxx.

diffluere videntur, tamquam e Fonte magno, & hoc est Lemma, quod utrimque legitur:  $\overline{\text{MP}} \overline{\text{OY}}$ . Scilicet *Mater Dei*:  $\text{HΠHΓH}$ , idest *Fons*. Ita aptissime *Gratiarum Fontem* indicantes *Jesum*, ad quem in nostris necessitatibus per Mariam recurrendum est. Suo quoque modo *Fons Hortorum*, *Puteus Aquarum Viventium*, quæ fluunt impetu de *Libano* &c. dicitur *Virgo Maria* in Canticis Canticorum (1). Christus autem apud Prudentium Virum Consularis Ordinis (2).

*Ipsè Fons, & clausula*

*Omnium quæ sunt, fuerunt,*

*Quæque post futura sunt &c.*

Porro Oraculum spiritu prophetico ab Isaia prolatum (3): *Haurietis Aquas in gaudio de Fontibus Salvatoris*, dilucide, aptissimeque explicatur in hac Gemma, quæ, ut ego quidem arbitror, summæ raritatis, atque elegantix titulum sibi merito vindicat.

#### CAP. VI

Antiqua Christianorum monumenta recensentur, quæ expressum in Nummo Mysterium exhibent.

**P**rofecto huic Nummo similem Picturam refert Aringhius ex Cæmeterio Pontiani (4), quæ Hieronymo, seu cœva est, seu vetustior, & similem pariter Historiam ex Sarcophago marmoreo signis anaglyphis exsculpto (5), quem Gualdus

(1) Cap. IV. versic. 15.

(2) In Hymn. Omni hora. &c.

(3) Isaia. Cap. XII. vers. 3.

(4) Rom. Subterr. Tom. I. Lib. VI. Cap. IV. Tab. II.


Eademque Pictura. Tom. II. Lib. II.

Cap. XXI. Tab. II.

(5) Aringh. Rom. Subterr. Tom. II.

Lib. IV. Cap. XLVII.

Gualdus Eques Sancti Stephani in Porticu Liberianæ Basilicæ collocandum curavit. Ibi verò minus apte Sculptor se gessit: non enim Spiritus Sanctus adparet in specie Columbæ. Attamen ea forte ratione Columbam omisit, quæ descendentem aquam typum Fontis Spiritus Sancti fatis demonstraret. Sic aliquando in hujuscemodi Nummis argenteis Christi *Baptisma* exprimebant Proceres Reipublicæ Florentinæ, consuetudine eodem argumento minime improbanda.



Alteram Picturam profert Ciampinius (1) ex pervetusta Æde Sancti Joannis in Fonte, quæ a Neone Episcopo, in Civitate Ravennæ instaurata, atque ornata fuit Sæculo v. nempe Anno ccccli. ibique Spiritus Sanctus sub Columbæ specie advolare cernitur. At Jordanes inter aquas adsurgit figura hominis, iis decoratus insigniis, quæ Fluminibus a Paganis tribuebantur, ita inscripto nomine IORDANN: Aliquid autem Sacroprofanum in Ecclesia adhuc infan-

(1) Veter. Monim. Pat. I. Cap. xxv. Tab. Lxx.

infante interdum usurpatum, non ego primus indigito. Eadem symbola conspiciuntur in eadem præclara Urbe in Apfide Sacræ Ædis Sanctæ Mariæ in Cosmedin, quæ opere Musivo insignita fuit circa Annum DLIII. ubi Jordanes (1) humana specie pariter, sed Cancri cornibus distinguitur, arundine, atque amphora, quem nonnulli in re antiquaria prorsus hospites, a cornuta fronte, Moysen esse perperam putarunt. Ita vero figura hominis, & aquæ Oceanum, Nylum, Tyberim, aliaque Flumina sæpe Græci, Romanique artifices expresse-  
runt, ut Danubium in Columna Trajani Imperatoris (2), quem insignis colchographus Petrus Sancti Bartolus diligenter delineavit, atque æri insculpsit, ac sæpe numero occurrit inter Admiranda Romanarum Antiquitatum Vestigia publicis typis edita, & in Nummis præfertim Antonini, Hadriani, & Trajani, aliorumque. Sed alias in antiquo Vitro (3) Jordanes aquæ solummodo figura, ac inscriptione designatur, ut in Nummo, quem exhibemus, si demas Historiam, & Romæ pariter in Ecclesia Sanctæ Praxedis (4), in quibus locis *Baptisma* per enygma tantum indicatur. Jord-  
nem

(1) Ciampin. Vet. Monim. Part. II. Cap. x. Tab. xxiii.

(2) Apud Joan. Jacobum de Rubeis. Tab. iv.

(3) Bonarrot. Tab. vi. Fig. i.

[4] Apud Ciampin. Vet. Monim. Part. II. Cap. xxv. Tab. xlvii.

nem autem pro symbolo *Sacramenti* a Patribus usurpari, testimonio indigere minime puto. Videndi sunt præ ceteris Adamantius Origenes Homilia IV. in Jesu Nave (1), & Sanctus Gregorius Nyssenus in Oratione de Christi Baptismate, atque alia adversus distrahentes, & prorogantes ad futuri, incertique temporis eventum humanæ vitæ, perceptionem virtutis tam sancti, & saluberrimi *Sacramenti*. Verum, ut illuc Oratio redeat, unde non importune discesserat, semper in monimentis recensitis Christi Baptisma per Immerfionem, & Effusionem Aquæ, penitiori nota, ut dicebam, exprimitur. Prætereo heic Codices antiquos, in quibus eodem fere typo Christi *Baptisma* pingitur, tum quia multi sunt, tum etiam, quia eadem picturæ, nullam majorem utilitatem Sacræ Antiquitatis cultoribus adferrent.

**P**Robari tamen nullo modo potest: *Baptisma per Infusionem non modo Judæis, sed & Christianis prioribus Ecclesiæ sæculis fuisse penitus inauditum* (2), & Sacramentum, quod nunc administratur Aquæ Effusione, ut inquit Sandinus (3), nec usurpatum vulgo, nec comprobatum fuisse ante Sæculum XIV. Quin immo ex Actibus Apostolorum

CAP. VII  
Olim Baptisma  
Christifidelium, etiam per Infusionem usurpatum.

I rum

(1) Cap. III. & Homil. V. Cap. IV. & V.

(3) Histor. Famil. Sacræ. Cap. VII.

(2) Serry. Exercit. Critic. XLV. de Baptismo Christi. pag. 75.

rum videtur altera etiam opinio commode roborari posse, cum (1) *circiter tria millia* Virorum a Beato Petro Apostolorum Principe baptizati fuerint una eademque die, & alia vice (2) *numerus Virorum quinque millia*, vix enim hebdomadario spatio id opus perfici potuisset ab eodem homine, nimirum *Baptismate* singulis per Immerfionem ministrato. Sic quoque scribit Valfridus Strabo, qui floruit Sæculo IX. (3) *notandum autem, non solum mergendo, verum etiam desuper fundendo multos baptizatos fuisse, & adhuc posse ita baptizari, si necessitas sit, sicuti in passione Beati Laurentii quemdam urceo allato legimus baptizatum. Hoc etiam solet evenire cum provec-tiorum* (4) *granditas corporum in minoribus vasis hominem tingi non patitur*. Ita porro Constantini Magni *Baptisma* olim spectabatur in externa facie Basilicæ Lateranensis, ut in Opere de Sacris Ædificiis ostendit Ciampinius (5): qui alibi varios baptizandi ritus illustrat Picturis antiquis Ædium Sacrarum Sanctæ Pudentianæ, & Sancti Laurentii in Agro Verano (6), & duos ex marmore Sarcophagos explanans (7), uberri-ma, ut solet, eruditione sacra. Certe per immerfionem

[1] Act. Apostolor. Cap. II. vers. 41.

(2) Ibid. Cap. IV. vers. 4.

(3) Lib. De Rebus Ecclesiast. Cap. XXVI.

(4) In Bibliotheca Patrum. Tom. XV. Lugduni. MDCLXXVII. impressa, le-go: *perfectiorum*.

(5) Cap. II. Tab. II. Fig. 4.

(6) Vet. Monim. Par. II. Cap. IV. Tab. VI. Fig. 1. &amp; 2.

(7) Ibid. Cap. IV. Tab. IV. &amp; V.



sionem totius corporis baptizari adultum hominem posse in Urna vetustissima, quæ in Lateranis existit, nullum credo, qui eam inspexerit, virum promptæ mentis umquam adfirmaturum.

**N** Arrat Anastasius, Paschalem I. Sanctissimum Pontificem Liberianæ Basilicæ obtulisse: *vestem de Chrysoclaro* (1), *habentem Historiam, qualiter Dominus noster Jesus Christus a Joanne in Jordane baptizatus est, cum periclysi de chrysoclaro, mirifice exornatam &c.* & aliam: *vestem auro textilem*, dediisse eidem Ecclesiæ Gregorium IV. (2), *habentem Nativitatem, Baptismum, Præsentationem, & Resurrectionem: habentem in capite ipsius Historiæ gemmas albas trecentas, & octuaginta, hyacinthinas quinquaginta, prasinas viginti duas &c.* Hic idem Pontifex dono dedit Basilicæ Salvatoris juxta Patriarchium Lateranensem (3), *vestem cum Chrysoclaro, habentem in fronte Altaris Historiam Beatissimorum Baptiste, atque Evangelistæ Joannis &c.* quas Vestes, sacrarum Ædium Aris pro amiculo inferviisse puto, Solemnitatibus majoribus accommodandas, vetere consuetudine, nostro etiam ævo laudabiliter perdurante, præsertim in Basilicis Patriarchalibus Vaticana, & Lateranensi.

CAP. VIII  
Donaria cum Historia *Baptismatis*  
Domini Nostri Jesu Christi.

I 2

Pelli-

(1) In Vita &c. edit. Vatican. Tomo 1. Num. marg. 448.

(2) Ibidem. in Vita Greg. IV. Num. marg. 465.

(3) Ibid. Num. marg. 478.

CAP. IX  
De pelliceo indu-  
mento Sancti Joan-  
nis Baptistæ.

**P**elliceum indumentum Sancti Joannis Bapti-  
stæ, de quo Evangelistæ Matthæus (1), &  
Marcus (2), ut ait Sanctus Paullinus (3), alibi  
etiam in hoc Commentario (4) memoratus.

*Vestis erat curvi setis conferta Cameli,  
Contra luxuriam molles duraret ut artus,  
Arceretque graves puncto corpore somnos.*

*Hunc vilis rigidos ad lumbos zona ligabat &c.*

Qualis probe vestis Heliæ describitur in Codi-  
ce Sacrorum Bibliorum (5). Simile indu-  
mentum præfert hæc Gemma insculpta cum  
Imagine Præcurforis, quam hic subiicio.



Gemma antiquæ  
magnitudo.

Dextera manu expansa Librum clausum te-  
net Beatus Joannes (6), in quo cubat A-  
gnus

(1) Cap. 111. versic. 4.

(2) Cap. 1. versic. 6.

(3) De Sancto Joanne Baptista Chri-  
sti Præcone, & Legato. Vers. 230. &  
seqq.

(4) Par. 1. Cap. xl. pag. 51. Vide in  
Adnotationib. num. 3.

(5) Regum. Lib. iv. Cap. 1. vers. 8.

(6) Apocalyps. Cap. xxi. vers. 37.

Non intrabit in eam (idest Civitatem  
Sanctam Jerusalem) aliquod coinqui-  
natum, aut abominationem faciens, &  
mendacium, nisi qui scripti sunt in Li-  
bro Visa Agni.

gnus (1) hastata Cruce transversa ornatus. Sinistra Hastam in summitate Crucigeram gerit, & paniculum brachio circumvolutum, & pendentem. Agnum autem stantem cum Nimbo rotundo, & Cruce pariter hastata, atque transversa exprimit Vitrum cæruleum antiquum, & pellucidum, quod exstat in *Museo Victorio* (2), ejusque magnitudinem innuit lineola subposita.



Alias Agni stantis imagines profert Ciampinius cum eadem Hasta Crucigera ex Ædibus Sanctæ Pudentianæ (3), in Zophoro Portæ marmoreæ, & Sancti Laurentii in Agro Verano (4), supra columnarum epistylum in Zophoro Porticus. Sed de ipso indumento Sancti Joannis Baptistæ dictum est nuper patrio sermone in Illustratione quorundam Florenorum ex auro, quæ aliquando in vulgus edetur ex eodem *Museo*: ex quo superiore Anno prodierunt *Observationes*, seu *Præ-*

(1) Joannis. Cap. I. vers. 29. *Altera die vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.*

(2) Videbis, quæ de Figura Agni di-

ta sunt in Parte I. Commentarii. Cap. xxxix. Cap. xl. Cap. xli. & Cap. xlii.

(3) Veter. Monim. Part. I. Cap. III. Tab. xv. num. 1.

(4) Veter. Monim. Part. I. Cap. xlii. Tab. xxviii.

*Præfationes*, una cum Tabula æri incisa eisdem Florenos referente. Reticendum tamen minime est, id operimenti genus *διφθέρας* dictum fuisse ab antiquis-Scriptoribus a pellibus ovium, sive caprarum, & *διφθέρας* eos, qui illis induti essent: quod observatione sua dignum putavit (1) omnium iudicio doctissimus Petrus Victorius.

CAP. X  
Columba Symbolum Spiritus Sancti.

**S**upervolat in area Nummi Columba, etenim Columbæ specie, Spiritum Sanctum descendisse, testantur Evangelistæ Matthæus (2), Marcus (3), Joannes (4): & Lucas inquit (5): *Et descendet Spiritus Sanctus corporali specie sicut Columba in ipsum &c.* Neminem tamen latere arbitror Patrum sententias, quas in hocce miraculo illustrando iidem ipsi proferunt præsertim Hieronymus, Anselmus, Augustinus, Ambrosius, Chryostomus, Euthymius: Alii siquidem veram fuisse Columbam, alii corpus aereum simile Columbæ pronuntiarunt, quos dissentientes componere nituntur Cornelius Jansenius Episcopus Gandavensis (6), Franciscus Cardinalis Toletus (7), Jacobus Tirinus (8), Cornelius a Lapide, atque alii insigniores Theologi,

(1) Variar. Lectio. Lib. xxvi. Cap. xxi. 11.

(2) Cap. 111. vers. 16.

(3) Cap. 1. vers. 10.

(4) Cap. 1. vers. 32.

(5) Cap. 111. vers. 22.

[6] Commentariorum in Concord. Evangelic. Cap. xiv.

(7) In Joannis Cap. 1. Adnotat. lxx.

(8) Commentariorum Sacri Scriptur. Tom. 11. Cap. 111. Matthæi.

logi, Sacrorum Librorum Interpretes consultissimi. Juvencus Hispanus Poeta, qui Constantio, & Constante Imperatoribus claruit, & commendatur nonnumquam ab Hieronymo, inquit in Historia Evangelica (1):

*Scinditur auricular Cœli septemplex æthra,  
Corporeamque gerens speciem descendit ab alto  
Spiritus, aeream similans (2) ex nube Columbam;  
Et sancto flatu corpus perfudit Jesu.*

Egit de eadem Columba Tertullianus Libro de Carne Christi (3). Libro vero de Baptismo (4) dixit: quemadmodum enim post aquas diluvii, quibus iniquitas antiqua purgata est, post Baptismum, ut ita dicam, mundi, pacem cœlestis iræ præco Columba terris adnunciavit, dimissa ex Arca, & cum olea reversa, quod signum etiam apud Nationes paci prætenditur, eadem dispositione spiritualis effectus terræ, idest carni nostræ emergenti de Lavacro, post vetera delicta, Columba Spiritus Sancti advolat, pacem Dei adferens emissa de Cœlis; ubi Ecclesia est Arca figurata. Ergo ut Figuram Veritas impleret, ideo Spiritus Sanctus imaginem Columbæ selegit, atque suscepit. Sic pariter Ignis speciem induit in die Pentecostes, Christi Discipulis congregatis adparens. Quemadmodum enim ille Ignis non fuit comburens,

(1) Matth. Cap. III. Marci. Cap. I. Luca. Cap. III. Joannis. Cap. I.

(3) Cap. III.

(4) Cap. VIII.

(2) Alibi legitur *Similans*.

rens, sed illuminans, ita Columba mysterio Caritatis, ac Simplicitatis nos edocebat, ut quod visibiliter tunc operabatur, exinde confirmata, & recte constituta Fide novi Foederis, quæ est Christi Doctrina, eadem se invisibiliter operaturum ostenderet.

## CAP. XI

Multa de Symbolo Columbæ. X. Litera Græcorum Nomen Christi indicat in Gemmis, Vitreis Monimentis, & Lapidibus.

**C**olumbæ symbola recensent Apollodorus (1), Pierius Valerianus (2), Natalis Comes in Mythologia (3), Hadrianus Turnebus (4), Cœlius Rhodiginus (5), Petrus Victorius de re literaria optime meritis (6), Octavius Falconerius (7), atque alii. Verum ne umquam ab instituto nostro, sive ab Historia Christiani Ritus abscedamus, adiri poterunt Acta Sancti Basilii, quæ Amphilochio tribuuntur, in quibus Ritus servandæ Eucharistiæ in vasibus aureis, atque argenteis ad imaginem Columbæ elaboratis describitur: itemque Baronius ad Annum Christi LVII. (8). Plura quoque differunt Heribertus Ros-weyds ex Epistola Cleri Antiochoeni ad Joannem Episcopum Constantinopolitanum scripta adversus Severum pariter Episcopum, sed hæreticum, Joannes Stephanus Durantius (9),  
Joan-

(1) Libro de Diis.

(2) Hieroglyphicor. Lib. xxii.

(3) Lib. iv. Cap. xiii.

[4] Adversarior. Lib. xv. Cap. xxii.

(5) Lestion. Antiquar. Lib. xxii. Cap. xxiv.

[6] Variar. Lestion. Lib. i. Cap. xiv.

Idem etiam Lib. xii. Cap. xv.

(7) Dissertat. de Nummo Apamensi.

(8) §. 152.

(9) Lib. i. De Ritib. Eccl. Catholicæ. Cap. xix. alibique.

Joannes Molanus (1), Cafalius (2), & Edmundus Martene (3); Bosius etiam de Columbae symbolis luculenter agit (4), & Bonarrocius in Observationibus ad Vitrea Fragmenta (5). Mabillonius item in Liturgia Gallicana (6), in Itinere Italico (7), & Germanico (8). Sed & eruditissimus Ciampinius in Sacra Historica Disquisitione de duobus Emblematis Cimelii Carpinei (9). Petrus Sancti Bartolus aeneam Lucernam protulit (10), in qua Columba super Monogrammate sacro conspicitur, atque aliam similiter cum Arca (11), aliisque mysteriis, quae Baptismatis typum expressisse in Testamento Veteri, praecedenti Capite demonstratum est. Hisce monumentis addenda est ex *Museo Victorio* aenea vetustissima Lucerna pensilis, instructa catenulis pariter ex aere, in cujus fronte Crux magna cernitur, tota prorsus integra: super eam vero Columba innititur. Eadem etiam portatilis est apposite fuso post Crucem anulo, digito inferendo valde idoneo. Duas huic adsimiles magis ornatas (12) profert,

K

Arin.

(1) *Histor. Sacrar. Imagin. & Picturar. Lib. II. Cap. VIII.*

[2] *De Veteribus Christianor. Ritib. Cap. III.*

(3) *De Antiquis Eccl. Ritib. Tom. I. Lib. I. Cap. v. Artic. III. num. 6, & 7. pag. 647. & 648. & alibi, sed obiter.*

(4) *Roma Sotterr. Lib. IV. Cap. XII.*

(5) *Pag. 124. & seqq.*

(6) *Lib. I. Cap. IX.*

[7] *Pag. 217.*

(8) *Analestorum. Tom. IV.*

(9) *Pag. 36. & 37.*

[10] *Lucerne Sepolcrali. Par. III. Tab. XXVI.*

(11) *Ibidem. Tab. XXIIX.*

[12] *Paul. Aringh. Rom. Subterr. Tom. I. Lib. III. Cap. XXII. & Tom. II. Lib. IV. Cap. XLVII.*

Aringhius, aliamque pariter æream exhibet (1),  
sed absque catenulis.

EX ÆRE ANTIQVO.




Aliam quoque, vel ex primis hisce duabus unam  
refe-

(1) Aringh. Rom. Subterran. Tom. II. Lib. VI. Cap. XXIII.



referunt (1) Bofius, & Severanus: quæ omnes pio Christifidelium studio, & in magnis ærumnis admiratione digno labore conflatae, & politæ fuerunt. Illam tamen, legenti gratum facturus, idcirco incidendam existimavi, quod ab editis nonnihil diffimilem invenerim, & quod eruditi hujusmodi Xenii mirifice delectari soleant. Addenda item Gemma ex eodem Museo, decora, venustaque iride coruscans, quam Opalon dicunt, in eaque ex una sculptum est x. Græcum (cujus osor dicebatur Julianus Apostata (2) ab Antiochœnis Christianis), adiectis utrimque literis A, & ω, in altera vero parte Columba.



Gemmae magnitudo.

Idem x. meminit Bofius se vidisse in Vase quodam

K 2

dam

[1] Rom. Sotterran. Lib. II. Cap. xxx.

(2) Juliani Imperatoris Liber, qui inscribitur ΜΙΣΟΘΡΩΓΩΝ. Edit. Lipsien. M D C L X X X V I. in fol. pag. 375. hæc habet. Τὸ χῖ, φησὶν, ἔστιν ἰδιόκεισε τὴν πάλιν, ἔστι τὸ κάππα. τί μὲν βεῖ τῆτο τῆς ὑμετέρας σοφίας τὸ αἰνίγμα, σιωπῆναι χαλεπὸν. τυχόντες δ' ἡμεῖς ἐξηγητῶν ἀπὸ τῆς ὑμετέρας πόλεως, ἐδιδάχθημεν ἀρχαῖς ὀνοματιῶν ἡμῶν τὰ γράμματα, δὲ ἄλλῃ δ' ἐβίβλεν τὸ μὲν χριστὸν, τὸ δὲ κωνσταντιον. Quæ Petro Marti-

nio Interprete, ita vertuntur. Chi, & Cappa nihil Civitati nocuerunt. Hoc sapientie vestrae Ænigma quale sit, difficile est intelligere: Nos tamen quosdam vestrum Interpretes nacti, didicimus his literis nominum quorundam initia significari, altera Christum, altera Constantium declarari. &c.

Infra vero pag. 360. Καὶ ὅτι πολὺ μὲν τῷ χῖ. πῶδες δὲ ὑμᾶς ἔσονται τὸ κάππα.

Interprete eodem Martino: Postremo me Chi bellum indixisse, & Cappa desideratis. &c.

dam Vitreo, Martyris ignoti sanguine perfuso (1), nihil tamen de eodem signo proferens. Mabillonius (2), sculptum unice fuisse putat in lapidibus Cæmeteriorum: *ad designandum tumulum, quales numeros, inquit, in Roma subterranea sæpius offendes*: Convenitque cum eo Fabrettus (3). At tamen raro admodum occurrit hos numeros reperire, quos nota N. non præcedat, sive in Epitaphiis Christianorum, sive Ethnicorum, ut conferenti loculos, & Libros Inscriptionum editos patere potest, eaque, vel tumulum, vel ætatem quoque defuncti portendit (4). De hac eadem litera x. quæ in vestibis Veterum Christianorum nonnumquam depicta cernitur, agunt pro sua quisque opinione Bosius (5), Ciampinius (6), Bonarrotius (7), qui nullo eam mysterio refertam esse existimat. Id vero signum, teste Juliano Ethnico Principe, haud dubie Christum præmonstrabat apud Christifideles, & confirmatur Gemma allata, Vitreoque Bosii Emblemate indicato. Quibus omnibus æquum est addere judicium Joannis Goropii Becani ex Libro xi. Hieroglyphicorum (8), & videtur congruere testi-

monium

(1) Roma Sotterran. Lib. III. Cap. XXI II. pag. 285.

[2] Iter Italic. pag. 74.

(3) Inscript. Domestic. Cap. VIII. num. VI. pag. 546.

(4) Boldetti. Osservazioni sopra i Cæmeterj &c. Lib. I. Cap. LVIII. pag. 303.

(5) Rom. Sotterran. Lib. IV. Cap. XXXVIII. pag. 657.

[6] Veter. Monim. Par. I. Cap. XII II. pag. 100. & 101.

(7) Osservazioni sopra alcuni Frammenti di Vetro. Tav. XIV. Fig. I. pag. 90.

(8) Pag. 166. & seq. ubi de *Xain*, & pag. 169. & seqq. ubi de *Chiet*. Edit. Antuerpiæ. in fol. Typis Plantinianis. MDCXXX.

monium Sancti Paullini Episcopi Nolani apud Virum Cl. Ludovicum Antonium Muratori (1), ex Natali XI. ubi *Crucem*, & *Monogramma* ita describit:

*Nunc eadem Crux dissimili compacta paratu  
Eloquitur Dominum tamquam Monogrammate  
Christum.*

*Nam nota, qua bis quinque notat numerante Latino  
Calculus, hæc Græcis Chi scribitur &c.*

Ea tamen, quæ sequuntur pertinent ad reliquas Monogrammatis partes. Igitur *Chi* Græcorum, *Crucem*, quam *Decussatam* dicunt, & *Christum* significabat, ut idem Paullinus ait (2).

*Qui Cruce dispansa per quattuor extima ligni,  
Quattuor attingit dimensum partibus Orbem,  
Ut trahat ad vitam populos ex omnibus oris.*

Vere enim *Chi. x.* est primum Sacrosancti Nominis elementum. Sed Columbæ mysteria repententes: spectatur apud Bosium (3) vetusta Sedes Pontificalis marmorea cum hoc Cœlestis Columbæ symbolo, eademque apud Aringhium (4). Ceterum Spiritum Sanctum persæpe Gregorio Magno, aliisque Summis Pontificibus, & nonnullis Cœlestis Aulæ candidatis sub hac Imagine se præbuisse videndum, notum est pluribus,  
pro-

(1) Tom. I. Anecd. Biblioth. Ambrosiana. pag. 42. et 43. xxxvii. e nuovamente al Lib. iv. Cap. XLVIII.

(2) Ibid. pag. 44. et 45.

(4) Rom. Subterr. Tom. I. Lib. IV.

[3] Roma Subterr. Lib. III. Cap. XIV.

probatifque Historiæ Ecclesiasticæ documentis. Columbam Sancti Spiritus e sublimi delapsam in Ordinatione Fabiani Pontificis innuit Eusebius (1), & Ravennatis Ecclesiæ Pastoribus ordinandis aliquandiu adparuisse, referunt Surius, Lipomanus, Baronius, Rubeus, & alii plerique Scriptores egregii. Postremo celeberrima res est, præsertim apud Francos Historicos, quæ de Baptismo Clodovei Regis memoratur, Ampullam nempe Sacri Chrismatis per Columbam Coelestem delata Sancto Remigio Episcopo: qua Sacro Fonte consperso, atque oblinito Baptisma Regis absolvisse dicitur.

## CAP. XII

An alias in Jordane Spiritus Sanctus descenderit? Idem Fluvius olim ad Baptismum adhibitus, et Aqua ipsius ad Baptismum ministrandum alio misisa.

**N**Arrat Amphilochius in Vita Sancti Basilii, alias etiam ad Jordanem Columbam Sancti Spiritus descendisse, eam tamen lubricam narrationem cum apocryphis monumentis rejiciendam censuit Baronius (2), & contra Franciscum Combesium Ordinis Prædicatorum, ita sentiunt Bollandiani (3). Sed de consuetudine Baptizandi ad Jordanem præcipuo Festo Die Theophaniæ, ac de Fidelium usu se in eo lavandi in eadem Solemnitate, qui diu post Eusebii, & Hieronymi ætatem perduravit, meminit

(1) Historiæ Ecclesiasticæ, Lib. vi. Cap. xxix.

Vide pariter Baron. ad Ann. Christi. c cxxxvi II. §. 6.

(2) In Not. ad Martyrolog. Roman. ad diem 1. Januar. et xiv. Jun.

(3) Tom. I I. Mens. Junii. Par. I I. ad diem xiv. pag. 945. in Adnotat. & Censuris ad Cap. I I. num. 29. pag. vero. 943.

nit Henricus Valeſius in Adnotationibus ad Lib. IV. ejuſdem Eufebii de Vita Conſtanti Magni (1), ex Itinerario Antonini Martyris, & pariter ex Hodœporico Sancti Willibaldi, quod edidit Caniſius (2). Præterea notandum eſt, ſumta quandoque ex ipſo Jordane Aqua, & alio tranſlata pueros Catholico Ritu expiatos fuiſſe. Narraſt enim Bartholomæus de Galeottis agens de Alberto Bolognetto S. R. E. Cardinali (3), eum a Gregorio XIII. Pontifice Maximo Florentiam miſſum Anno Domini MDLXXVII. Aqua Jordanis, a Natione Florentina comparata, baptizaſſe Die XXIX. Septembris Philippum Coſimum, Filium Magni Ducis Franciſci: quod item alias factum fuiſſe legimus in Baptiſmo infantium magnorum Regum, Aqua Jordanis adhibita uti prodigioſa. Multa etenim de eo Flumine (4), & alia de aliis Sacris Fontibus (5), mirabilia narrantur, vel ipſa Die Chriſti Baptiſmo ſacra quotannis olim accidiſſe: Verum enim vero, ſui temporis idoneus teſtis, de perenni Fonte in Lucanis ſito Caſſiodorus Senator (6), ſcribere non dubitavit: *Habet & Lucania Jordanem ſuam; Ille exemplum Baptiſmatis præſtitit, Hic ſacrum Miniſterium annua devotione cuſtodit &c.*

Epi-

(1) Cap. LXII. pag. 252. Edit. Mogunt. MDCLXXII. in fol.

(2) Antiq. Lection. Tom. IV. Par. II. Edit. Ingolſtad. MDCIII. in 4. pag. 497. & pag. 498.

Videſis Gregorium Turonen. Libro I. de Gloria Martyrum. Capite XVII.

& item Capite XVIII. & Cap. XIX.

Vide ité in eod. Lib. I. Cap. LXXXVIII.

(3) Traſtat. de Viris Illuſtribus Bononien. Part. I. pag. 21.

(4) Ann. Chriſti xxxi. §. 19.

[5] In Sacr. Faſt. atq. Annal. var. loc.

(6) Lib. VIII. Variar. Epiſt. xxxIII.

CAP. XIII  
Exponitur Lem-  
ma in Nummo ex-  
pressum.

**E** Pigrapphen mihi exposituro, illud Joannis Evangelistæ in mentem subit (1): *nisi quis renatus fuerit ex Aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei.* Quare, ut mortales homines Regni Cœlorum participes, atque incolæ aliquando forent, salutari Lavacro Baptifmatis opus habuisse, nemo ex Fidelibus non novit, ex quo Redemptionem ab omni labe peccati per virtutem Christi consequuntur, & Infantes ab originali inquinamento mundantur. Hæc nos docet explanatis Sanctis Evangeliiis Catholica Ecclesia contra Pelagianos, ac Joannem Wiclef, & Udalricum Zwinglium, atque adversus hujusmodi Calvinianorum, aliorumque hæreticorum errores nos instruunt Innocentius I., qui Pelagium, Cœlestiumque damnavit, Sanctus Irenæus (2), Fulgentius (3), Chrysoftomus, Euthymius, Ammonius, denique Tridentinum Concilium (4), ac proinde, ut dicebam, Universalis Ecclesia, ideoque Paullus Apostolus (5): *Non ex operibus justitiæ, inquit, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per Lavacrum Regenerationis, & Renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati Gra-*  
tia

[1] Cap. 111. vers. 5.

(2) Lib. 11. Contra Hæreses. Cap. xx11.  
et Lib. v. Cap. xv.

(3) De Fide ad Petrum. Cap. xxx.

(4) Sessione v. in qua de Peccato Ori-

ginali, et Sess. vi11. in qua de Baptismo.  
variis locis.

[5] Epist. ad Titum. Cap. 111. vers. c.  
5. 5. et 7.

ria ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Neque aliter Sanctus Augustinus in Epistola ad Hilarium (1), in qua pleraque adversus Pelagianos, & item Manichæos, scribit Cœlestium circa *Baptisma* parvulorum coactum fuisse confiteri, quod & ipsis *Redemptio sit necessaria*.... Unde enim redimendi sunt, nisi a diaboli potestate, in qua esse non possent, nisi originalis obligatione peccati? aut quo pretio redimuntur, nisi Christi sanguine, de quo apertissime scriptum est, quod in remissionem effusus sit peccatorum? Inde igitur *Baptisma*, ac *Pœnitentia*, *Sacramenta Mortuorum* nuncupata fuerunt, quia nempe de morte ad vitam, scilicet ad Omnipotentis Dei Gratiam nos revocant, quam ex tristi hæreditate Majorum nostrorum ab origine amisimus. Cetera *Sacramenta Vivorum* dicuntur, quod non omnino necessaria sint ad æternam salutem consequendam, sed Gratiam Christifidelibus adaugeant. Suscepto siquidem *Baptismate*, si forte infantem, vel adultum ætate virum, antea paganum, hæreticum, flagitiis quibusve obnoxium, inopina morte decedere contigerit, illico cœlesti fruitione, seu visione Dei facie ad faciem potitur, quæ est fors Beatorum. Quare ait Chrysostrabus in Expositione prioris Epistolæ ad Corinthios (2) τὸ μὲν ἰσὸς

L

Bapti-

[1] Epist. CLVII. Cap. III. §. 22. (2) Homil. XL. Cap. xv. pag. 689. Editionis Maurin. alias Epist. LXXXIX. tionis Commelinianæ. MDCIII. in fol.

βασιλέως ἀφεθέντος ῥυπαρώσαν τὴν ψυχὴν ὅτιν ἰδεῖν, τὴν δὲ τῆ βαπτισθέντος, ἐκέτι, ἀλλ' ἀπάν τῆ ἡλιακῶν ἀκτίνων καθαρο-  
 πέραν, καὶ οἷα ὄξαρχῆς χυνηθάσα ἦν μᾶλλον δὲ καὶ ἐκείνης  
 ἀμείνω πολλῶ. Quæ Interprete Germano Brixio  
 Altissiodorensi (1), Latine legenda sunt: *Qui  
 crimine Regis beneficio absolutus est, inquinatum  
 animum servat: Quem abluit Baptisma non item,  
 sed solis radiis puriorem mentem habet, & qualis  
 erat jam olim dum conderetur, immo hac illustri-  
 orem*. Eodemque sensu interpretatur Gentianus  
 Hervetus, licet aliis utatur verbis citato supra  
 loco (2). Tunc enim Aquæ in Sacramenti my-  
 sterium transfuerunt, & *Baptismi* materia esse  
 coeperunt, cum Christus in Jordane baptizaretur,  
 ut docent Tertullianus (3), Hierony-  
 mus (4), Nazianzenus (5), aliique Patres, qui  
 Evangelia doctissime, ac sapientissime explica-  
 runt. Et hæc est REDEMPTIO FILIIS HOMINVM,  
 per symbolum, seu *Epigraphen* in nostro Nu-  
 mismate eleganter designata. Per symbolum in-  
 quam, nam: *Sacramenta Christiana, ac præser-  
 tim ea, quæ magis necessaria sunt . . . . . primum in  
 Lege Naturæ, & Moysis adumbrata, ac prænun-  
 tiata*, ut optime animadvertit insignis Theolo-  
 gus, itemque S. R. E. Cardinalis Robertus Bel-  
 larmi-

(1) Homil. XL. Cap. XV. Edit. Paris. MDLVI. in fol. Column. 563.

(2) Edit. Commelin, in fol. pag. 689.

(3) Lib. de Baptismo. Cap. IV. atq. etiam alibi.

(4) Dialogo Contra Luciferianos: [5] Orat. ad Sancta Lumina.



larminius (1), deinde a Christo promissa, tum instituta, postea frequentata, & commendata in Scripturis inveniuntur: quod pluribus exemplis illustrat agens de Sacramento Eucharistiæ, & Pœnitentiæ antiquitus præfiguratis. Vide si lubet Eusebium (2), & Augustinum (3): qui egregius Ecclesiæ Doctor inquit (4): *Deus . . . . . utriusque Testamenti se esse voluit auctorem, ut & terrena promitteret in Veteri Testamento, & Cœlestia in Novo Testamento.* Christus autem, ut ait Paullus Apostolus: *factus est nobis Sapientia a Deo (5), & Justitia, & Sanctificatio, & REDEMPTIO.*

**S**I licet quandoque eruditionis causa a re maxima, gravissimaque ad inferiora descendere (neque enim extra chorum versamur) Numismatis inscriptionem a vetustis lapidibus melioris notæ aberrare video Orthographiæ vitio, in quibus REDEMP TOR constantissime legitur, non REDEMTOR. Ita apud Gruterum in magno Inscriptionum Thesauro, Thomam Reinesium, Jacobum Sponium, Raphaellem Fabretum, Antonium Franciscum Gorium Viros clarissimos, secus ac in monumentis Christianorum: in iis enim inconstanti omnino ratione id vocabulum,

L 2

&amp; quæ

(1) Lib. III. de Sacramen. Pœnitentiæ. Cap. III.

(2) Historiæ Ecclesiasticæ. Lib. I. Cap. II.

(3) Lib. x. de Civit. Dei. Cap. xxxii. & alibi passim.

[4] In Psalm. Lxxiiii. §. 2.

(5) Epist. I. ad Corinth. Cap. I. vers. 30.

CAP. XIV  
Orthographia  
Lemmatum expeditur,  
& illustratur.

& quæ ab eo profluxere nomina exhibentur. REDEMPTA dicitur Christiana foemina apud Boldettum (1) in lapide antiqui Cæmeterii, quod a Callisto, & Prætextato nuncupatur. REDEMPTA apud Bosium (2) in Cæmeterio Priscillæ. REDEMPTA quoque apud Cl. V. Antonium Mariam Lupi Societatis Jesu, in Dissertatione de Epitaphio Severæ Martyris ex lapide, Græco sed rudi caractere sculpto (3), qui exstat in Museo Kircheriano; Alioque Latino lapide ex Cæmeterio Sanctorum Processi, & Martiniani REDEPTA (4). Ita pariter adjecta litera P. REDEPTO, qui vixit Annis v. titulum posuisse lego Susannam, apud eundem Boldettum (5). Plures alios lapides tum Græcos, tum Latinos, lubens omitto, qui penes eosdem Scriptores, & reliquos vetustarum Inscriptionum Editores occurrunt, Orthographia, ut plurimum varia, atque instabili. Iis vero omnibus, qui literam P. inde non excludunt adstipulatur Priscianus Grammaticus (6), atque alii Veteres, quibus adhæret Paullus Manutius. Favet autem admodum Numisma eruditus viris, qui cum Dionysio Lambino eandem literam P. adimunt ab hac voce, & ceteris similibus (7), lenius pronunciandi gratia.

(1) Osservazioni sopra i Cemetetj. Lib. II. Cap. XIII. pag. 475.

(2) Rom. Sotterran. Lib. III. Cap. LXI.

(3) §. XVIII. pag. 185.

(4) Ibidem &c. §. XIII. pag. 110.

(5) Osservazioni sopra i Cemetetj. Lib. II. Cap. XIII. pag. 489.

(6) Lib. X.

(7) *Emtus, exemtus, consumtus* &c.

tia. Quod item monuit Fabius Marius Victorinus (1), & nuper eruditissimus Gorius (2). Pudeat vero Trajanum Boccalinium in hanc arenam aliquando descendisse (3), atque alios homines hujus gregis.

**D**E Anno, quo Christus baptizatus fuit, ac de Ætate ipsius celeberrimus est Evangelii locus apud Lucam (4), ubi idem narrat: *Anno . . . . . quintodecimo Imperii Tiberii Cæsaris, a Joanne baptizatum, procurante Pontio Pilato Judæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Ituræ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ Tetrarcha, sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha: eo scilicet temporis intervallo, quod infra Summos Sacerdotes Annam, & Caipham interjacet, verum eodem Caipha tunc Principe Sacerdotum: numquam enim apud Judæos duo simul Pontifices exstiterunt, in quo Josephus Scaliger (5) caligavit. Etenim si quando duo simul Summi Sacerdotes occurrerint, alter intrusus, & Schismaticus reputari debet. Annus autem xv. Imperii Tiberii Cæsaris, ex supputatione Honuphrii Panvinii (6), refertur ad Annum Urbis conditæ*

CAP. XV  
De Anno, atque Ætate, in qua Christus Baptizatus fuit.

DCCLXXXII.

(1) Lib. de Orthographia.

(2) Inscription. Donian. Class. I. num. 121 pag. 42.

(3) Ragguagli di Parnasso. Centuria. I. num. LIII.

(4) Cap. III.

[5] De Emendat. Temporum. Lib. VI. Cap. I.

(6) Commentarior. ad Fast. Consular. Lib. II.

DCCLXXXII. quod adseveranter conatur definiendo declarare dum agit de Anno, & Die Passionis Domini nostri Jesu Christi (1). Tirinus in Chronico Sacro (2) reiicit ad Annum Urbis conditæ DCCLXXX. Julianum LXXIII. Pagius exactioris criticæ studiosus vir (3), de Anno Imperii Proconsularis Tiberii Cæsaris Evangelistam loqui existimavit, juxta quem calculum emergit Annus Urbis conditæ DCCLXXIX. quo notatur Annus Christi XXXI. atque Æræ vulgaris XXVI. Consulendus etiam eruditus Comes Camillus Silvestrius (4) in sua Chronologia. Jacobus Uferius ponit Christi *Baptisma* (5) in Anno Periodi Julianæ MMMMDCCXL. Æræ Christianæ XXVII. Demum omnes, qui Scripturam Sacram Commentariis illustrarunt, & Chronologiam Veteris, ac Novi Testamenti compilarunt, vel Sacras Historias scripsere: Jacobus Salius, Sebastianus Barradius, Alphonfus Salmeronius, Cæsar Baronius, Henricus Spondanus, Isidorus Clarius, Gilbertus Genebrardus, Alphonfus Tostatus Episcopus Abulensis, & alii permulti in varias abeunt sententias. In hisce vero computis exerendis Blanchinium libentius sequor, qui post alios Chronologiam Consularem, Cæsaream, & Ponti-

[1] Ibid. ad Ann. Urbis DCCLXXXVI.

(2) Cap. XLVII. Cap. XLVIII. et Cap. XLIX.

(3) Ad Ann. XXXII. §. 7.

(4) Parte I. Dissert. III. pag. 120.

(5) Annales Veteris, et Novi Testamenti.

Pontificiam summo studio, diligentia, atque eruditione concinnavit (1). Is autem ad Annum Urbis conditæ DCCCLXXVII. refert Christi *Baptisma*, ac Periodi Julianæ MMMMDCCXXVIII. quibus Annus xv. Proconsularis Imperii Tiberii Cæsaris in Syria congruit, & in Prolegomenis (2) etiam convenire demonstrat, quicquid sit, quod alii aliam opinionem probaverint (3). *Et ipse erat incipiens quasi annorum triginta*, ut Lucas testatur (4), quo tempore baptizatus fuit a Joanne, qualem sane ostendunt vetera quæquæ monumenta.

**A**Ttamen Orientales Christiani solemniter Ritu quotannis renovantes memoriam Jesu Christi Domini nostri baptizati in Jordane, per trinam Immerfionem *Christi Pueri Statuam* in Fonte Sacro tingunt Die Epiphaniarum, cujus Ritus meminit Cl. Pagius (5) illius Aquæ prodigia celebrans, quæ de Aquis Baptifmalibus narrant Chryfoftomus (6), atque alii. Adeo nempe, quod optime notat Sandinus (7), ut etiam hæretici, quos vocant *Proteftantes*, conscribant, Casaubonus

## CAP. XVI.

Orientales populi Jesu Christi Baptisma præcipua Solemnitate quotannis recolunt. Idem agitur ab Ecclesia Nestitina.

(1) Anastaf. Vitæ Pontific. Romanor. Tom. II. Edit. Vatican.

(2) Ibidem. pag. cl.

(3) Videndus item Dionysius Petav. in Rationar. Temporum. Par. I. Lib. IV. Cap. I.

Henricus Philippi. In Quæstionibus

Chronologicis de Annis Nati, & Passi Salvatoris. Cap. XIII.

Serry. Exercit. Critic. XLV.

[4] Cap. III. versic. 23.

(5) Ad Annum Christi. XXIIX.

[6] Tom. I. Homil. XXI. de Baptifmo Christi.

(7) Histor. Famil. Sacræ. pag. 73.

bonus (1), & Guillelmus Cave (2). Dum hæc scripta essent, & prælo proxime consignanda. Vir Clarus Petrus Pollidorus, alter ipsorum censor, Eminentissimi Annibalis Cardinalis Albani S. R. E. Camerarii Auditor, & Vaticanæ Basilicæ Beneficiatus, pro sua qua pollet humanitate, monuit me, hunc Riturum nostro pariter ævo usurpari in Ecclesia Neritina: *Statuam tamen Jesu Christi* adhiberi solitam, non quidem *Puerili*, sed *Adulta Ætate*, eam ad Baptismum solemniter comitantibus Presbyteris, Clero, atque omni populo accensis funalibus magno numero, eadem ipsa Die Epiphaniarum. Æque consentiunt in hac Die, nimirum VI. Januarii assignanda Christi *Baptismati* Occidentalis, atque Orientalis Ecclesia, quamvis, ut notum est, de aliis nonnullis Festivitatibus dissentiant (3). Unus ab omnibus discrepat Epiphanius (4), qui ad VIII. Idus Novembris refert *Baptisma* Christi, nullo tamen vade, ac teste producto: quem minime audiendum esse ait Baronius (5), sicut cum inquit, Christum natum Die VI. Januarii: *quum, & eidem contradicant Ægyptii, licet de Die Natali Domini æque ipsi consentiant.*

## Exem-

[1] Exercitat. XIII. §. 10.

(2) Histor. Literaria. Dissertat. I. de Libris, &amp; Officiis Græcor. pag. 179.

(3) Videlicet Baron. ad Ann. Christi xxxi. §. 18. §. 54. atque alibi.

Et in Nor. ad Martyrolog. Roman. VIII. Idus Januar.

Hentius Valesius nonnihil animadvertit. Lib. XXI. Ammiani Marcellini. *Res. Gestar.* Cap. II. ex Collatione x. Cassiani. Cap. II.

[4] Hæres. II. §. 28.

[5] Ad Ann. Christi. xxxi. §. 18.

**E**Xemplo Salvatoris Cathecumeni sero *Baptismate* initiabantur priori ætate, cujus rei testimonia longe multa suppeditat **Historia Ecclesiastica** (1). Neque enim vacat Christianorum veteris disciplinæ normam, consuetudinemque per singula capita profequi, atque illustrare, & hoc loci repetere ordinem documentorum, quibus ea passim referta est. Verum (qui forte non ita obvii cuique sunt), nonnullos lapides depromam, licet jam pridem ab eruditis viris prolatos, qui rem nostram juvant, atque declarant. Exstant apud Fabrettum sequentes Inscriptiones. Prima eruta est ex Cæmeterio ad duas Laurus (2), ex qua **KAMPANVS** adultus baptizatus fuisse intelligitur, cum ageret xxxv. vitæ Annum.

I. D M

**E V F R O S I N E**

C O I V G I K A

R I S S I M O

KAMPANO QVI VIXIT MECV AN  
BENE XII. MESES DVO DIES V PERIT ANN XXXV  
EX DIE ACCEPTIONES SVE VIXIT DIES LVII

Etenim **EX DIE ACCEPTIONES SVE VIXIT DIES LVII.** arguitque vir doctissimus (3) in Lapide indicium: *de accepto per Baptismum Spiritu Sancto . . . . ex arcana nempe, & religiose servata hujus*

(1) *Adi Annales Baron. ad Ann. Christi. CCCLXXVII. §. 14.*  
Item *Ann. CCCCXIX. §. 55.*

(2) *Inscript. Domestic. Cap. VIIII pag. 563. num. XXXIX.*

(3) *Ibidem. pag. 566.*

*jus mysterii apud Veteres Christianos taciturnitate.*  
 Alteram ex Cæmeterio Sanctorum Gordiani,  
 & Epimachi ediderunt Fabrettus (1), licet alio  
 tendat ab instituto nostro, Bonarrotius (2), li-  
 terarum etiam forma, atque apicibus diligenter  
 expressis, multo emendatius, novissime autem  
 Boldettus (3); sed omnes nude vulgarunt. Eam  
 igitur ab exemplari Bonarrotii rursus describam,  
 quod autographo simillimum, & adversus Pela-  
 gianos insigne monimentum putem. Ibi enim de  
 Gratia agitur, quam Baptismo consequimur.

I I.

IXO I C  
 I. POSTVMIVS REVIHENIONIS FIDELIS QUI GRATIA SANCTA CONSECVTUS  
 X. PAVIDENTRIANSVOSEROTINA HORA REDDIT DEBITVM VITRE SVAE QUI VIXIT  
 O. ANNIS SEX. ET DEPOSITVS V. IDVS VIAS DIE IOVIS. QVO ET NATVS EST CVIS  
 Y. ANIMA CVM SANCTO SIN PACE. FILIO BENEFERENTIS. POSTVM FELICISSIMVS  
 C. N. T. F. EVT NENI. FFFESTA. ANI. P. SEIVS.

Maxime ad rem confert Sanctus Cyprianus  
 Lib. I I I. Testimoniorum contra Judæos Cap.  
 XLII<sup>I</sup>. & Cap. XCVII. in quibus locis *Consequutio*  
 ponitur pro *Baptismo*, & verbum *Consequor* pro  
*Baptizor*, & alibi etiam sæpe eodem sensu. Ita  
 in Epistola ad Magnum (4). *Quæstisti etiam, fili  
 carissime, quid mihi de illis videatur, qui in infir-  
 mitate, & languore Gratiam Dei consequuntur, an  
 haben-*

(1) Inscript. Domestic. Cap. IV. pag. 329. num. 485.

(2) Osservazioni sopra alcuni Frammenti di Vasi Antichi di Vetro. pag. 17.

(3) Osservazioni sopra i Cemeterij

de' Santi Martiri. Lib. I. Cap. XIV. pag. 58.

(4) Epist. LXXVI. Edit. Baluz. alias. LXIX.



*habendi sint legitimi Christiani, eo quod Aqua Salutari, non loti sint, sed perfusi &c.* Sed resoluta ex tunc vetere Quæstione (1). Legimus Distinctione v. de Consecratione (2): *novissime a Summo Sacerdote per impositionem manus Paracletus traditur Baptizato, ut roboretur per Spiritum Sanctum ad prædicandum aliis, idest Donum, quod in Baptismate consequutus est per Gratiam, vitæ donatus æternæ.* Inde ergo POSTVMIVS videtur GRATIA SANCTA CONSECVTVS, idest *Baptizatus*, ut supra demonstratum est, (neque aliter interpretari licet de puerolo. QVI VIXIT ANNIS SEX), nempe ab originali peccato ita mundatus, Gratia IESV CHRISTI DEI FILII SALVATORIS nostri: quod indicant marginales literæ IXΘΥC. N, si unaquæque seorsim consideretur, ut inquirunt Sanctus Optatus Afer Episcopus Millevitanus, adversus Parmenianum (3), Sanctus Augustinus (4), Sanctus Prosper ab Aquitania (5), Tertullianus (6), & ex iisdem Scriptoribus Latinus

M 2

tinus

(1) Vide Cap. VII. Partis II. hujus Commentarii.

(2) Canon. IV:

(3) De Schismate Donatistarum. cum Notis Philippi Priorii, & alior. Paris. MDCLXXIX. in fol. Lib. III. pag. 61. *Hic est Piscis, qui in Baptismate per invocationem fontalibus undis inseritur, ut quæ Aqua fuerat, a Pisce etiam Piscina vocitetur. Cujus Piscis Nomen, secundum appellationem Græcam, in uno Nomine per singulas literas turbam Sanctorum Nominum continet. IXΘΥΣ quod est Latine. JESVS CHRISTVS*


DEI FILIVS SALVATOR.

[4] Lib. XVIII. De Civit. Dei. Cap. XXIII. ubi agit. De Sybilla Erythræa, & Cumana.

(5) De Promissionib., & Prædictionib. Dei. Par. II. Cap. XXXIX. Eum vero ab Augustino desumpsisse, quod ait de mystico nomine *Piscis*, alii adnotarunt, nec quidem temere.

(6) Lib. de Baptismo. Cap. I. *Nos Pisciculi, secundum IXΘΥΝ Nostrum Iesum Christum in Aqua nascimur, nec aliter, quam in Aqua permanendo salvi sumus.*

tinus Latinius (1), Franciscus Balduinus (2), & Jacobus Pamelius (3). Ultima vero litera N. a verbo græco interpretari debet ΝΙΚΑ, idest vincit, ut in pluribus Nummis ævi inferioris. En tibi ex Museo Victorio sculptum eodem Lemmate Opalon, in cujus averfa parte Anchora.



Gemmar magnitudo.

Jam pridem Christianis frequens Constantiæ symbolum: Baptismate igitur initiatus fuit PRIDIE NATALI SVO exeunte, quo postea SEROTINA HORA, scilicet die natali jam decurrente, reddidit debitum vitæ suæ, & depositus fuit. V. IDVS IULIAS DIE IOVIS QVO ET NATVS EST. Itaque FERIA IV. hoc est, die Mercurii baptizatum fuisse reor, quo hora ferotina, dies Jovis ex ordine sequebatur, illud enim notat PRIDIE NATALI SVO, & SEROTINA HORA, alias παράδοξον in sermone suboriretur, pridie natali suo obiisse, & die natali suo. Rationem reddit Chrysofostomus (4) quare ferius de more baptiza-

(1) In observationib. ad Pamelium missis, quas idem, doctissimas vocat.

(2) Notæ in Optatum. Lib. III.

[3] Not. in Tertullianum.

(4) Homil. XXI. ad Populum Antiochænum, quæ est ad Illuminandos, sive Competentes. pag. 267. Edit. Paris, MDCXXI, in fol.

ptizarentur : Δια τὸ καὶ πρῶτον εἶπον, καὶ νῦν λέγω, καὶ λέγων ἐπαύσομαι ἔτις τὰ ἐλαπίσματα τῶν τρόπων μὴ διώρθωσι, μηδὲ παρεσκιάσεν ἑαυτῶν τὴν ἀρετὴν δόκλον, μὴ βαπτίζεσθω. τὰ μὲν γὰρ πρῶτα ἀμάρτηματα ἀφᾶναι δυνάται τὸ λυτῶν. δεῖος δὲ ἐμικρὸν, Ἐκίνδυνος ἐχὼ τυχῶν, μήποτε πάλιν πρὸς αὐτὰ ἐπανελάθωμεν, καὶ γέροντι ἡμῖν ἔλκος τὸ φάρμακον. ὅσῳ γὰρ μείζον ἢ χεῖρις, τοσούτω πλέον ἢ κόλασις τοῖς μὴ ταῦτα ἀμάρτανεσιν (1) :

*Propterea & prius dixi, & nunc dico, & dicere non desistam, si quis morum vitia non correxit, nec sibi facilem paravit virtutem, ne baptizetur. Priora namque crimina Lavacrum abluere potest, timor autem non parvus, & periculum non mediocre, ne rursus ad eadem redeamus, & vulnus nobis fiat de medicina. Quanto namque major Gratia, tanto amplior postea peccantibus pœna. Legendum Joannis Morini Opus posthumum (2), ubi de Cathecumenorum Expiatione agitur. Recte igitur Bonarrotius (3), Baptismatis, ac Pœnitentiæ symbola, quæ in Sarcophago Junii Bassi, aliisque vetustissimis Emblematis conspiciuntur, ad hunc morem refert, quod sero admodum ad hæc Sacramenta suscipienda pervenirent. Tertiam Inscriptionem ex Cæmeterio Castuli protulit Mabillonius (4), quam a Paganismi nota vindicavit Fabrettus (5), eaque ab edito ejus exemplari,*

[1] Ex Interpretatione Bernardi Braxiani recognita a Frontone Ducæo. Ita citato supra loco.

(2) Cap. xv.

[3] Osservazioni sopra alcuni Frammenti di Vetro. pag. 4. e 5.

[4] In Itin. Italic. pag. 75.

(5) Inscript. Domest. Cap. viii. pag. 574. num. lxi.

emplari, maxima cura, ac fedulitate descripta est, ut heic subicitur.

III.

♡ DMA SACRVM XL ♡  
 LEOPARDVM IN PACEM  
 CVM SPIRITA SANTA · ACCEP  
 TVM EVMTE ABEATIS INNOCINEM  
 POSVER · PAR · Q · AN · N · VII · MEN · VII

Primus : *manifestum hunc de Confirmatione locum esse*, adfirmavit . Alter manifestum potius de *Baptismo* locum censuit . Vir eruditissimus (1) nuper , *neque de Baptismo , neque de Confirmatione videri manifesto loqui* , putavit , nonnullis cumulatis adsimilibus formulis , quæ in veterum Christianorum titulis nonnumquam occurrunt , & præsertim apud Boldettum (2) in Lapide ex Cæmeterio Sancti Urbani refosso , in quo habetur formula ferme eadem : CONIVCA INNOCENTISSIMA... REFRIGERA CVM SPIRITA SANCTA; quæ sane , *legenda est: refrigereris cum Sanctis Spiritibus*, Sphalmate non Sculptoris , sed illius ævi barbarie non infrequenti , ita in nostro lapide legendum proponit : *Leopardum in pace acceptum cum Spiritibus Sanctis , idest cum cœtu Sanctorum* , non autem cum SPIRITV Τῶ ΠΑΡΑΚΛΗΤΩΙ , scilicet cum Baptismo . Mihi vero & si arrideat quodammo- do Viri longe docti, mihiq̄ amicissimi , facilis, & literalis interpretatio , fateor tamen ingenue

non

[1] Dissertat. & Animadvers. ad Severæ Martyris Epitaph. pag. 162. §. xvii.

[2] Osservazioni sopra i Cemeterj Lib. 1. Cap. xix. pag. 87. num. 30.

nonnihil dissimile , ac dispar inter utramque phrasim reperire , quare Fabretto potius malim adhærere . Multa enim loquebantur occulte de Fidei mysteriis : *ut fideles qui rem tenent , inquit Cyrillus (1) , intelligant , & qui non tenent , ne ledantur , sed infra apertius .* Quartam Inscriptio- nem ex Cæmeterio Beati Castuli primo protu- lit Norisius (2) , atque inde Fabrettus (3) , quæ aliis insignior est , ac valde spectanda , & qua no- stra interest recudendam censui , ceteris omiſſis ; quæ ab iisdem Viris clarissimis enucleata fuerunt .

IV.

NATV · SEVERI NOMINE PASCASIVS  
 DIES PASCALES PRID NOV APRIL N  
 DIE IOBIS FL CONSTANTINO  
 ET RVFO  $\overline{\text{VV}}$   $\overline{\text{CC}}$  CONSS · QVI VIXIT  
 ANNORVM VI · PERCEPIT  
 XI · KAL MAIAS ET ALBAS SVAS  
 OCTABAS PASCAE AD SEPVLCRVM  
 DEPOSVIT D IIII KAL · MAI · FL · BASILIO  
 $\overline{\text{VC}}$  CO · ·

Illud autem PERCEPIT XI. KAL. MAIAS. inquit Norisius , Sacramentum Regenerationis indigita- re : *videlicet Baptisma , quæ vox in marmore , non quidem detrita est , sed omiſſa , quod cum illud es- set primum Christiani Dogmatis mysterium , reli- gioni ducebant illud , vel nomine tenus prodere .* Ergo si PASCASIVS. ut monet lapis , PERCEPIT  
 XI.

(1) Catechesi vi. apud Morinum. de  
 Cathecumenor. Expiat. Cap. x. pag. 75.  
 (2) Dissertat. ad Fast. Consular.

Anonymi. pag. xxxxi. primæ edition.  
 (3) Inscriptio. Domest. Cap. viii.  
 pag. 577. num. LXX.

XI. KAL. MAIAS, idest die XXI. Aprilis Paschati  
 Sacra, seu: *a vespere antecedenti ipsam Diem Pas-*  
*chalem* (1), & ALBAS SVAS OCTABAS PASCAE  
 AD SEPVLCRVM DEPOSVIT DIIII KAL. MAI,  
 scilicet Die XXVIII. Aprilis, jam sexto ætatis  
 anno Baptizatum fuisse comperimus, quo vivere  
 desit, Consulibus FL CONSTANTINO ET RVFO,  
 in Occidente vero, BASILIO. Eamdem pene for-  
 mulam animadverto in Inscriptione Numero I.  
 relata. EX DIE ACCEPTIONES SVE. Idem my-  
 sterium Num. II. GRATIA SANCTA CONSECV-  
 TVS. Numero III. CVM SPIRITA SANTA AC-  
 CEPTVM. Siquidem LEOPARDVM IN PACEM,  
 idest *Leopardus in Pace*, sensum redolet perfe-  
 ctissimum in Lapide Christiano, cujusmodi sex-  
 centa exempla cumulari facili negotio possent:  
 quod maxime duobus punctis, nempe foliis con-  
 cluditur: de quo interpunctionis genere Reine-  
 sius (2), Fabrettus (3), Boldettus (4), ac postre-  
 mo cultissimus idem Lupus (5) dixerunt. Quod  
 autem sequitur. CVM SPIRITA SANTA ACCE-  
 PTVM, legendum profecto est: *cum Spiritu San-*  
*cto*, idest *cum Baptismo*, atque ideo *Innocentem*  
 existimari *Leopardum* lapis indicat. Etenim per  
 Baptisma Innocentiam consequutus fuit, quo ab  
 origi-

(1) Fabret. loco citato. pag. 577.

(2) In Præfat. ad Inscription. Syn-  
tagm. pag. 7. & seqq.[3] Inscript. Domestic. Cap. III.  
pag. 118.(4) Osservazioni sopra i Cimiteri  
Lib. I. Cap. LII. pag. 274. e segg.(5) Dissertat. de Epitaphio Severæ  
Martyris. pag. 53.

originali culpa lotus, atque expurgatus erat. Alioquin si pro libito legeris: *cum Spiritibus Sanctis acceptum*, idest *cum Sanctis*, nonne quæso supervacaneum foret illud EVMTE ABEATIS INNOCINEM, quod est, *eundem habeatis Innocentem*? Innocens ergo, quia septennis Baptizatus occubuit, uti de Postumio, alterum epitaphium expendens, commentatus sum. In promptu est vetus Melchiadis Papæ nomine editum Decretum (1). *Spiritus Sanctus, qui super Aquas Baptismi salutifero descendit lapsa, in Fonte plenitudinem tribuit ad Innocentiam, in Confirmatione augmentum præstat ad Gratiam*. Majori vi roboratur opinio, si Sanctorum Patrum sententias, & Codices Sacramentorum vetustissimos inspiciamus, a Venerabili Josepho Maria S. R. E. Cardinali Thomasio, Viro scientissimo editos (2). Si consulamus denique Joannis Morini Opera de Cathecumenorum Expiatione, in quibus omnibus verba *percipere, accipere, suscipere*, plerumque de mysterio Baptismatis scripta reperiuntur. *Suscepti* autem, *Accepti*, & aliquando *Illuminati* ex vetustiori disciplina Baptizati dicebantur (3), & *Susceptores, Sponsores, Gestantes, Offerentes*, ii qui illos e Sacro Fonte elevabant. Adi

N

tis

[1] Distinct. v. de Consecrat. Canon. I.

(2) præsertim. Lib. I. pag. 38.

(3) Distinct. IV. de Consecrat. Canon. CXLII.

tis (1), maxime a Viris doctis laudatas. Circa rem hanc prætermisso Decreto nomine Hygini Summi Pontificis evulgato (2), ita habetur de Baptismo Adulorum in Concilio Carthaginensi: *In Ecclesiis autem, ubi Baptismus fit per Immersionem totius corporis, Sacerdos ACCIPIT electum per brachia prope humeros, & superiore parte corporis nudatum, reliqua honeste contactum, ter illum mergendo, & toties elevando baptizet sub trina immersione, Sanctam Trinitatem semel tantum invocando.* KAMPANVS ergo baptizatus fuit Ætatis Anno xxxv. POSTVMIVS Anno vi. LEOPARDVS Anno vii. Mense vii. & PASCASIVS Anno vi. Aliud Epitaphium, detricto nimis, ac comminuto saxo (3), missum facio, Consulibus Paterno, & Mariniano, videlicet Anno Christi cclxviii. stylo erudito, an potius impolito? excisum, ex quo tamen memoria CHRISTICIANI Pueri eruitur, QVI VIXIT ANNVS XII M II ET D... Is vero ACCIPIT duodecimo Kalendas Octobris, scilicet Vigesima Die Septembris *accepit Baptisma*, & reddidit vitam Undecimo Kalendas, (deest quo Mense obierit, fragmento lapidis deperdito), fortasse ejusdem Mensis Octobris, nempe Die Vigesima prima Septembris; hoc est prima Die

(1) Lib. i. de Baptismi Ritib. Cap. xxx. & Lib. i. de Ritib. Confirmation. Cap. xi.

[2] Distinct. iv. de Consecrat. Canon. xcviij.

(3) Apud Boldet. Osservazioni sopra i Cemeterj. Lib. i. Cap. xix. pag. 80. num. 8.



Die post *Sacrum Lavacrum*. Ideoque adiecta est adclamatio: *VIBAS INTER SANCTIS, videlicet: Vivas inter Sanctos.*

sc

**P**Ascasiiani autem lapidis mox adlati fulti testimonio, aliquando circa *Festa Paschalia*, Baptismum ministratum fuisse edocemur. *Illi pueri*, inquit Augustinus (1), *infantes parvuli lactentes, maternis uberibus inhaerentes, & quantum eis Gratiae conferatur nescientes, ut ipsi videtis, & ipsi habent Octavas Dies*. Peractis enim diebus septem post Pascha, (quæ septem Spiritus Sancti *χαρίσματα*, sive Dona (2) significant) *ALBAS SVAS*, quibus induti erant, prope Baptisterium deponere solebant (3) vetusto Ritu, quem *PASCASIVS* implere nequivit, festina morte præventus, easque *AD SEPVLCRVM DEPOSUIT. Quem-*

CAP. XVIII  
Baptisma in Paschate, ac Pentecoste Ritu Solemni ministratum: De re ipsa Disciplina varia.

N 2

ad-

[1] Serm. CLX. in Dominica Octava Paschæ.

[2] Adi Flacci Alcuini Librum, *De Divinis Offic.* Cap. XXI. *De Sabbato in Albis.*

Amalarius Fortunatus Archiepiscopus Treveren. Lib. I. *De Ecclesiast. Officiis.* Cap. XXI. *A Sabbato usque ad Sabbatum portamus illas, idest ex qua die Pignus Spiritus accipimus: qui propter Septenarium Numerum Sabbato deputatur, usque ad alteram Sabbati, quæ est memoria illius Sabbati, in qua præsentari nos oportet ante Dominum cum ipso Pignore. &c.*

Vide ibidem infra. &c.

Vide item in *Gemma Animæ.* Lib. II. Cap. CXIII. *De Confirmatione.*

Videfis Rabani Mauri. Lib. II. *De Institutione Clericor.* Cap. xxxix. *De Pascha Domini.*

(3) Amalarius Fortunat. Lib. *De Ordine Antiphonarii.* Cap. LI. *Ostendit mihi Angelus Fontem Aquæ Vivæ, sic loquitur, quasi hi loquantur ad Ecclesiam, qui in Christo Baptizati sunt, & sunt Agni Novelli, & bodie revertuntur ad Fontes, ut exuant se Albis. &c.*

Videfis Jacobi Goar. *Rituale Græcorum.* in Not. ad Baptismatis Officium pag. 366. num. 27. Vide item pag. 373. & 374. num. 1. ubi inquit, octavo post Baptismum die Candidas Vestes deposituros ad Ecclesiam convenite confuturos. Vide item num. 2. num. 3. & num. 4.

admodum de Rege Anglo-Saxonum Ceedual-  
la, qui Baptismum a Sergio I. Pontifice Romæ  
acceperat, legimus apud Bedam (1), & Paul-  
lum Diaconum (2). Hunc eundem Regem,  
quo indice latet me, Codratum appellat Joa-  
nes Stephanus Durantius (3). Videtis quæ de  
Alba Veste recens Baptizatorum, in Passione  
Genesii Martyris, atque etiam Mimi narrant  
Acta Sincera (4), & quæ de Gelasio, seu Ge-  
lasino Martyre pariter, ac Mimo leguntur in  
Chronico Paschali (5). Reliqua plenissime in  
Ritualibus, atque Ordine Romano descripta  
reperiuntur. Siricius certe Sæculo IV. ultra di-  
midium Pontifex Maximus, sublatis aliis Festis  
diebus, in quibus ea tempestate, ut fit, sensim  
usus inoleverat *Baptisma* impertiri (6), una cum  
Festis Paschalibus dies Pentecostes designavit;  
idest primus Decreto sanxit. Quibus solemnio-  
ribus

(1) Ven. Beda. Lib. v. *Ecclesiasticæ  
Histor. Gentis Anglor.* Cap. VII. *Cee-  
dualla Rex Occidentalium Saxonum...*  
Etenim illo perveniens, nempe Ro-  
mam, Pontificatum agente Sergio, Ba-  
ptizatus est die Sancto Sabbati Pascha-  
lis. Anno ab Incarnatione Domini  
DCLXXXIX. & in Albis adhuc posi-  
tus, languore correptus XII. Kalenda-  
rum Majorum Die solutus est a carne,  
& Beatorum est consortio sociatus in  
Cælis, cui etiam tempore Baptismatis,  
Papa memoratus Petri nomen imposue-  
rat. &c.

(2) Lib. VII. *De Origine, & Gestis  
Langobardorum.* Cap. IV. *His Diebus*

*Ceedualla Rex Anglorum Saxonum,*  
qui multa in Patria sua bella gesserat,  
ad Christum conversus Romam propera-  
vit .... Hic cum Romam pervenisset a  
Sergio Papa Baptizatus, Petrusque ap-  
pellatus, & adhuc in Albis constitutus,  
ad Regna Cœlestia migravit. &c.

[3] Lib. I. *De Ritibus Ecclesiæ Ca-  
thol.* Cap. XIX. pag. 57. Edition. Vati-  
can. MDXCI. in fol.

(4) Apud Theodoric. Ruinart. Edi-  
tionis noviss. Veron. in fol. MDCXXXI.  
pag. 236. & 237.

(5) Ad Ann. XII. Diocletiani Imp.

(6) Epist. I. Siricii Papæ ad Hyme-  
cium Episc. Tarraconen. Cap. II.

ribus anni temporibus, postea multi baptizabantur, & quidem consulto, nimirum, ut infra anni spatium perfecte, accurateque de Fidei mysteriis instruerentur baptizandi, *Acceptabili tempore* (1), nempe Quadragesimalibus Jejuniis ad Scrutinia accedentes (2). De his Festivitatibus Sacramento Baptismatis adsignatis existat testimonium Tertulliani (3): *Diem, inquit, Baptismo Solemniorem Pascha præstat, & quum Passio Domini, in quo tingimur adimpleta est . . . . . exinde Pentecoste ordinandis Lavacris latissimum spatium est.* Tertulliano accedunt Hieronymus (4), Augustinus (5), alique plures (6), quos inter adnumerandi sunt postremi Scriptores Edmundus Martene (7) Vir clarissimus, & Josephus Vicecomes

(1) Videtis Epist. II. Paul. Apost. ad Corinth. Cap. vi. versic. 2.

Videtis S. Leonis Magni Papæ Sermon. IV. de Quadragesima.

(2) Alcuinus. *De Divinis Officiis*. Cap. XIX. *Neque hoc omittendum est, quod Romani infra Quadragesimam sex Scrutinia celebrant, & hodie septimum, (loquitur de Sabbato Paschæ). In isto Septenario intelliguntur VII. Dona Sancti Spiritus in Baptismate data.*

Vide Ruperti Abbatis Tuitiensis. Lib. IV. *De Divinis Offic.* Cap. XVIIII. Cap. XIX. & Cap. XX. Apud Melchiorrem Hittoipium. Edit. Paris. MDCX. in fol.

[3] Lib. de Baptismo. Cap. XIX.

[4] Commentariorum in Zachariam. Lib. III. Cap. XIV. & aliis locis.

(5) Lib. XXII. De Civit. Dei.

(6) Flaccus Alcuinus. Lib. de Divi-

nis Officiis. Cap. VI. *Unde in Baptizandis electis, qui secundum Apostolicam regulam, & exorcismis scrutandi, & Jejuniis sanctificandi, & frequentibus Prædicationibus imbuendi, duo tantum tempora, idest Pascha, & Pentecosten esse servanda, excepto pro mortuis periculo, & in persecutionis angustiis, & in timore naufragii.*

Idem ibidem. Cap. XIX.

Walfridus Strabo. Libro. *De Exordiis, & Incrementis Rerum Ecclesiasticarum*. Cap. XXVI. *Tempora autem Baptizandi legitima, Pascha, & Pentecoste præfiguntur secundum Decreta Siricii, Leonis, vel Gelasii Episcoporum, quamvis Concilio Gerundenfî Natalis Domini, & Pascha ponantur.*

Videtis Ruperti Abb. Tuitien. Lib. X. *de Divin. Offic.* Cap. II.

[7] Lib. I. *De Antiquis Ecclesiæ Ritibus*. Part. I.

comes (1). Binghamius tamen (2) eidem Tertulliano fortasse nimis adhærens, putavit: *per latissimum spatium Pentecostes, non peculiarem aliquem diem, sed universos l. Dies inter Pascha, & Pentecosten interjectos intelligere, qui ipsius, Tertulliani, ætate Festi agebantur, & illud eruditè nititur adferere eodem ipso Tertulliano teste (3).* Falso tamen, ut sæpe alias aberrat, studiose quærens placere novitate rerum, atque ingenio suo. Huic Sacramento Horam Nonam adsignatam fuisse ostendit Flaccus Alcuinus (4), causas quoque adferens priscae hujus consuetudinis, & idem habetur in Gemma Animæ (5). Fufius vero hæc profequitur Sebastianus Pauli in Dissertatione de Ritu Ecclesiæ Neritinæ (6), magna sacrae vetustatis fruge referta. Sed ab usu antiquo recedendum sequioribus sæculis Patres censuere, consuetudinem jam auspiciatam, & coalescentem, tamquam utilem adprobantes, ne forte

(1) Observationum Ecclesiasticar. Tom. I. de Baptismo.

(2) Originum, sive Antiquitat. Ecclesiasticar. Lib. XI. Cap. VI. §. VII.

(3) De Idololatr. Cap. XIV. & De Coron. Milit. Cap. III.

(4) De Divinis Offic. Cap. XIX. *Hodie autem Hora IX. Baptismus celebratur, idest in Sabbato Paschæ, sicut in Pentecoste, ea de causa, quia Angelus Domini venit ad Cornelium Hora IX. annuncians ei, quod Orationes ejus, & Eleemosynæ ascenderint in conspectum Domini: Qui mox misit ad Petrum, & promeruit Sacramentum Baptismi, Sed*

*& hoc decentissimum est, ut quia Hora IX. Auctor Vitæ emisit Spiritum, eadem Hora IX. Ecclesia Sancta percipiat Sacram Baptisma. &c.*

(5) De Antiquo Ritu Missarum. Lib. III. Cap. CXII. *Ideo ad Nonam Baptismus agitur. quia Hora IX. Christus expirasse commemoratur, cujus mortem Baptisma imitatur. Ideo in Die Sepulturæ Christi celebratur, quia ei credentes in Baptismo conspeliuntur. Ideo semel agitur, quia Christus semel est mortuus.*

(6) Cap. VI. pag. 42. & seqq.

forte cunctando absque Baptismo homines interirent (1). Igitur, quod prius, nisi instante necessitate, seu mortis periculo (2), extra præfixita tempora vetitum erat, deinde Pontificum Decretis, ac urgentibus Conciliorum Sanctionibus frequentari cœpit, quemadmodum in exordiis Ecclesiæ Catholicæ, in quibus quocumque tempore (3), qualibet naturali aqua, quocumque loco, sive in Mari, sive in Fluminibus, sive in Fontibus, in Viis, in Domibus (4), ubique Baptizabantur. Immo temporis progressu accedente, statim ab ortu Pueris ministrari statutum fuit, servato Ritu consecrandi Fontes unanimi deliberatione in iis Solemnitatibus, in quibus, ut olim *Baptisma*, hodieque maxima celebritate administratur, & adulti imprimis, cum eorum natis, si qui sunt, pro illis diebus servantur. Et hæc dicta sufficiant de Ritu Baptismatis, & de Disciplina varia Veterum Christianorum, quæ pro illustratione Sacri Numismatis adtingenda esse videbantur.

**E**Xpositis Anaglyphis, Lemmate, iisque omnibus, quæ ex dignitate, & merito Sacræ Historiæ eadem consequuntur, reliquum est de

CAP. XIX  
 Ætas Numismatis  
 subobscura: Idem  
 Joanni Zimisce  
 Cōstantinopolitano  
 Imperatori ex  
 conjectura tribuitur.

(1) Socrates. *Histor. Ecclesiast. Lib. v. Cap. xix.*

(2) Gelasus. *Epist. ix. atque alii Pontifices, ipso antiquiores,*

[3] Basil. in *Exhortat. ad Baptism. variis locis.*

(4) Tertullian. *Lib. De Baptism. Cap. iv.*

de Ætate Numismatis pauca dicere : non enim Epochæ succurrit , quæ Imperatoris titulum investigare contendam , neque titulus , quo Epochæ expiscari possit , ita ut in ambiguo potius relinquendum id esse decreverim , quam temere aliquid adfirmare . Anselmus Bandurius (1) Nummum refert Christi protoma signatum , literis circumpositis EMMANVEL. Parte vero posteriore cum Historia trium Magorum , qui stantes munera offerunt Virgini Mariæ sedenti cum Jesu infante , nulla omnino Epigraphæ inscriptum : quem inter Zimisianos cum nonnullis aliis exhibet , recensetque , non ideo quod Joannis Zimisicæ illi sint , ut inquit ex Dissertatione Cangii de Inferioris Ævi Numismatibus (2) , *sed : quod commodiori , vel certiori loco collocari vix potuerint* . Hunc eundem Nummum cum Historia , quæ est adoratio Christo puero a Magis præstita in sinu Matris , mysticas ei munerum species offerentibus , ediderat idem Cangius in Familia Joannis Zimisicæ (3) . Cui idcirco nostrum etiam Numisma , quod primus in lucem profero , adscribendum esse putabam , inclytum fortasse aliud pietatis monumentum religiosissimi illius Imperatoris (4) , qui decimo Christi Sæculo , videlicet ab Anno

(1) Tom. II. Numism. Imperat. pag. 732.

(2) Existat ad calcem Glossarii mediæ , & infimæ Latinitatis . Vide ibi Num. XXVII.

[3] Histor. Byzantin. pag. 152.

(4) Videtur quæ de illo diximus , & item de Isaacio Comneno in Parte I. hujus Commentarii . Cap. XXXVII. & Cap. XXXVIII.

no DCCCCLXIX. ad DCCCCLXXV. Orientale Imperium tenuit. Horum siquidem doctissimorum Virorum iudicio, nostræ lucubrationis opera, nihil exploratius accedit.

CAMEUM ANULARE ANTIQVUM  
 VETERVM CHRISTIANORVM  
 EX ALBO, ET NIGRO  
*Exstat Romæ in Musea Vistorio.*



O

Nunc

Videfis. Commentarii hujus Parte II. Cap. xvii. pag. 91., & 92.

Nunc ignoscite legentes , & si qua est incauta præ-  
 sumptio , suadentibus potius imputate : Quia mea judi-  
 cia cum illo videntur facere , qui me decreverit ac-  
 cusare . *Cassiodorus . Lib. 1. Variar. in Præfatione .*

---

### Addenda , & Corrigenda .

Pagina 33. Linea 3. & 4. Lege : *Quæ in Fronte Operis  
 Nummum Æreum exhibet cum Imagine Jesu Christi  
 Domini Nostri , & ejus Baptismate . P. 35. L. 5. proli-  
 xiores . P. 36. L. 25. Ecclesia . P. 47. L. 2. & 3. Cum  
 Imagine Christi ex una , eodem Nimbo Crucigero  
 exornata . P. 64. L. 14. Calchographus .*

*Cetera , quæ ad rectam Orthographiam spectant , & vitio  
 Typographico irrepserunt , eadem oculos Correctoris fu-  
 gerunt . Ex Indice autem sequenti , vel corriguntur ,  
 vel æquus Lector emendet .*



# I N D E X

## R E R U M .

### A

**A**ccipere, Percipere, Suscipere: de Mysterio Baptismatis intelligenda sunt . pag. 97. Suscepti, Accepti &c. pro Baptizatis intelliguntur. *ibidem*. Vide infra *Formula*. &c.

Adpersio quid sit ? 59.

Agnus Symbolum Jesu Christi . 49.  
Cum Nimbo Crucigero . 51. Qui egerint de Figura Agni ? 55. Agni Imagines in antiquis monumentis . 68. 69.

Albæ Vestes deponerentur in octava Paschæ . 95. 96. Vide *Gelasius*, *Genesius*, *Ceedualla*. Dies septem, in quibus illæ Vestes portabantur, septem Spiritus Sancti Dona significat . 99. deponerentur prope Baptisterium . 99.

Alexander Severus Imperator, Christi Simulacrum servabat . 5. Agit de Christi *ἀποθῆοι* . *ibidem*.

Amida Civitas in Mesopotamia . 11.  
In ea Imago Christi depicta . *ibid*.  
ANACTACIC . Lemna Nummi veteris . 47.

Anchora in Gemma sculpta, symbolum Constantiæ . 92.

Annus, in quo Christus Baptizatus fuit . 87.

Arcani mysterium : 41. 42. 56. 61. & sæpe alibi. &c. 89. 90. 95. &c.

Archivum Lateranense . 15. Vaticanum . 23. 24.

Assumptio Virginis Mariæ, Romæ dies Solemnis delationi Imaginis Lateranensis designata . 24.

Asterius Episcopus Amasæ explicatus . 9.

Augustinus Antonius Episcopus Tarraconensis . 44.

S. Augustinus floruit Sæculo v. 10. Multas Imagines Jesu Christi depictas memorat . *ibidem*. Et sæpe infra laudatur . Agit de Baptismo Infantium . 81. 99.

### B

**B**andurius Anselmus Monachus S. Benedicti . 44. 46. &c. 104.

Baptismatis typus in Nummo expressus . 2. 57. Baptisma per *Immersionem* exprimere ardua res est . 59. Per *Ænygma* figuratum . 64. Christi Baptisma per *Immersionem*, & *Infusionem* sæpe expressum . 65. Baptisma per *Infusionem* usurpatum . 66. In antiquis monumentis per *Infusionem* exprimitur . 66.

Baptisma per *Immersionem* totius corporis . 98. Nudati Baptizabantur . *ibidem*. Ter mergebantur in aqua . *ibid*.

Baptismatis effectus qui ? 58. Mundat a peccato originali . 91. Priora crimina omnia abluit . 93. Sacramentum Mortuorum dicitur . 81. Parit Innocentiam . 97. Fons est Spiritus Sancti . 60. Omnibus necessarius . 80. Qui Baptizantur accipiunt Dona Spiritus Sancti . 60. 89. 91. 94. 96. 97. Vide *Albæ Vestes*, *Formula* &c., *Consequutio*.

Baptismus ad Jordanem ministrabatur in die Theophaniæ . 78. Aliquando

- in Paschate, & Pentecoste ministrari consuevit. 99. 101. Antiquitus, prout hodie continuo ministrabatur. 103. Sero accipiebant illud Cathecumeni. 89. Quare? 93. De Baptismo Adulterum agit Concilium Carthaginense. 98. Quod sero acciperent Baptisma, in Sarcophagis aliquando exprimere solebant. 93.
- Baptismatis vox, quare in antiquis marmoribus omissa? 95.
- Baptisterium, & Lavacrum idem significant. 58.
- Baptismo Hora IX. assignata 102.
- Barberina Bibliotheca 18.
- Basilicæ, unde dicta? 29.
- Beatorum fors, quænam sit? 81.
- Binghamius Josephus, notatus. 58. 101.
- Blanchinius Franciscus Editor Historiæ Pontificalis, quæ Anastasio tribuitur. 86. 87. Ejus opinio de Christi Baptismate. *ibidem*.
- Boccalinius Trajanus notatus. 85.
- Boldertus Marcus Antonius. 43. & sæpe alibi.
- Bollandiani. 7. 78.
- Bonannius Philippus. 32.
- Bonarrorius Philippus laudatur. 30. 93. Notatus. 30. Diligens antiquorum Lapidum descriptor. 90.
- Boso Episcopus Tiburtinus. 15. Ejusdem, Donationis Instrumentum Imaginibus Salvatoris. 16.
- C**
- C** Ambuca quid sit? 57.
- Cangius. 44. 45. 46. & sæpe alibi &c. 104.
- Cappa. Vide K.
- Carpocratiani hæretici. 4.
- Cathecumeni. Vide *Baptisma*.
- Cavades Rex Persarum. 11. Amidam Urbem expugnat. *ibidem*. Ecclesiam Christianorum ingreditur. *ibidem*. Christi Imaginem salutatur. 11. 12.
- Cæmeterium. Vide *Cæmeterium*.
- Cædualla Rex Anglo-Saxonum, Ræmæ in *Albis Vestibus* moritur. 100.
- Chi. Litera Græca. X. Christum indicabat, præsertim Antiochiæ. 75. 76. 77.
- Christi *apoteosis*. Romæ proposita. 51.
- Christi Imago. Vide *Imago*.
- Christi Baptisma. Vide *Baptisma*.
- Christus ad Agni formam expressus. 49.
- Basileus* dictus. 44. *Rex Regum*. 45.
- Rex magnus*. *ibidem*. *Rex Regnantium*. 46.
- Christus Hemorrhoidiam sanat. 8. Grætarum Fons. 62. IXΘΥΣ. dictus a Veteribus Christianis. 91. Vide IXΘΥΣ. V. *Piscis*. Eundem Crucifixum subobscurè exprimebant. 56.
- Ciampinius Joannes Monumentorum Veterum Christianorum Illustrator. 30. sæpe laudatur.
- Clementis VI. Papæ Diploma. 23.
- Clodoveus Rex Francorum Baptizatus a S. Remigio Episcopo. 78.
- Cæmeterium apud Albanum. 43. Callisti, & Prætextati. 84. Priscillæ. *ibidem*. Processi, & Martiniani. *ibid.* Ad duas Laurus. 89. Gordiani, & Epimachi. 90. Castuli 93. 95. Sancti Urbani. 94. S. Januarii ad Corpus. 43.
- Cogitantis habitus qualis?
- Columba Symbolum Spiritus Sancti. 58. 77. 78. Descendit aliquando ad Jordancem. 70. An vera Columba fuerit, quæ ad Jordanem descendit in Baptismo Jesu Christo collato? 70. 71. Nonnumquam in Imaginibus Baptismatis a Christo suscepti omissa: Quare? 63.
- Columba super Monogrammate Sacro. 73. Cruci innixa. 74. In Gemma pulcherrima sculpta. 75. De Columba Symbolis qui disseruerint. 72. 73.
- Columna Rostrata exstat Romæ in Capitolio. 19. Ubi loci? 20.
- Concilium Carthaginense. Vide *Baptisma*.
- Confirmationis Sacramentum Græciana auget. 97.
- GON-

Consequutio ponitur pro Baptismo apud Sacros Scriptores, & consequor pro Baptizor . 90.

Constantinus Auctor tranquillitatis Ecclesie . 29. Crucem in Palatio ornatissimam ponit . 39. Vide infra *Crux*. V. *Statua* .

Consulatus Basilii . 95. 96. Constantini, & Rufi . *ibidem* . Paterni, & Mariani . 98.

Crux foliata . 38. 39. Ornata Gemmis . 40. Symbolum Salutis . *ibid.* ad Formam *Tau* . 43. Patibulata, Recta . *ibidem* . Decussata . 43. 77. Immissa . 44. A Constantino Magno coli incepta . 50. Supplicis adhiberi vetita . *ibidem* . Hastata . 68. 69.

## D

**D** Ecretum Populi Romani . 21. Vide *Lapis Capitolinus* . V. *Imago Christi ad Sancta Sanctorum* . V. *Ritus servatus in Delatione Sacre Imaginis ad Sancta Sanctorum* .

Descriptores Lapidum oportet maxime sollicitos esse, atque observatores integros . 20.

Deus Auctor utriusque Testamenti . 83. Disputatio Joannis Tristani, & Jacobi Sirmondii . 47.

Diptycorum usus apud Veteres Christianos . 49.

Dona Spiritus Sancti Baptismo consequuntur . Vide *Baptisma* .

Donaria cum Historia Baptismatis . 67.

## E

**E** Piphanius Constantie Episcopus . 4. 6. Notatus . 88.

Evangelium Nazaræorum Hæbraice scriptum &c. 60.

Eusebii Epistola ad Constantiam in suspicionem adducta . 10.

Eusebius Cæsareæ Episcopus floruit Sæculo IV. 7. Imaginem Christi

Æneam vidit . *ibid.* Petri, & Pauli Imagines pariter se vidisse meminit . 8. & alibi sæpe laudatur .

## F

**F** Abrettus Raphael . 83. 89. 90. 93. Figrelus Edmundus . 8.

Floreni Aurei illustrati prodibunt aliquando ex *Museo Victorio* . 69.

Flumina, figura hominis nonnumquam exprimebantur . 64. Vide *Oceanus* .

Folia Hederacea, olim interpunctionis genus . 94. 96.

Fons in Lucania Jordani comparatus . 79.

Fons Spiritus Sancti . Vide *Baptisma* .

Fontaninus Justus . 55.

Formulæ EX DIE ACCEPTIONES

SVE . 89. 96. GRATIA SANCTA

CONSECUTVS . 90. 91. 96. CVM

SPIRITA SANTA ACCEPVTM .

94. 96. PERCEPIT . 96. ACCEPIT .

98. Omnes de Sacramento

Baptismatis intelliguntur .

## G

**G** Allonius Antonius . 43.

Gelasius, sive Gelafinus in *Albis* moritur . 100.

Genesis Martyr in *Albis* moritur . *ibid.*

Giacchettus Joannes notatus . 26.

Gorius Antonius Franciscus . 83. 85.

Gregorius I. Papa . 13. 25.

Gregorius IV. 67.

Gregorii Papæ XIII. Nummus Argentus . 32.

Gruterus Janus . 83.

Gualdus Eques Sancti Stephani . 63.

## H

**H** Adrianus Imperator agit de Christi *si Anthebori* . 5. Erigit Christo Tempia . *ibidem* .

O 3

Hemor-

Hemorrhoiſſa mulier a Chriſto ſanita-  
ti reſtiguta . 8. Vide *Chriſtus* .  
Heraclius Imperator Imaginem Chri-  
ſti ſecum deferrebat . 12. 13.  
S. Hieronymus . 60. 70. 82.  
Hitorpius Melchior . 25.  
Hygini Papæ Decretum valde incer-  
tum . 98.

## I

**I** Magines Jeſu Chriſti vetuſtiſſimæ .  
36. 37.  
Imagines Sacræ in Tabulis pictæ . 50.  
Imagines Philoſophorum in Gemmis ,  
& Marmoribus ſculptæ . 3.  
Imagines Defunctorum in *Ænobiâ* de-  
ferrebantur . 6.  
Imago Jeſu Chriſti in Nummo anti-  
quo impreſſa . 2. deſcribitur . *ibid.*  
Similis Prototypo adſeritur . 2. 3. A  
Paganis adſervata . 4. 5. Romæ ex-  
ſtabat Tiberio , & Hadriano Impe-  
ratoribus . 6.  
Imago Chriſti *Amide* : 11. Salutatur a  
Cavade Rege Perſarum . 15. 12. *Ca-  
mulianenſis*, alia eſt ab *Amidenſi* . 12.  
Imago Chriſti *Edeſſena* . 7. 26. Alia  
*Puneade* ex ære . 7. Eadem ſæculo v.  
exſtabat . 8.  
Imago Jeſu Chriſti in *Baſilica Sancti  
Laurentii de Palatio* . 16. Alia *infra  
Baſilicam Sancti Laurentii*, *ibid.* Una  
tantum erat Urbano v. Pontifice . 17.  
Imago Chriſti *Romæ ad Sancta San-  
ctorum* . 13. 28. In Tabula picta eſt .  
24. A Stephano Papa 111. cum pompa  
ad Baſilicam Liberii deferretur . 13:  
14. Sæpe delata per Urbem . 24.  
27. Pedes eidem Imagini lavabantur  
Baſilico . 26. Percuſſa , cicaticem  
præfert . 18. Quo loci percuffa . *ibi-  
dem* . Innocentius 111. exornat . 22.  
Honorius 111. *Athletam* appellat :  
*ibid.* Vide *Lapis Capitolinus . Decre-  
tum Populi Romani . Ritus ſervatus  
in delatione Sacræ Imaginis ad San-  
cta Sanctorum* .  
Immerſio , Vide *Baptiſma* .

Infantes Baptiſmo opus habent . 80. 87.  
Mundantur a culpa originis . 80. Vi-  
de *Baptiſma* .

Infuſio . Vide *Baptiſma* .

Innocentius 1. Pelagium, & Cœleſtium  
damnat . 80.

Joannes xvii. licet intruſus in Catalo-  
go Pontificum Romanorum a non-  
nullis numeratur . 10.

S. Joannes Baptiſta Jeſum Chriſtum  
Baptizans in Nummo Antiquo ex-  
preſſus . Vide *Baptiſma* . In Nummis  
Reipub. Florentinæ . 63. Ejus Imago  
in Antiqua Gemma . 68.

Joannis PP. xxii. Diploma . 23.

Jordanes aliquando figura Hominis  
depictus . 63. Symbolum Baptiſmi .  
65. In eo Baptiſmum aliquando col-  
latum in die Theophaniæ . 78. Vide  
*Baptiſmus* . Chriſtifideles ſe in eo-  
dem Flumine lavabant in ipſa So-  
lemnitate . 78. Aqua Jordanis non-  
numquam aliò miſſa ad miniſterium  
Baptiſmi . 79.

S. Irenæus floruit ſæculo 111. 8. Jeſu  
Chriſti Imagines memorat . *ibidem* ,  
& iſtra laudatur .

Iſaaci Comneni Imperatoris factum im-  
probatum . 49.

Italia nonnulla Græca vocabulâ adhuc  
retinet . 29.

Judæi unum Pontificem Maximum hæ-  
bere conſueverant . 85.

Juliani Apoſtatae impium facinus . 9.

Oſor Græcæ literæ X. 75. Vide *Chi* .

Juſtinianus 11. Imperator . Vide *Servus  
Chriſti* .

IXΘΥΣ , quid ſignificet ? 91. Vide ibi  
ad calcem paginæ num. 3. & num. 6.  
Id ipſum Nomen in Gemma ſcul-  
ptum . 92.

## K

**K** *Cappa* Græcorum litera , Con-  
ſtantium indicabat apud An-  
tiochænos . 75. Vide ibi ad calcem pa-  
ginæ num. 2.

Kircherianum Muſeum . 84.

## L

- L** Anii a Societate Sanctissimi Salvatoris expulsi . 19.
- Lapis Capitolinus. 21. 26. Exstat prope Columnam Rostratam in muro . 19. 20. Vide *Decretum Populi Romani*. V. *Ritus servatus in delatione Sacre Imaginis ad Sancta Sanctorum*. Vide latius. *Imago Jesu Christi ad Sancta Sanctorum*.
- Lapis antiquus Cœmeterii ad duas Laurus . 89. Sanctorum Gordiani , & Epimachi . 90. Beati Castuli . 94. Latissime de eodem disseritur . *ibid.* & usque ad pag. 98. Alius ex eodem Cœmeterio B. Castuli . 95. Vide *Descriptores Lapidum &c.* V. *Formula*.
- Lateranensis Basilica Vestes Aræ Maximæ , sive amiculum , vulgò *Pallio* in ipsi diebus Festis accommodat cum Historia Solemnitatum Majorum . 67.
- Lemma Numismatis antiqui explicatur . 80. Vide *Nummus Musei Victorii*.
- Liberius Summus Pontifex . 14. Actus in exilium . 15. Epistola eidem tributa . 14. 15. 28. &c.
- Litanæ Solemnes in Urbe in Die Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis . 25. 28.
- Luna noctis typus . 41.
- Lupi Antonius Maria Auctor Dissertationis de Epitaphio Severæ Martyris . 84. Ejus opinio circa vetustum Lapidem . 94. &c.

## M

- M** Agi tres offerunt munera Jesu Christo adhuc infanti . 104.
- Marcellina scœmina improba , & nefaria . 4.
- Maria Virgo in lectulo decumbens antiquitus expressa . 37. 40. Velo superinduta , in quo Crux supra frontem , & dexterum humerum . 42.

- Gratiarum deprecatrix , & origo . 62.
- Martinellius Floravantes . 13. &c. Notatus . 18.
- Mater Dei , Virginis Mariæ elogium . 37. 43. 61. 62. Adpositum ejus Imaginibus contra Nestorianos . 42.
- Medices Philippus Cosimus , Francisci Magni Ducis Etruriæ Filius , Florentiæ Aqua Jordanis Baptizatur . 79.
- Millinius Benedictus , notatus . 12. Græcorum Historiæ de Imagine Salvatoris adversatur . 13. &c. Notatus iterum . 19. Anastasii locum illustrat . 25. Solemnem Translationem Imaginis Sanctissimi Salvatoris exacte describit . 27.
- Monogramma Christi constat literis X. & P. 52. Idem in Anulis Antiquis . *ibidem* . In Antiquis Christianorum Lucernis . 53. 54.
- Muratori Ludovicus Antonius . 77.
- Museum Victorium , in eo servatur Nummus Æreus Antiquus Veterum Christianorum in Fronte Commentarii relatus. Vide infra *Nummus* &c. Alia Monumenta *ejusdem Musei* , post Indicem Caputum , notantur In diculo præmissio huic Commentario.

## N

- N** Emesiani Cynegeticon . 2.
- Neritina Ecclesia . Vide *Ritus Ecclesiæ Neritine* .
- Nicephorus Callistus Christi vultum describit . 34. 35. Defensus a conviciis , & censuris . 35. 36.
- Nicolai IV. Papæ Diploma . 23.
- Nicolaus III. Pontifex Maximus Sacellum ad *Sancta Sanctorum* reedificat , ornat , consecrat . 22.
- Nimbus Cruce insignitus . 29. usque 32. & iterum 37. 38. 44. 45. 61.
- Nimbus Quadratæ formæ imaginibus superstitum Virorum adpositus . 29. Secus Rotundæ figuræ . *ibidem* .
- Nomen Jesu Christi a longinquis temporibus præcognitum . 38.

Nummi

Nummi Reipublicæ Florentinæ cum Historia Baptismatis . 63.  
 Nummi, qui dicebantur ΣΑΤΗΡΙΚΟΙ 45.  
 Nummus Æreus Veterum Christianorum *Musei Vicentini*, tribuitur Joanni Zimiscæ. 104. Pars anterior describitur. 2. Pars postica. 57. Lemma in illo expressum. *ibid.* Vide *Lemma &c.*

## O

**O**rabant Deum Christiani manibus expansis . 61.  
 Oraculum Prophetæ Isaïæ illustratur . 62.  
 Oceanus figurâ Hononis expressus antiquitus . 64. Vide *Flumina*.  
 Octava post Baptismum die Albas Vestes de more deponebant . 95. 96. 99. Vide *Alba Vestes*.  
 Orientales Christiani Die Epiphaniarum Statuam Jesu Christi Pueri vestito Ritu quotannis Baptizant . 87.  
 Orthographia Numismatis illustratur . 83. 84. In antiquis Inscriptionibus plerumque varia . *ibidem* .

## P

**P**Anvinus Honuphris . 85.  
 Pascha, & Pentecoste Baptismo Sacræ Solemnitates . 99. Vide *Baptisma*.  
 Paschalis I. Summus Pontifex . 67.  
 Patera Argentea S. Petri Chrysologi Ravennæ adseruat . 51.  
 Pelagiani, licet Baptismum non susceperint Infantes, Vitam Æternam cum Beatis consequuturos adfirmabant . 81. 90.  
 Percipere, Accipere &c. Baptisimi Mysterium in se continent . 97. Vide *Accipere &c. V. Formule*.  
 Petrus Apostolus tria millia Virorum una vice Baptizat: alia vice quinque millia . 66.

Philippicus Orientis Præfectus Imaginem Christi secum deferebat. 12. 13.  
 Picturæ Veterum Christianorum cum Historia Baptismatis . 62. 63. Vide *Baptisma*. Cum imagine Jesu Christi. Vide *Imago*.  
 Piscis, ita dicitur Jesus Christus . 91. Vide *Christus . V. IXΘΥΣ*.  
 Pœnitentia Sacramentum Mortuorum dicitur . 81. Quare? *ibidem*.  
 Pollidorus Petrus Censor Operis . 88.  
 Pontius Paulinus a nonnullis distinguitur ab Episcopo Nolano . 51. Vide ad calcem paginæ num. 3.  
 Porta Urbis a nomine S. Joannis nuncupata, olim Asinaria, Cœlimontana, Quæquetulana dicebatur . 31.  
 Præsepium cum duobus Animalibus Bove, atque Asino . 37. 40.  
 Processus Nicolaus scripsit Sæculo XIV. ejus Opus manuscript. exstat in Bibliotheca Vaticana . 17.

## Q

**Q**uadragesima, Vide *Tempus Acceptabile*.  
 Quare Joannes aquam effundere videatur supra Christi Caput in veteribus monumentis . 60.  
 Quæstio de Clinicis, sive iis, qui in infirmitate per Ablationem Baptizabantur, non vero per Immersionem . 90. 91.

## R

**R**EDEMPTIO, & REDEMPTOR scribendum esse existimant eruditi, exclusâ litera P. 84. Ita in Nummo antiquo explicato . 2. 58.  
 Reinesius Thomas . 83.  
 Remigius Episcopus . Vide *Clodoveus*.  
 Ritus consecrandi Fontes in Paschate, & Pentecoste . 103.  
 Ritus Ecclesiæ Neritinae, circa Baptismum, quo Statua Christi quotannis tingitur . 88.

Ritus

Ritus servatus in delatione Sacre Imaginis ad Sancta Sanctorum . 21. Vide *Lapis Capitolinus. Imago Christi Romæ ad Sancta Sanctorum. Decretum Populi Romani.*  
Ruinart Theodoricus . 100;

## S

**S**acramenta Vivorum, quæ ? 81. Grati-  
am Fidelibus adaugent . *ibidem* .  
Mortuorum: Baptisma & Pœnitentia  
81. Vide *Baptismus . V. Pœnitentia.*  
Sacropofanum aliquid interdum ab  
Ecclesia usurpatum . 64.  
Sancti-Bartolus Petrus insignis calcho-  
graphus . 64.  
Sandinus Antonius . 7. Ejus opinio circa  
Baptisma per Infusionem . 55.  
Sarcophagi cum Symbolo Baptismi . 93.  
Scaliger Josephus notatus . 85.  
Scrutinia in Quadragesimâ fieri sole-  
bant . 101.  
Sergius I. Papa . 24. 25. 100.  
Serry Jacobus Hyacinthus . 5. 7. Ejus  
opinio de Epistola quadam Eusebii .  
10. Augustinum interpretatur de  
Christi Imaginibus memoriam agen-  
tem . *ibidem* . Nicephorum irridet . 35.  
Ejus opinio de Baptismo per Infusio-  
nem . 65.  
SERUUS CHRISTI. dicitur Justinia-  
nus Junior in Nummis . 46.  
S. Silvestri Monasterium in Urbe . 26.  
Siricius Papa in Paschate , & Pente-  
coste Baptisma ministrari decrevit ,  
100.  
Soresinius Josephus Maria . 13. Gre-  
gorio II. Pontifice Imaginem San-  
ctissimi Salvatoris ad Sancta Sancto-  
rum Romam pervenisse adfirmat .  
*ibid.* Epistolam Archivi Lateranensis  
Liberio Papæ adscribit . 14. 15. Ve-  
rustum Donationis Instrumentum  
recitat . 16. Ejus opinio notatur de  
*Laniis* a Societate Sanctissimi Salva-  
toris expulsis . 19. Refert Pontificias  
Epistolas ex Archivo Vaticano , 24.

Notatur ejus opinio circa Imaginem  
Sanctissimi Salvatoris ad Sancta San-  
ctorum . 25. Pompam translationis  
ejusdem Imaginis accurate descri-  
bit . 27.  
Spanhemius Ezechiel : 45.  
Spiritus Sanctus ad Imaginem Columbæ  
aliquando apparuit . Vide *Columba* .  
Ignis speciem sumsit in Die Penteco-  
stes . 70.  
Sponius Jacobus . 83.  
Statua Constantini Magni cum Cruce  
ab ipso in Foro collocata . 50.  
Statua Christi . Vide *Orientalis Chri-  
stiani . V. Ritus Ecclesie Neritine . V.  
Imago Christi Pancede* .  
Statuæ pedestres, quænam sint ? 8.  
Stephanus Papa III. Imaginem Christi  
a Basilica Lateranensi ad Liberianam  
desert . 13. 14.  
Strabo : Vide *Walfridus* .

## T

**T** Litera, quæ literam C. compre-  
hendit . 46.  
Tempus Acceptabile , quod scilicet  
quadraginta dierum productio jesu-  
nio Ecclesia sanctificat . 101.  
Tertullianus . 5. & sæpe infra lauda-  
tus . 71. 82. 102.  
Thomasius Josephus Maria, Venerabi-  
lis , S. R. E. Cardinalis, edidit Co-  
dices Sacramentorum . &c. 97.  
Tiberius agit de Christi *ἀποκάλυψις* . 5.  
Tridentinum Concilium . 80.  
Trinitas Sancta semel invocatur in Ba-  
ptismo . 98.

## V

**V**aticana Basilica Aræ Maximæ Ve-  
stes adhibet in ipsiis Festis cum Hi-  
storia Solemnitatum Majorum . 67.  
Vaticana Bibliotheca . 17. 22.  
Vavassorius Franciscus . 37. 47.  
Verallius Fabricius Cardinalis . 15.  
Ve-

- Vestes Albæ Baptizatorum. Vidæ *Albæ Vestes*.
- Vestis Sancti Joannis Baptistæ, pelliceum indumentum. 68. Vestis Heliæ, similis. *ibidem*. Græcum hujus Vestis vocabulum. 70.
- Vicecomes Josephus Observationum Ecclesiasticarum editor. 98.
- Victorium Museum. Vide *Museum Victorium*. &c. V. Nummus æreus Veterum Christianorum. &c.
- Victorius Petrus laudatus. 70. 72.
- Villa Plinii Secundi ad Apenninum: Altera apud Laurentum. 58.
- Urbanus v. Pontifex Maximus. 17.
- Ejus Diploma. e4.
- Ufferius Jacobus. 86.
- Walfridus Strabo sæculi ix. Scriptor. 66. 101.

## Z

- Zimisce Joannes pius Imperator. 104. Primus Imagines Jesu Christi in Nummis expressisse dicitur. 44. Ipsi tribuitur ex conjectura Nummus explicatus. 104.
- Zimisciana Moneta, quæ dicitur? 44.


## F I N I S.

---

EXCUDERAT  
 ROMÆ APUD MONTEM JORDANUM  
 JOANNES ZEMPEL TYPOGRAPHUS  
 ANNO ÆRÆ CHRISTIANÆ MDCCXXXVII.  
 MENSE OCTOBRI.







DISSERTATIO  
GLYPTOGRAPHICA,



DISSERTATIO  
GLYPTOGRAPHICA

SIVE

GEMMÆ DUÆ VETUSTISSIMÆ

EMBLEMATIBUS

ET GRÆCO ARTIFICIS NOMINE INSIGNITÆ

QUÆ EXSTANT ROMÆ

IN MUSEO VICTORIO

EXPLICATÆ, ET ILLUSTRATÆ

*Accedunt nonnulla veteris elegantia, & eruditionis  
inedita Monumenta.*



ROMÆ

TYPIS ZEMPELIANIS. MD. CC. XXXIX.

---

SUPERIORVM PERMISSV.

Alia ferro scalpi non possunt : Alia non nisi retuso . Verum omnes ADAMANTE ; Plurimum autem in his TEREBRARVM (1) proficit fervor .

C. *Plinius Secundus Historiæ Naturalis Libro xxxvii. Capite xiii.*

---

[1] Fortasse *Rotarum* usum apud Veteres in scalpendis Gemmis indicat hoc loco Plinius . Vide Cap. xxviii. sequentis Dissertationis pag. 100. 101. & 102.

# AD LECTOREM

## PRAEFATIO.



N eo plerumque versantur, circa literarum studia, occupationes nostræ, ut vel selectis diurnæ lucis matutinis horis, vel nocturnis tenebris, oleo Minervæ quondam sacro, rarefactis (pomeridiano enim tempore, vacare solemus), *Museum Victorium*, multis veterum cimeliis refertum, illustrare conemur: & quicquid pro ingenii tenuitate lucubratum est, Viris eruditis proponere non detrectemus. Hinc duas insignes Gemmas, græco artificis nomine, distinctas delegimus, quæ modo cura, & labore nostro proferuntur in lucem. Sunt illæ singulari typo præstantissimæ, quam ob rem, in hac Dissertatione multa enucleantur, quibus earundem singularitas patefacta, magnopere elucescit. Omnis autem dicendarum rerum ordo, plurimum Caputum sectione partitur: in quibus si quicquam probatum fuerit, postquam nobismetipsis, in

in declarandis Gemmarum symbolis, satisfecisse blandimur, illud fore censemus gratum, atque acceptum, & hac tempestate fortasse desideratum: nempe, quomodo ad nostram ætatem producta fuerit ars adeo excellens Gemmarum scaldendarum, investigasse, ac veluti facem ceteris impropterum prætulisse. Neutiquam vero mirentur, qui nostras lucubrationes humaniter gratia, & favore dignantur, si Tractatum de Floreno aureo antiquo illustrato, jam ante hac promissum, nonnumquam citatum invenerint, ac forte contingat, nondum manibus hominum teri, dum hæc publicis typis excuduntur. Nos enim ad opus jamdiu absolutum Lectores amandare, volumus, & sola modo Typographorum, atque operum, sive negligentia, sive torpedo quædam in causa est, quod idipsum tamdiu delituerit, pluribus ab heinc annis, potissime in editione Meursiana longam moram trahentium. Quod reliquum in hoc opere (felicis, faustique ominis gratia dictum esto), ubi totum perlustraverint qui legent, nihil umquam damnatos, neque eos putamus legisse poenitendum. Sane, quæ auctoritates, ac testimonia Scriptorum citantur, persæpe ad paginarum calcem relata sunt, indicatis de more Libris, Capitibus, ac paginis; quin etiam editionibus quoque a nobis diligenter exploratis, ac visis; ne forte, (ut cum Athe-



næo (1) loquar), *ad Capras Sylvestres* quemquam aliquando relegare diceremur. Interea, si Deus Optimus Maximus æquas nobis vires præstiterit, quemadmodum eruditæ vetustatis monumentis sollicitamur, aliam Differtationem, qua scilicet de SENTINATIBVS, atque OSTRANIS populis, Umbriam olim incolentibus, tractare instituimus, quam primum edere pollicemur; duas Æreas Tabulas miræ magnitudinis exponentes, quæ eidem *Museo Victorio*, maximo cum incremento nuper accesserunt. Attamen, quod ab aliis jam editæ fuerint, ab anti-graphis, sive prototypis aliquantisper vitiatæ, neque de eisdem populis, ut decebat, ipsi meminerint: pro coronyde hujus Præfationis, licet loco non suo, describere curavimus, ut, si qui interea in re literaria illis opportune uti voluerint, sciant ubi Archetypa existunt, & ab omni ἀμφιβολία, ac varietate tutius abstineant. In iis describendis, sphalmata, quibus scatent, notavimus asterisco, ne typographiæ vitio, vel errori nostro tribuatur, quod fortasse vetustis quadra-

(1) *Deipnosophistarum*. Libro III. Capite VII. (Edit. Lugdun. MDCLVII. in fol. pagina 83.) ubi de Citrio. Περὶ τούτου πολλὰ ζήτησις ἐγένετο τοῖς δειπνοσοφισταῖς, ἔτις ἐστὶν αὐτῷ μνήμη πρὸς τοῖς παλαγοῖς. Μυρτίλος μὲν γὰρ ἔφασκεν, ὡς περ εἰς ἄγλας ἡμᾶς ἀγορεύσαντων τὸς ζητούντας. Ἡγήσανδρον τὸν Δελφὸν εἶναι τοῖς ἱπομνήμασι ἀπὸ μνημονεύειν, τῆς λέξεως τῶν νῦν ἢ μεμνηῶς.

Ita ex Jacobi Dalechampii Cadomensis Latina versione, juxta Isaaci Casauboni recensionem. *De hoc pomu Deipnosophistis oborta est magna questio, an ejus mentionem Veteres fecerint: Myrtilus enim nos id perscrutantes, velut ad Capras Sylvestres relegans, inquit; Hegesandrum Delphum in suis Commentariis ejus dictionis meminisse, sed locum in præsens memoria non tenere &c.*

Vide sis Erasmi Adagia, quæ ibidem in adnotationibus citantur, pag. 720.

quadratarum solummodo adscribendum est (1). Notandæ vero sunt in una quædam literarum formæ infrequentiores, videlicet G. formata instar Senarii numeri Græcorum ζ, de quo Fabretus adversus Reinesium differit egregie (2), & nos, Deo dante, alibi agemus. In alia litera C. pro G. frequenter occurrit (3), & Λ. Græcorum

pro

[1] Hoc loci illud fortasse interferui, etenim: *Scribendi ratio conjuncta cum loquendo est.* (Quintilian. Lib. I. *De Instit. Oratoria* Cap. v.) Veteres autem aliqua diversimode scripsisse, ac pronunciasse, quam modo scribimus, adnotavit Justus Lipsius (*Variar. Lectio.* Lib. III. Cap. XIX. & Cap. XXIX. Sed plura in *Dialogo de recta pronuntiat. Latinæ Linguae*). Marcus Terentius Varro (Lib. IV. *de Lingua Latina*) in tres classes verba distinguit: *Quæ sunt nostra, aut aliena, aut obliviosa* &c. De præcipua pronuntiatione Marrucinorum, & Ostentatorum, vide sis quæ notat Camillus Peregrinus (*Apparato alle Antichità di Capua* §. xv. pag. 87.) ex Charisio antiquo Grammatico. Joseph Maria Suaresius (*Prænestes antiquæ* L. I. C. XXVI.) agens de Moribus, & Idiomaticis Prænestinorum, multa vocabula propria eos habuisse memorat, Plauto, Horatio, Actio, Festoque, & Quintiliano testibus. Porro idem Quintilianus (Lib. I. *de Inst. Orat.* Cap. x.) *Verba*, inquit, *aut Latina, aut peregrina sunt . . . Taceo de Thuscis, & Sabinis, & Prænestinis quoque, nam ut eorum sermone utentem Vellium, Lucillius insectatur: Quemadmodum Pollio deprehendit in Livio Patavinum: licet omnia Italica pro Romanis habeam; plurima Gallice valuerunt, ut Rbeda* &c. Verum infra: *Est etiam sua loquentibus observatio, sua scribentibus* &c. De Titi Livii Patavinitate ab Asinio Pollione notata, etiam alibi Quintilianus &c. Eum vide Lib. VIII. ejusdem Operis Cap. I.

(2) Inscript. Domestic. Cap. VI I. pag. 540. & 541. in notis ad pag. 527.

(3) Inquit Plutarchus (*In Quest. Rom.* p. 277. edit. Lutetiae Parisior. M. DC. XXIV. Operum Tomo II.) Literas C. & G. cognatas esse, & G. literam apud Latinos reliquis adjecisse Spurium Carbilium. Eandem C. & G. literarum cognationem animadvertit Isidorus (Lib. I. *Origin.* Cap. XXVI.) agens de *Orthographia*. Idem exprimit Ausonius (*De literis Monosyllabis Græcis, & Latinis* v. II 34.).

*Prævaluit postquam Gamma vicefunctæ prius C.*

Maurus Terentianus (*De Syllabis*), pariter ad rem nostram inquit.

*Scribimus prænomen unum, & C. quidem præponimus. Sic amurca, quæ vetuste sepe per C. scribitur,*

*G. tamen sonabit illic, quando Cneum esse per G. proferenda crediderunt plurimi.*

*Asperam quia vox sono rem leviore interpolat, Quando ἀμύρῃ græca vox est γάμυα origo præferat.*

*Vel priores G. Latini non dum ab æpice Ille contra discat, unde C. notare debeat. G. tamen &c.*

Videndus Antonius Augustinus (*De Nominibus propriis* pag. 104.) Raderus Fornerius (Lib. I. *Rerum Quotidianar.* Cap. xv.) Hermannus Hugo (*De prima scribendi origine* &c. Cap. I. Cap. IV. & item Cap. VI I.) alique permulti.

pro A [1]. Semel item M. & A. monogrammatice ligantur hoc modo M. uti in Nummis Consularibus pridem animadvertit diligentissimus Bonarrotius (2), & in hisce Nummis argenteis *Anci Marcii*, & *Lucii Torquati*, quæ vidimus in eodem Museo, & apud alios (3), inspiciendum est.



Ibi quidem in vetusta anulari Gemma, characteribus, & circum elliptica linea ex albo, area nigricante, sed pellucida, legitur adclamatio. EYTYXI ΓEMCI, hoc est EYTYXEI. *Felix esto Gemmasi*; eademque compendiaria nota spectatur in antiquo marmore apud Janum Gruterum (4) in magno antiquarum Inscriptionum Thesauro. Horum vero Monogrammatum usus frequentior, & vetustissimus observari maxime potest in sigillis fictilium laterculorum, quorum aliqua, vel Consulum nominibus distincta, vel quamvis eruditionis notam præferentia vidimus in pluribus Cimeliarchis adservata, & item vulgata

b

gata

(1) Mautus Terentianus ( *De Syllabis* ) de hac scribendi ratione meminit :

A. Latine, sæpe ut Alpha, sæpe Lambda scribitur.

[2] *Offervazioni sopra alcuni Frammenti di Vasi antichi di Vetro ornati di Figure &c.* pag. 237.

[3] Nummum Anci Marcii edidit Fabrettus in *Dissertat. II. De Aquis & Aquæductibus Veteris Romæ*. pag. 131. Sed pictore usus imperito, canem contra currentem equitem effinxit. Verum vetustus artifex herbam quamdam trifoleam expressit, ut hæc vides.

(4) Pagina CLXIX. num. 1.

gata ab editoribus veterum Monumentorum. Sed idem Gruterus alios Titulos pariter adfert, nonnullis aliis monogrammatibus inscriptos (1). Cetera, quæ eruditorum virorum curiositatem excitant, ipsæ Tabulæ demonstrant. Quæ prima sequitur alta est palmos tres, uncias tres Romanæ Architectonicæ mensuræ, cum elevatione tympani triangularis: Lata palmos duos, uncias quinque supra; infra palmos duos, uncias tres. Legenda est vero post Præfationem pagina XII. quo loci transferre opus fuit, ut inchoatum opus e vestigio properaret ad finem, & ne turbaretur forma varietate paginarum. Al-

(1) Vide pag. VII. num. 4. XIII. n. 15. xv. n. 9. & alibi passim. Pluribus autem Monogrammatibus refertæ sunt vetustæ Inscriptiones, potissime Pagina CLIX. num. 1. quam supra notavimus. DCCXXXIX. n. 3. MVII. n. 3. MLXXV. n. 10. MXCIV. n. 1. Quibus omnibus adjungi poterit eruditum Emblemata in anulati Hyacintho, quem nuper vidimus insculptum, scilicet Palma, circa quam duabus lineis ita distinctum adparet nomen PHILARGRI. Addendus itidem est ex Museo Victorio antiquus hic Titulus marmoreus admodum exiguus: non enim æquat integras uncias undecim longitudinis, & altitudinis, vix uncias quatuor cum dimidio.

EPHEBUS . AVCTI . F. BIMVS
ET . MENSVM . III. DIES XIII
VIXIT .
NOVITE . DOLERE . PARENTES . EVENTVM
MEVM . PROPERAVIT . AETAS
HOC . DEDIT . FATVM . MIHI

Putandum autem hujusmodi compendiaris notis plerumque usos fuisse lithographos causa necessitatis; vel quod marmor non caperet integra verba, spatio deficiente, ut in hac Inscriptione observari potest; vel quod error fortuitus, qui in scribendo aliquando obrepserat, legenti industrie celaretur. Heinc vero artem scribendi per notas, & effingendi Monogrammata ab ævo vetustissimo derivasse suspicamus; quum eadem occurrant non raro in Nummis Græcorum, & Romanorum, in quibus integras dictiones exprimere, area Nummorum, vel minime, vel certe difficile pateretur. Monogrammata apud Veteres, in usu fuisse, & ipsa monumenta testantur, & alii quoque nobis priores indicant. Ea tamen, quæ de eorum origine adtigimus, a nemine hæcenus observata sunt.

Altera alta est palmos tres integros, uncias duas, cum elevatione tympani ; Lata supra, & infra palmos duos : Legitur autem pagina XIII. Par Consulium, qui in Tabula Ænea ad Municipium *Ostranum* spectante descripti sunt, indicat eam ad Annum Æræ Christianæ CCLX. pertinere. Consulatus autem, quem præfert Tabula *Sentinatium* spectat ad Annum Christi CCLXI. Utrumque monumentum præcellens admodum est. Tabulæ enim Æneæ sunt summæ raritatis, quia aspera ærugine abroduntur, deturpantur, & facile conficiuntur ; Hæ vero maximi faciundæ videntur, quia hujusmodi tabibus carent : proinde topographicis curis lucem promptam adferunt, præsidiumque Historiæ : Fastus præterea Consulares mirifice illustrant, atque confirmant.

b 2

TA-



Ex Osse Antiquo.

Adi Caput IX. pag. 28. & 29. & item Caput XXXII. pag. 118. Id enim Parergon, opportuna aliqua eruditione non caret.

cum

nævis

An. Christi

CCLX

P CORNELIO SAECVLARE II ET CIVNIO DONA  
TO II COS III NON DEC

OSTRE IN MVNICIPIO COLL CENTON / CVM SCHOLA SVA FREQUEN  
TES SCRIBVNDQ ADFVSSENT IBIQVE REFERENTE TVESSIDIO FOR  
TVNATO QQ VNIVERSORV\* CONSENSV VERBA SVNT FACTA  
QVANTO AMORE QVANTAQVE MVNIT\*IC\*IENTIA MNN CARENVS VIBI  
ANVS ORNASSE PALA\* EST CVIVS INPARES BENEFICIIS AD  
REMVNERANDAM \*AEIVS ADFECTIONEM QV\*ERERE REMEDIA  
DEBERE SED PR\*ECIPVVM A\*QVE LAVDABILE\*M COMMVNIS VOTI  
REPRTVM CONSILIVM VT CORETIVM VICTORINVM AD QENVS \*AE  
IVS ET HONORI\*S PERTINENTEM VEL \*AC OB\*BLATIONE MVNEREMVS  
ET PATRONVM \*AEVM IANDVDVM LECTVM PVBLICA TESTIFICATIO  
NE MANIFESTETVR IÇITVR SI CVNCTIS VIDETVR TABVLAM AERAM  
CONTINENTEM TESTIMONIVM CIRCA EVM NOSTRE\* ADFECTIONIS  
IDEOQVE ÷ QR QFR DE \*AEA R V I CENSVERVNT  
PLACERE CORETIO VICTORINO PATRONO / NÑ TABVL AERAM CONTI  
NENTEM VE\*BA DECRETI NOSTRI OFFERRI PER VESSIDIVM FORTVNA  
TVM CORNELIVM TERTIVM QQ PVBLILIVM MAXIMINVM  
AVRELIVM VRSINVM / VALERIVM IVSTVM  
COCCEIVM MERCVRIALEM ANTISTIVM MAXIMVM  
OCTAVIVM CLEMENTEM PETRONIVM FELICEM  
VESSIDIVM FILOQVIRIVM OCTAVIVM TAV  
RVM SATRENV\* SVPERVM VESSIDIVM VERECVNDV\*  
STATIVM FAVSTVM LEÇATOS  
FELICITER

*cum*

*nevis*

An. Christi

CCLXI

IMP CALLIENO AVGVSTO III ET VOLVSIANO COS  
 XV KAL SEPTEMBRES

SENTINI IN TRICLINI DOMVS C C NUMERVM HABENTI  
 BVS SEQUEL\*LA EIVSDEM COLLEC\ IBI REFERENTIBVS CASIDIO  
 SEVERO PATRE N\ N\ ET HELDIO PERECRINO PARENTE CVM SIT  
 O\*PORTVNVM CREBRIS BENEFICIIS ET ADFECTIONEM AMORIS  
 ergA N\ N EX\*IBENTIBVS ADSISTERE ET MVNIFIC\*IENTIA  
 m eoRVM SICVT O\*PORTVNITAS TESTIMONIVM\ PERHIBERET  
 reMVNERARE ICITVR SI CVNCTIS VIDETVR CORETIVM FVSCVM  
 u splENDIDVM DECVRIONE\* PATRIAE N SED ET PATRONVM TRIVM  
 COLL\ PRINCIPALIVM ET VESIA\* MARTINAM CONIVCEM EIVS  
 PATRONAM SED ET CORETIV\* SADINVM FILIVM EORVM IAM PRID\*IM  
 PATRONOS PER DVPLMVMA NVMERO N\ COOPTATC\*S NVNC TABVLAM  
 AEREAM PATRONATVS EIS OFFERRI VT MERITO HONORE PRO MERI  
 TIS INNOTESCAT\ Q\ F\ P\ D\ E\ I\ C\ C  
 QVOD IN PRAETERITVM CORETI FVSCI PATRONI VPSIAESIAE MARTIN\*E  
 PATRON\*E ET CORETI SABINI FILI EORVM ERCA AMORE BENEFICIA PRAES  
 TITA SVSCEPERIMVS NVNC ETIAM IN FVTVRVM NON DISSIMILIA QVAE  
 NVNC SENTIMVS PERPETVO EX DOMV\*M EORVM PROCESSVRA PARI ADFEC  
 TIONE\*M SPERAMVS A\*DOQE IDEO CONSENTIR\*I RELATIONI\ B\ B\ V\ V\ CASIDI  
 SEVERI PATRIS N\ N\ ET HELDI PERECRINI PARENTIS ET AD REMVNERANDAM  
 EORVM BENEVOLENTIA\* QVO LAVTIVS A\*DOQE PVLCHRIVS DIGNE HONOREM  
 SIBI OBLATVM SVS\*ICIPERE DICNENTVR DECRETVM ET IN TABVLA\ AEREA  
 PERSCRIPTVM EIS QVA ET A NOBIS PROPECTVM EST LECATOSQVE  
 FIERI PLACVIT QVI HANC TABVLAM DICNE PRC\*SEQVI  
 SATRIVS ACHILLES\ SATRIVS CLEMENS  
 VOESIDENVS MRCELLINVS VASSIDENVS VERINVS  
 CASIDIVS SEVERVS AELDIVS PRIMVS HELDIVS PERECRINVS  
 BRITTIVS MAXIMVS AELIVS HONORATVS APPOLVIVS HILARIANVS AETRIVS  
 TERMINALIS CAVIVS FELICISSIMVS SATRIVS IANVARIVS CASIDIVS ROMV  
 LVS AETRIVS VERNA SATRIVS VRSVS

## M O N I T U M

Alphonfus Rex Aragoniorum MAGNANIMVS, & SAPIENS nuncupatus, OPTIMOS CONSILIARIOS ESSE MORTVOS, *dicebat; Libros videlicet designans, a quibus sine metu, sine gratia, quæ nosse cuperet, fideliter audiret.*

Antonius Panormita: *De Dictis, & Factis memorabilibus Alphonsi Regis. Lib. III. num. I.*



## SYLLABUS

SIVE

SERIES, ET ORDO CAPITUM.

## CAPUT I

**D**E Præstantia Sculpturæ Gemmarum antiquarum. pag. 1.

## II

Qui primi Gemmas inciderunt. Indicantur nomina plurium veterum Sculptorum. 3.

## III

De Aulo Gemmarum Sculptore, & de Gemmis ab eo insculptis. 7.

## IV

Descriptio Gemmæ Musei Victorii ab eodem Aulo cælatæ. 9.

## V

De Achate Gemma, qua usus est Aulus. Veterum opiniones recensentur circa hanc Gemmam. 10.

## VI

Usus, ac consuetudo comburendi Gemmas, una cum cada-veribus mortuorum expenditur, & illustratur. 13.

Disqui-

## VII

*Disquiritur conditio antiqui Gemmæ possessoris. Quid indicent Veneris imagines in Gemmis insculptæ, aperitur.* 17.

## VIII

*De Inauribus ab Aulo Gemmæ Scalptore Veneri tributis.* 20.

## IX

*De Monili Veneri circa collum adposito.* 26.

## X

*De Armillis, circa manus & brachia, Veneris imaginem honestantibus.* 30.

## XI

*Ancillæ, quæ Inaures, Armillas, Mantlia, aliaque ornamenta muliebria servabant, quomodo dicerentur a Veteribus.* 33.

## XII

*Eadem ornamenta in Sacris Imaginibus a Christianis usurpata, & quare?* 35.

## XIII

*Describitur Vas vitreum antiquum Musei Victorii, in quo mulier spectatur in Elysiis, & ejus ornamenta indicantur.* 41.

## XIV

*Aliud Vas vitreum antiquum ejusdem Musei, in quo imagines ornatae Monilibus sunt expressæ.* 43.

*De*

## XV

*De Baccis, sive Flocculis, propendentibus ab extremitatibus Palle, seu veli, quo Venus in Gemma obducitur in inferiori parte.* 46.

## XVI

*De Ludo, quem ludere videtur Venus in Gemma, aliisque nonnullis Ludis puerilibus Veterum, ab Philosophis, Regibus, Imperatoribus, & Diis gentium usurpatis.* 47.

## XVII

*Quid Aulus indicare voluerit per hanc Ludi speciem in figura Veneris?* 51.

## XVIII

*Quare Veteres Ethnici ludos consulerent, ac sæpe in Gemmis exprimerent? investigatur.* 54.

## XIX

*Exponuntur nonnullæ veteres Inscriptiones, quæ de officio a Voluptatibus meminerunt.* 57.

## XX

*Vetustus alius Titulus illustratur.* 62.

## XXI

*In antiquis Gemmis celatis mysteria frequentissime occultantur.* 69.

## XXII

*Gemma ab Aulo sculpta, sæpe ab aliis antiquis  
Sculptoribus, eodem typo repetita.* 74.

## XXIII

*De cælatura inferioris ævi pertinente ad illustratio-  
nem Gemmæ Victorianæ.* 76.

## XXIV

*Sculptores complures, qui Gemmas inciderunt ævo  
inferiori, in obscuro.* 77.

## XXV

*Georgius Vasarins laudatur. Qui ab eo memorantur  
Gemmarum Cælatores indicantur, aliique proferun-  
tur in lucem.* 78.

## XXVI

*De Sculptoribus Gemmarum nostra ætate florenti-  
bus.* 92.

## XXVII

*De Auli Gemma eodem typo a recentioribus iterato  
insculpta, aliarumque veterum Gemmarum cælatu-  
ris ab eisdem sæpe repetitis, & earum maxime,  
quæ antiquorum Sculptorum nominibus insignitæ  
sunt.* 97.

## XXVIII

*De modo cælandi Gemmas. Veteres usos esse micro-  
scopio, sive lente vitrea demonstratur.* 100.

De

## XXIX

*De Gemma a Quinto Alexa insculpta, quæ Achillem exhibet armis instructum. Item de Sardonyche.* 108.

## XXX

*De Ocreis, quibus Achilles indutus est circa tibias.* 109.

## XXXI

*De nomine Quinti Alexæ. Disquiritur an aliqui Sculptores a Plinio memorati artem quoque insculpendi Gemmas calluerint.* 112.

## XXXII

*De inequalitate, quæ in aversa parte utriusque Gemmæ illustratæ, & aliquando in plerisque aliis antiquis Gemmis calatis observatur.* 116.



## F I G U R A E

## I

*In Fronte Operis Emblemata Auctoris. ΘΕΟΣ ΚΑΙ  
ΗΜΕΡΑ. Scilicet DEVS ET DIES.*

## IN PRÆFATIONE

## II

*Nummi Duo argentei Romanorum, Anci Marcii,  
& Lucii Torquati. pag. IX.*

## III

*In fine Præfationis. Icuncula ex osse antiquo, sive  
Torque, sive Monili distincta. XI.*

## IN DISSERTATIONE SPARSIM EDITÆ.

## IV

CAP. I *Tabula Æri incisa, in qua Due Gem-  
mæ Musei Victorii, in hac Dissert-  
tatione illustratæ, majori modulo deli-  
neatæ sunt. I.*

## V

CAP. XIII *Vas Vitreum antiquum, in quo Fœmina  
in Elysiis. 41.*

VI.

## VI

- CAP. XIV *Aliud Vas Vitreum , Historiam quamdam subobscuram exhibens .* 44.

## VII

- CAP. XXI *Gemma hætenus inedita Veterum Ethnicorum .* 70.

## VIII

- Sigma , sive mensa parata , ex antiquo marmore .* 71.

## IX

- CAP. XXV *Numisma argenteum cum imagine Alexandri Medices . In area partis averse , Lemma inscriptum coronæ quernæ . SOLATIA LVCTVS EXIGVA INGENTIS . ex Virgillii Æneidum Libro XI. vers. 62. & 63.* 79.


Ne putet Lector adlatum Capite xxv. Numisma nos tribuisse Alexandro Mediceo , tamquam a se cudi jussum : Eruditum enim Hemistichium ejus fatum memorat , quo ab Laurentio Mediceo , noctu , proditorio crimine e vivis sublatu est VIII. Eidus Januarii , Anno MDXXXVI. more Florentinorum ; communi vero epocha , MDXXXVII. Fortasse ejus imago ab egregio ejusdem ætatis artifice elaboratum fuit , cui Alexander ,

xander, genio, quo tunc flagrasse comperimus, mandaverat. Verum pars postica ab aliquo sui studioso viro, post ejus obitum restituta. Facinoris memoriam indicat sequens Numisma, quod erutum ex *Museo Victorio*, e re nostra duximus heic prodere.

## X

*Laurentius Medices Bruto comparatur, æque sædo, atque immiti patrato flagitio, adsimili numismati consignato.*

XXII.



Marci Bruti Numisma cum pileo libertatis, duobus utrimque pugionibus, & inscriptione EID. MAR. scilicet EIDIBVS. MARTIIS. vulgavit Antonius Augustinius (*Dialogo 1.*) Fulvius Urfinus, & alii.

## XI

CAP. XXV *Camæum antiquum, in quo due dexteræ conjunctæ simul sunt. Altera decoratur Armil-*



FIGURAE XXIII  
*Armilla . Supra legitur EYTYXWC .*  
*infra OMONOIA .* 90.

XII

Ibidem *Nummus Æreus cum imagine Theodosii*  
*Cardinalis Bullionii . In aversa parte,*  
*Vaticanae Basilicae Porticus , in qua*  
*Anni Jubilei primordia e ritu sacro*  
*exhibentur .* 91.

XIII

CAP. XXVIII *Gemmae fictitiae Veterum .* 105.

XIV

Ibidem *Aliae Gemmae fictitiae Veterum .* 106.

XV

CAP. XXXII *Ad Calcem Dissertationis , Cameum in*  
*pasta , ut ajunt , antiqua .* 118.



Ne vacua remaneret hæc pagina, antiquum lapidem exstantem in *Museo Victorio* descripsimus, longum Palm. II. Unc. x. alt. Palm. I. Unc. IV. Insignitur autem ille duplici inscriptione: Parte una, ea quæ vetustior est, magnis characteribus distinguitur, confirmatque conjecturas de monogrammatibus, quorum mentio in Præfatione (1) occurrit.

sic

M . VEDIO . M . O . L . GLYCON  
 VIXIT . AN . V . M . III . M . VALERI  
 O . L . GLYCO . PAT . VALERIA . C . L .  
 PRIMILLA . MAT . FECERVNT . AEDICLA . FILI  
 DVLCISSIMO . SIBI . POSTERISQ . SVIS .

Parte altera vero, minoribus literis, hæc alia nonnihil recentior cælata est *Minio* conspicua (2), & varia eruditione referta.

sic

D > M > S  
 N̄ . FADIVS . HERMES . ET . FERVENIA . RESTITVTA . CVMFADIS . FIL .  
 SVIS . IAMBO . FESTO . FRVCTO . ET . CONFLONIA . FORTVNATA .  
 FECERVNT . SIBI . ET . SVIS . LIB . LIBERTAVSQ . POSTERISQ . EOR .  
 AD . HAS . HA<sup>E</sup>DICVLAS . ET . OLLAS . ITVM . ADITVM . AMBIT . ET .  
 HAVSTVM . PRAESTARI . DEBETVR . IN . FRONTE . COM-PREHENSIS .  
 AEDICVLIS . TRIBVS . PED . OCTO > INTROR-SVS > PED > DVO .  
 IN QVIBVS . AED . ET . COLVMB . OLLAE . SVNT . N̄ . XXIII .  
 ET . CINERA . RIS

Utraque nunc primum predit, Candido Lectori, ut arbitror, munusculum ex tempore gratissimum.

IMPRI-

(1) *Pagina IX. X. & infra 124.*(2) *Adi Cap. xxxi. Dissertationis pag. 114.*

I M P R I M A T U R ,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sac.  
Palatii Apostolici .

*Pb. Archiep. Theodosiæ Vicesg.*

---

# ADPROBATIONES CENSORUM

## I

**Q**UUM *Dissertationem Glyptographicam* a me diligenter lectam, nihil Catholicæ Religionis, vel bonis moribus adversum continere deprehenderim: quin imo multa illa erudite exhibeat, quibus res antiquæ illustrentur; Typis publicis edi posse cenfeo. Romæ Idibus Martiis A. D. MDCCXXXIX.

*Petrus Pollidorus.*

**D**issertationem Glyptographicam in duplicem Musæi  
*Victoriæ Gemmæ* lubens perlegi, Rōmæ Patris  
 Magistri Sacri Palatii Apostolici jussionibus obsecutus.  
 In ea sane Clarissimus Auctor singula, quæ pertinent ad  
 præstantissima isthæc Antiquitatis κειμήλια illustranda,  
 enucleat, & ad vivum refecat. Igitur eruditam hu-  
 jusmodi, ac simul jucundam lucubrationem cum Ca-  
 tholicis dogmatibus, regulisque morum omni ex parte  
 consentientem, publica luce donari posse existimo; im-  
 mo vero ut quanto citius edatur exopto, mecumque  
 una harumce literarum amantes non solum exoptant,  
 verum etiam jure veluti quodam postulant, ac flagi-  
 tant. Romæ v. Cal. Majas MDCCXXXIX.

*Dominicus Theoli Linguae Sanctæ Publicus Pro-  
 fessor in Archigymnasio Sapientie.*

---

I M P R I M A T U R .

Fr. Nic. Ridolfi Ord. Prædicatorum Sac. Pala-  
 tii Apost. Mag.

DISSER-



AYAOC

KONTOC  
AAEZA  
ETTOIEI

GEMMAE DVAE  
VETVSTISSIMAE  
EMBLEMATIBVS  
ET GRACO ARTIFICIS  
NOMINE IN SIGNITA  
QVA EXSTANT ROMA  
IN MVSEO VICTORIO

GEMMA  
MAGNI  
TVDO

PARS  
GEMMAE  
SVPERETA  
FRAGMENT  
VETVSTISS

ANNO REP. SAL. C L D CC XXXV



I  
DISSERTATIO  
GLYPTOGRAPHICA,

S I V E

GEMMÆ DUÆ VETUSTISSIMÆ,

EMBLEMATIBUS,

ET GRÆCO ARTIFICIS NOMINE INSIGNITÆ,

EXPLICATÆ, ET ILLUSTRATÆ.



NIHIL in tota vetustate præstantius Gemmis insculptis, nihil magis spectabile sese videtur offerre admirandæ Antiquitatis cultoribus; in iis enim examinandis, conrectandisque, dubitari plane, ac jure, meritoque

disputari potest, utrum materia præferenda sit operi, sive potius, opus materiam superaverit. Porro Achates, Jaspis, Onyx, Chalcedonius, Carneola, Smaragdus, Beryllus, Topatius, Amethystus, CrySTALLUS, materiam præstant Sculptoribus. Adamas quoque ceteris excellentior, atque durissimus occurrit quandoque impressa imagine suspiciendus. Ii vero, qui in hisce operibus insudarunt, Gemmisque insculpendis

A

dis

CAP. I  
De Præstantia  
Sculpturæ Gemmarum antiquarum.

dis anaglyphico opere, ac pariter dioglyphico, se exercuerunt, adeo præcellentes viri sunt, ut in æmulationem virtutis (1) excitati nonnulli eorum, qui se ceteris præstare noscebant, per sæpe suis nominibus illas præsignarint. Diogenes Laërtius, Mnesarchum patrem Pythagoræ memorans (2), qui fuerat Sculptor Gemmarum, & Anulorum, communi vocabulo ΔΑΚΤΥΛΙΟΓΛΥΦΟΝ appellat, hoc est Sculptorem Anulorum. Sed alibi non ea tantum virtutis æmulatio exstimulabat Artifices ad egregia opera edenda; verum etiam formido quædam animis illorum ab Magistratibus incussa, quæ si nostro quoque ævo vigeret, fortasse multo meliora spectare liceret. Ἀκὼν κείῳ νόμον Θήβησι, inquit Ælianus (3) προσάφροντα τοῖς τεχνίταις, καὶ τοῖς γραφικοῖς, καὶ τοῖς πλαστικοῖς, εἰς τὸ κρεῖττον τὰς εἰκόνας μιμῆσθαι, ἀπειλεῖ δὲ ὁ νόμος τοῖς εἰς τὸ χεῖρόν ποτε ἢ πλάσασιν ἢ γράψασιν, ζημίαν τὸ τίμημα δεῖν. *Audio legem esse Thebis, præcipientem Artificibus, tum Pictoribus, tum Figulis, ut imaginum formas, quoad possent, optime exprimerent. Iis autem omnibus, qui deterius, aut finxissent, aut pinxissent, pro pœna mulctam pecuniariam irrogantem.*

Gem-

(1) Cajus Vallejus Patercul. Hist. Rom. Lib. I. in fine. Editionis Aldinæ. Venet. MDLXXI. pag. 23.

*Alit* Æmulatio ingenia: & nunc invidia, nunc admiratio incitationem ac-

*cendit: naturaque, quod summo studio petitum est, ascendit in summum &c.*

(2) In Vita Pythagoræ.

(3) Variæ Historiæ. Lib. IV. Capite IV. pag. 97. Edit. Argentorati ab Joanne Scheffero. MDCLXII.



**G**emmas autem vetustissimi hominum scul-  
pserunt Ægyptii, post illos Etrusci, dein-  
de Græci, ac demum Romani. Græcorum, ac  
Romanorum nonnulli Sculptores adhuc innotescunt, uti ex nostra Dissertatione constare potest. Etenim Viri clariores eo opificii genere indicantur alter ab altero, præsertim vero non absque testimonio veterum Scriptorum, ab Ludovico Demontiosio (1), Aldo Manutio, Paulli filio (2), Abrahamo Gorlæo (3), Francisco Junio, qui junior dicitur, Francisci Junii senioris filio (4), Joanne Fabro Bambergensi (5), Joanne Angelo Caninio (6), Jacobo Sponio (7), Leonardo Augustinio [8], Paulo Alexandro Maffejo (9), & nuperrime ab Philippo Stofchio [10], qui singulorum opera, quæ adhuc existant, recensere conatus est, adlatis Gemmarum sculptarum imaginibus a Bernardo Picart homine Belga, per quam diligenter æri incisus. Illorum autem catalogum ordine alphabetico digestum heic acci-

CAP. II  
Qui primi Gemmas inciderunt.  
Indicantur nomina plurium veterum Sculptorum.

## A 2 pe.

[1] *Commentar. de Sculptura, Calatura, Scalptura, & Pictura antiquorum.*

Videlicet pag. 142. ubi de Gemmarum Scalptura agit.

(2) *Ibidem. De Calatura, & Pictura.* pag. 169.

(3) *In Dactyliotheca.* pag. 9. & 10. edit. MDCIX.

(4) *De Pictura Veterum.* Lib. II. Cap. VIII. Edit. Roteroda. MDCXCIV. in fol.

Idem *ibidem.* In Catalogo Artificum, variis locis.

(5) *Commentar. in Imagines Illustrum ex Fulvii Ursinii Bibliotheca a Theodoro Galæo expressas.* variis locis.

(6) *Iconografia, cioè Disegni d'immagini de' famosissimi Monarchi, Regi, Filosofi, Poeti, ed Oratori dell' Antichità &c.* 1699. in fol.

(7) *Miscellan. erudite Antiquitatis.*

[8] *In Præfatione ad Gemmas antiquas.*

(9) *Gemme Antiche figurate.*

(10) *Gemme antique calate Scalptorum nominibus insignite.* Amstelædami. MDCCXXIV.

pe. ADMON. AEPOLIANUS. AETION. AGATHEMERUS.  
 AGATHOPUS. ALEXANDER. ALLION (1). ANTEROS.  
 APOLLODOTUS. APOLLONIDES. APOLLONIUS. ASPA-  
 SIAS (2). AULUS (3). AXEOCHUS. CAEKAS. CAR-  
 PUS. COINUS. DIOSCORIDES (4). EPITYNCHANUS.  
 EVODUS. EUTYCHES. FELIX CALPURNIUS SEVERUS.  
 GNEUS. HEIUS. HELLEN. HYLLUS (5). LUCIUS.  
 MYCON. MYRTON. NICOMACHUS. ONESAS [6].  
 PAMPHYLVS (7). PIGMON. (Is *Pergamum* appellat,  
 contra fidem vetustæ Gemmæ (8), quæ in Mu-  
 seo Magni Ducis Etruriæ Florentiæ adseruatur).  
 PHARNACES. PHYLEMON [9]. PLOTARCHUS. POLY-  
 CLETUS. PYRGOTELES (10). QUINTILLUS. SCY-  
 LAX (11). SELEUCUS. SOLON (12). SOSOCLES.  
 SOSTRATUS. SOTRATUS. TEÛCRUS. THAMYRUS.  
 TRYPHON. His addendi sunt Gemmarum Scal-  
 ptores ab eodem Stofchio præteriti, quorum  
 opera egregia æri pariter incisa vulgavit Vir cla-  
 rissimus, mihiq; amicissimus, Antonius Fran-  
 ciscus Gorius, in Patrio Athenæo publicus Hi-  
 storiarum Professor, iique sunt. AMPHOTERUS (13).

ANTIO-

(1) Hujus Artificis Gemmæ duæ.

(2) Ejusdem Gemmæ duæ.

[3] Gemmæ v.

(4) Gemmæ vii.

(5) Gemmæ iiii.

(6) Gemmæ ii.

(7) Gemmæ ii.

[8] Adi Musæi Florentini Volu-  
 men ii. Clas. i. Tab. iiii. N. ii. &  
 item Inscriptionum Antiquar. in Etru-  
 riæ Urbibus exstantium Vol. i. Tab. v.N. i. Utrobique lapsus etiam Leonardi  
 Augustinii, & pariter Equitis Maffei  
 indigitatur.

(9) Gemmæ ii.

(10) Gemmæ i.

(11) Gemmæ i.

(12) Gemmæ iv.

(13) Inscript. Antiq. in Etrutiæ Ur-  
 bibus exstan. Tomo i. Tab. ii. N. iv.  
 & item in Museo Florent. Tom. ii.  
 Clas. i. Tab. x. Num. iiii.

ANTIOCHUS (1) . CLEONAS (2) . CRONIUS (3) .  
 QUINTUS ALEXA (4) . ex quibus omnibus , no-  
 tandum est , duo , tresve tantum , nomen La-  
 tinis characteribus scripsisse , reliquos vero , Græ-  
 cis . Nonnulli nomen suum descripserunt , re-  
 cto casu , qui aliquando , verbum ΕΠΟΙΕΙ . vel  
 primam tantum syllabam ΕΠ . hoc est , *faciebat* ,  
 solebant adponere : alii , casu obliquo , ut in  
 ipsis Gemmis antiquis videre est . Nomen *Agathangeli* ,  
 quod græcis characteribus expressum  
 est in Gemma [5] , quæ Pompeii caput re-  
 ferre dicitur , in hoc catalogo Sculptorum anti-  
 quorum describere detrectavimus : opus enim ,  
 quantumvis elegantissimum , sublestæ fidei suspi-  
 cionem subit apud plerisque cultos viros , qui  
 in eodem expendendo , manum recentioris arti-  
 ficis , indicio sane constanti , perspectam habere  
 sibi videntur . Item *Gellii* nomen abegimus ,  
 quod alibi ΓΗΛΙΟΥ . alibi ΓΕΛΙΟΥ . [6] scriptum  
 viderimus . Sed præter recensitos supra cælato-  
 res Gemmarum , memoratur a Diogene Laër-  
 tio (7) Mnesarchus Pythagoræ pater ΔΑΚΤΥΛΙΟ-  
 ΓΑΥΦΟΣ . videlicet *Amulorum fictor* ; quod & Apu-  
 lejus adfirmat , inquiens (8) : *Profugit ex Insula*

(Sa-

(1) Inscript. Antiq. Tom. I. Tab. I. Num. IV.

(2) Ibidem Num. II.

(3) Ibid. Num. I.

[4] Mus. Floren. Tom. I. Tab. xcvi. Num. I. Videbis pag. 155. &amp; in Præfatione. Pag. vii.

(5) *Adi Collezanea Romanar. Anti- quitat.* Antonii Borioni. Tab. 68. pag. vero 48.

[6] Ibidem. Tab. 75. Vid. pag. 53.

(7) Libro viii. in Vita Pythagoræ. pag. 214. edit. Londini. MDCLXIV.

(8) Floridorum Lib. II.

(Samo), *clanculo Pythagoras, patre Mnesarcho nuper amisso, quem comperio inter Sellularios artifices, Gemmis faberrime sculpendis, laudem magis, quam opem quæsisse.* Meminit item Mnesarchi Gemmarum Sculptoris optimi Suidas in voce ΠΥΘΑΓΟΡΑΣ, & alii etiam recentiores eruditi idem præstiterunt, Isaacius Casaubonus, & Ægidius Menagius. Memoratur præterea ab Herodoto Halicarnasseo, Theodorus quoque Samius, Teleclis filius (1), qui *Smaragdum, Gemmam signatoriam insculpsisse fertur Polycrati Samiorum Tyranno, cujus Gemmæ fatum ab eodem Herodoto describitur, & a Cajo Plinio Secundo, Historiæ Naturalis Libro xxxiii. Capite 1. & Libro xxxvii. pariter Capite 1. ubi Gemmam ipsam Sardonychen fuisse narrat, non quidem Smaragdum insigniter cælatum: ostenduntque Romæ, si credimus, in Concordiæ delubro, ut idem ille ait, cornu aureo Augustæ dono inclusam, & novissimum prope locum tot prælatis obtinentem.* Ex iis tamen, quæ subsequuntur, putandum est, mendum irreplisse in Plinii Codicem, & *Smaragdum pro Sardonyche reponendum.* Siquidem, ut alios præteream, hujus rei testes, Joannes Tzetzes Variarum Historiarum Chiliade vii. (2),  
eam-

(1) In Thalia, hoc est Libro 111. pag. 178. & p. 179. edit. Francofurt. In fol. MDCVII.

(2) De Polycratis anulo 121. Adi

Collectionem Veterum Poëtarum Græcorum Jacobi Lestii. Tom. 11. pag. 376. & 377. edit. Coloniz Allobrogum.

Cl. Io. c. xiv.

eamdem narrat vetustam memoriam, & Gemmam cælatam, *Smaragdum*, valde pretiosum fuisse confirmat, ab eodem Theodoro Samio Teleclei filio, quem supra celebravimus, summo artificio insculptum. Augebit vero Stofchius, (cujus tota ea provincia est) hanc seriem veterum cælatorum gemmarum editione altera sui operis, quam parare compertum est elegantiore.

**E**Ximius inter alios, qui nomen suum Gemmis inscriptum ad posteros mandarunt, fuit certe *Aulus*, vel Græcus artifex, vel Græcorum exemplarium typos magis probatos imitatus; etenim artem egregiam adhuc ostendunt multæ ab eodem cælatae, atque ejus nomine signatae, sive inscriptæ Gemmæ. Quinque ex his visuntur adlatæ in Opere Stofchiano [1], quarum duas in Musei Florentini Volumine secundo (2) retulit eruditissimus auctor, meminitque anaglyptici operis ab ipsomet *Aulo* Chalcedonio excisi, quod in Museo Capponio Romæ adservatur, & non dum lucem adspexit [3], sextum hujus Artificis opus. Alia præclara Gemma *Auli* nomine insignita, ab Joanne Fabro Bambergensi laudatur in Commentariis ad Imagines Virorum Illustrium Bibliothecæ Fulvii Ursinii: *habet enim*, ut ipse

CAP. III  
De *Aulo* Gemmarum Sculptore, & de Gemmis ab eo insculptis.

pro-

(1) Tab. xv. xvi. xvii. xviii. & xix.

(2) Classe I, Tab. I. Num. I.

Ibidem. Tab. vii. Num. III.

[3] Musei Florentini Tom. II, pag. 103. Classe I,

prodit (1), *Cupidinem, qui papilionem trunco arboris adfigit*. Errat vero dum *Auli* nomen in Gemma, de qua loquitur, tamquam prænomen Bruti, non uti nomen Artificis expressum judicavit. Adsimiles Fabri lapsus adnotari commode possunt in Gemma Herculis capite insculpta, in qua sub collo legitur ΓΝΑΙΟΣ (2), & item in nomine *Hellenis* interpretando in alia Gemma, in cujus area post imaginem legitur ΕΛΛΗΝ [3]. *Hile* pariter, sive *Hylli* nomen, (in Gemma ΥΛΛΟΥ), falso explanat, atque illustrare nititur (4), alio detorquens Artificum nomina propria. Vagari quoque videtur circa Gemmam ab *Epitynchano* excalptam, in qua apertissime legitur ΕΠΙΤΥΓΧΑΙΝΟΣ ΕΠΟΙΕΙ [5], hoc est *Epitynchanus faciebat*: ita ut, vix ullum umquam indicium, nominis ab ipsis Sculptoribus inscripti in area Gemmarum, conjectura potius, quam re adsequutum, facile putandum sit. Non enim de exquisitissimo Gemmæ artificio scripsisset: quippe quæ artis hujus peritis, ab Artifice aliquo ævi Augusti facta videatur, verbi gratia, ab *Epitynchano*, aut *Zosimo*, quorum exstant nomina in priscis Cameis, aliisque sculpturis, vel certe a *Dioscoride*, qui Augusti fecit imaginem, qua ille signare solitus fuit, sicut *Svetonius*, & *Plinius* referunt &c. Sed in edendo

[1] Pagina 67.

(2) Ibidem. Videfis pag. 66.

(3) Ibid. Tab. LXIV. pag. 42.

(4) Ibid. Tab. LXXV. pag. 47.

(5) Faber Joannes. Libro supra citato. Tab. LXXXVII. pag. 52.

do iudicio de antiquis Gemmarum cælatoribus, & de gemmis ab eisdem proprio nomine signatis, plurimi hæcenus erraverunt. Octava demum Gemma ab eodem ipso *Aulo* summa cura ac studio, quin etiam genio quoque impellente elaborata, & omni venustate feliciter absoluta, prodit ex *Museo Victorio*, quam omnium elegantissimam, & rei novitate perspecta, & industria Artificis, quæ probe maxima est in hoc opere perficiendo, unumquemque mecum pariter adfirmaturum, non dubito.

**V**enus in hac Gemma spectatur sedens in eleganti quadam saxorum strue, cui sinistra innititur, dexteræ vero manus nonnihil elatæ, atque expansæ extremo indice producto, calamum, seu virgam erectam sustinet, librat, circumducitque, duplici armilla, quâ brachio manus adjungitur, revincta. Caput oblique expressum est, oculo ad æquabilem virgulæ agitationem jucunde intento; vultu sive ore plane blando, atque hilari. Crines habet crispas & nodo religatos ad occiput, relictis extremitatibus ad auræ flatus spatiantibus. Inauribus decoratur, sed sine gemma: Monili tamen circa collum unionibus valde pretioso (1).

CAP. IV  
 Descriptio Gem-  
 mæ *Musei Victorii* ab eodem *Aulo*  
 cælata.

(1) Videtis Homeri Hymnum in Venerem. In Collectione Veterum Poëtarum Græcorum Carminis Heroici edit. cura Jacobi Leßii. in fol. Aureliæ  
 B Allobrogum. c. 10. 10. c. vi. Tom. 1. pag. 434. & 435. & item alium Homeri Hymn. pariter in Venerem. pag. 438. tota

tota fere nuda est, discincto baltheo, turgidula, ac fucciplena, ad artis certe ostentationem, & miraculum sculpta. In inferiore, deflua pallaregitur, multis flexibus sinuosa, ejusque extremitates nonnullis flocculis ad olivæ figuram accedentibus exornantur: pedibus vero nullo calceamenti genere indutis efficta est. Advolat e regione puer Amor explicatis alis, & ridenti ore, capillo breviusculo, cirratoque, extensis autem brachiis, manibusque, ac digitis ludicre exertis: corporis statu exprimitur, quo se urgeat circa libratum bacillum, seu calamum, tamquam impetraturus illum a matre, ut eundem ludum luderet: totus pinguior, atque habitior, uti pueri esse solent. In area legitur ΑΥΑΟC. quod est nomen Sculptoris, quapropter subintelligendum est ΕΠΙΟΙΕΙ. scilicet *Aulus faciebat*, ut in pluribus aliis hujusmodi monumentis, vel per primas literas, sive elementa ΕΠ. vel singillatim, distincte atque expresse, quemadmodum supra demonstratum est.

## CAP. V

De Achate Gemma, qua usus est *Aulus*. Veterum opiniones recensentur circa hanc Gemmam.

**G**emma, in qua sculpta est Venus, Achates varius est, nempe variis coloribus distinctus, qui tamen leviter, ac demisse adparent; absumto etenim igne cadavere, quo cum in antiquo sarcophago reperiri contigit Anno MDCCXXXV. Anulus quoque cum pretioso lapillo semiustus fuit.



fuit. Mitior vero se præbuit ignis in hanc Gemmam, vel ipsius Gemmæ durities, ac virtus, ignis potentiæ acriter, ac vehementer restitit: etenim præstat ad hanc diem usum signandi ceras. De Achate, ejusque variis speciebus, atque insita virtute, multa referunt Orpheus in Libro de Lapidibus [1], Plinius in Historia Naturali (2). Sanctus Epiphanius in Libro de XII. Gemmis, quæ erant in veste Aaronis (3). Dioscorides item, Galenus, Paullus, atque alii, qui de rebus ad medicas artes pertinentes ex instituto tractarunt. Repertus primo fuit apud Siculos juxta flumen, Achatem nuncupatum, ut memorat Marbodæus vetustus Poëta, Gallus Coenomanensis, editus ab Jacobo Gronovio post Dactyliotheam Abrahami Gorlæi auctam (4): dein-

B 2

de

(1) ΟΡΦΕΟΣ ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ. Adi Veterum Poëtar. Græcorum collectionem Jacobi LeGii. Tom. I. ubi Orpheus de Achate agit. pag. 525. & item pag. 531. plura vero ad rem nostram pag. 532. & seq. &c.

(2) Libro xxxvii. Capite x.

(3) Gemma viii.

Videſis Conradi Geſner. De rerum Fossilium, Lapidum, & Gemmarum Figuris.

Item Commentar. Ad Opusc. S. Epiphani.

Francisci Ruei. De Gemmis aliquot, iis præsertim, quarum D. S. Jo: Apostolus in sua Apocalypſe meminit. De aliis quoque, quarum usus hoc ævi ad nos pervenit. Lib. I. Cap. II. Cap. III. & Cap. XVI.

Andrea Bacci. Le XII. Pietre prezioſe, che adornavano i veſtimenti del

Sommo Sacerdote. Num. viii.

Idem De Gemmis, & Lapidibus pretioſis &c. cum Adnotationibus Wolfangi Gabelbouer. Capite x.

Anselmus Boëtius de Boot, & Adrianus Follius. Gemmarum, & Lapidum Historia &c. Libro II. Agunt vero de Achate. Capite xcv. xcvi. xcviij. xcviij. & item in notis.

Joannes de Laët. De Gemmis, & Lapidibus. Libro I. Capite xxii.

(4) Lugduni Batavorum in 4. c. I. c. c. xcv. Parte II. Carmen de Gemmis, sive Lapidibus pretioſis. pag. 6.

Ut perhibent primum lapis eſt inventus Achates.

In ripis fluvii, qui nomine dictus eodem.

Hic pretio dives, Siculas perlabitur oras. Sit licet ipse niger, zonis tamen obſtitus albis &c.

de pluribus item in locis inventus est ; ita ut quemadmodum valde pretiosus , ac pene singularis æstimabatur , copia famam raritatis minuerit , & multum præconcepti decoris ademferit . Id ipsum , sed Poëtarum more exaggerans scribebat Claudianus (1) .

*Lemnius hæc etiam Gemmis exstruxit , & auro ,  
Admiscens artem pretio , trabibusque Smaragdis  
Subposuit cæsas Hyacinthi rupe columnas .  
Beryllo paries , & Jaspide lubrica surgunt  
Limina , despectusque solo calcatur Achates &c.*

Eum ita dictum putant nonnulli , quasi sociabilem . Veteres venenis quibusdam adversari existimabant , atque ideo tamquam amuletum salutare ab ipsa natura homini donatum (2) . Heinc non illam modo , sed alias quoque Gemmas , quibus adsimiles medendi facultates tribuebant secum gestare , ac circumferre consueverunt (3) .

Potio-

(1) *De Nuptiis Honorii, & Mariae.*

[2] Marbodæus pag. 7.

*Fortantem munit , viresque ministrat  
Achates .*

*Facundumque facit , gratumque , bonique coloris .*

*Hoc Anchisades comitante pericula  
vicit .*

(3) Idem Poëta vetustus pag. 5.

*Nec dubium cuiquam debet , falsumque videri ,*

*Quin sua sit gemmis divinitus insita  
virtus .*

*Ingens est herbis virtus data , maxima Gemmis .*

Pagina vero 25.

*Sed fraus , intactum quia nil humana  
relinquit .*

*( Invidia naturam , dum scilicet ars  
imitatur , )*

*Veras a falsis , labor est discernere  
gemmas .*

*Callida , quas didicit vitro simulare  
dolofo ,*

*Dum veram speciem mentitur adultera  
forma .*

*Inde fit , ut virtus Gemmarum nulla  
putetur ,*

*Ignaros , quoties tentata probatio  
fallit .*

*Sed veras species , ( fuerint si rite  
sacrate ) ,*

*Effectus miri , procul ambiguo comitantur .*

Potiori autem jure , nempe superstitiosa religionis methodo , ac lege adacti , quas vane , ac perditæ sequebantur , magis quam genio indulgentes , aut ornamentorum causa , digitis plerumque , sive monilibus , armillis quoque , aut fibulis inferebant eas , quæ signis , vel imaginibus distinguebantur , quod faustum , inde prosperitatis omen , seu vitæ feliciter gerendæ spem certam sibi promitterent , vel in primis augurarentur . Vide Camilli Leonardi Physici Pisarenfis Speculum Lapidum (1), sed caute legendum .

**C**Apite præcedenti expositum est obiter pretiosam hanc Gemmam in vetusto quodam mauioleo , semiustulatam cum defuncti hominis cineribus repertam fuisse , nec ita combustam diximus , ut tamquam inutilis abiicienda sit , ac rebus futilibus debeat adnumerari . Valet enim plurimum ad usum obfignandi , & nonnihil adhuc translucet . Prisca vero consuetudo comburendi anulos æstimabiliores , digitis mortuorum insertos , præcipue declaratur a Propertio , Umbro , elegantique Poëta (2) , ubi de Cynthia vita functa ita fatur .

*Eosdem habuit secum , quibus est elata capillos ;  
Eosdem oculos : Lateri vestis adusta fuit .  
Et solitum digito Beryllon adederat ignis ,  
Summaque letheus triverat ora liquor &c.*

(1) Lib. III. Cap. IV. & alibi . [2] Libro IV. Eleg. VII.

Vestes

CAP. VI  
Ufus , ac consuetudo comburendi Gemmas , una cū cadaveribus mortuorum expenditur , & illustratur.

Vestes quoque, atque alia ornamenta in rogam conjecta, una cum demortui cadavere, & cum ejusdem cineribus in sepulcralem tumulum inlata olim fuisse, non modo heinc licet arguere, sed constat etiam ex Lege ultima *de Auro, & Argento legato* (1); confirmaturque ex Titi Livii Libro xxxiv. (2), adstipulantibus Valerio Maximo (3), Lactantio (4), & Svetonio (5). Alia quoque argumenta profert Joannes Kirchmannus Libro II. de Funeribus Romanorum (6), quem si lubet, consulas velim. Ceterum morientibus anuli detrahebantur, teste Plinio (7), Svetonio (8), aliisque. Forte autem detrahebantur anuli, inquit Petrus Morestellus [9]: *ne in Polinctorum manus pervenirent*. Quin etiam iidem ipsi anuli ita integri in ollis cinerariis saepenumero condebantur, & in capotaphiis: vel rutilanti gemma instructi, vel gemma insculpta, quemadmodum retroactis temporibus multi reperti fuerunt, & adhuc hodie, impellente potius avaritia, quam curiositate, (diruuntur enim quotidie quot-

(1) Digestorum. Libro xxxi v. Titulo II. Lege xlii. *Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi, quaecumque sepulturae meae causa feram ex ornamentis; lineas duas ex margaritis, & viriolas ex smaragdīs &c.*

Vid. item in Digestis. Tit. vii. de Religiosis, & sumtibus funerum &c. Leg. xiv.

(2) *Purpura viri utemur: Patextati in Magistratibus; in Sacerdotiis; nec id ut vivi solum habeamus insigne, sed*

*etiam, ut cum eo crememur mortui &c.*

[3] Libro v. Capite v.

(4) *De origine Erroris*. Libro II. Capite iv.

[5] In Nerone. Capite I.

(6) Capite v.

[7] *Naturalis Historiæ*. Libro xxxiiii. Cap. I. *Gravatis Somno, aut morientibus anuli detrahuntur.*

[8] In Tiberio. Capite lxxiiii.

[9] *Pompa Feralis, sive Justa Funebria Veterum*. Libro I. Cap. iv.

quotquot detegi, aut defodi, sive excavari possunt Hypogæa paganorum sepulcra), aliquando inveniuntur, & quanti minimi, conductis fossoribus imperitis ab temeratoribus hujusmodi monumentorum adquiruntur insculptæ gemmæ, ut maximi illas vendant honestis viris, qui rerum antiquarum studiosi, eas ab injuria temporum, atque ab inscitia vulgi tueri satagunt, & diligentia ratione in spem fœnoris Orbi literario comparandi custodiunt, vel scriptis eruditissimis illustrant. Exstat apud Gruterum (1), vetustus, ac funebris titulus, qui hanc eandem consuetudinem explanat disertissime, atque ita se habet.

VENEREM . AVG . CVM . PARERGO . ITEM . PHIALAM  
 ARGENT . AEMIL . RVST . F . ITEM . TABVLAM . AR  
 GENT . M . ANNIVS . CELCITAN . TEST . SVO . POST . MORTEM  
 AEMILIAE . ARTEMISIAE . VXORI . ET . HEREDI . SVAE  
 PONI . IVS  
 AEMILIA . ARTEMISIA . TIRA . POS . EADEMQ  
 DE . SVO . ANVLVM . AVR . GEMMA . MELIORE

Incertum quidem est, utrum Gemma melior Æmiliæ Artemisiæ, præfulgidus lapillus, sive Gemma aliqua insculpta fuerit, cujus generis institutus est sermo, sed potior est apud me opinio, quam sequitur Fortunius Licetus [2], qui hunc

eum-

[1] Pag. LIX: Num. 2.

pag. 198. Edit. Utini per Nicolaum

[2] *De Anulis Antiquis*. Capite XL. Schirattum. MDCXLV.

eundem titulum adfert, in plures tamen, ac varias lineas distinctum, Gemmam minime insculptam fuisse. Puto enim addidisset: *ex Dactyliotheca sua*, qua mulieres plerumque, ne utquam delectari solent. Delectantur vero mirifice mulieres, ac Matronæ, nostra quoque ætate, Adamante, Pyropo, Sapphyro, Smaragdo, Unionibus, quæ multum, magnamque census partem, prorsus frustra, atque inutiliter absumunt. Illud tamen pro certo tenendum est: gemmam meliorem, integram in tumulo fuisse repositam, quod ab ipso adlatæ epigraphes contextu apertissime desumitur. Jacobus Philippus Thomasinus Episcopus Æmoniensis (1), idem Epitaphium: *Donarium insigne, e saxo appellat, Malace in Hispania Veneri Augustæ oblatum, in quo, ut ipse ait, præter alia ornamenta, Pbialam, & Tabulam argenteam, Tiaram, Anulum aureum, & Gemmam videre est.* Fallitur tamen *Donarium Veneri* tributum appellando illud Emblema, quod amorem, & liberalitatem Marci Annii Celsitani in Æmiliam Artemisiam conjugem suam prodit, ut in Adnotationibus ad Inscriptiones Donianas [2] advertit pro eruditionis suæ copia cl. Gorius, qui Donii opus edidit nitidissime absolutum.

Quif-

[1] *De Donariis, & Tabellis Vostavii. MDCLIV.*

vii. Capite xvi. pag. 124. Edit. Pa-

(2) Classe II. ad calcem pagina 59.

**Q**uisquis ille sit, qui hac Gemma utebatur; & genere clarissimus, & opibus abundasse videtur. Viros enim principes hujusmodi insignes cœlaturas adseruisse, ac gestare consuevisse, argumento esse possunt Mithridates Rex Ponti, Scaurus privignus Sullæ, Pompejus Magnus, Cæsar Dictator, Marcellus Octaviæ filius, quorum Dactylithecæ hodieque celebrantur, vel in Ædibus Capitolinis olim dicatæ, vel in Æde Veneris Genitricis, vel in Æde pariter Apollinis Palatini. Præterea hisce figillis delectabantur vehementer, ac prope ad infaniam Heliogabalus (1), & Gallienus (2), qui sibi non digitos modo, fibulas, atque alia ornamenta, sed caligas quoque ineptissime adornabant. Illud autem, Gemmis non tamen sculptis, factitasse præ ceteris Cajum Cæsarem, cognomento Caligulam, narrant Svetonius (3), & Plinius (4), ac de Diocletiano testatur Eutropius (5). Quæ quum notissima sint, vel tyro-

## C nibus

(1) Lampridius in Heliogabalo. Capite xxiiii. *Habuit, & in calceamentis gemmas, & quidem sculptas: quod risum omnibus movit, quasi possent sculpturæ nobilium artificum videri in gemmis, quæ pedibus adharebant &c.* Eas vero, quibus usus fuerat Heliogabalus, de calceamentis, & vestibus tulisse Alexandrum Severum, scribit idem Lampridius in Alexandro, cujus erat effatum, sive adagium. IMPERIVM IN VIRTUTE ESSE NON IN DECORE. ut refert idem Lampridius.

(2) Agostini. *Le Gemme antiche*

*figurate.* Parte I. Impressione II. MDCLXXXVI. pag. 18.

(3) In Caligula. Cap. LII.

(4) Natural. Histor. Libro xxxvii. Cap. II. *Tolerabiliorem tamen fecit causam Caji Principis, qui super omnia muliebria, soculos induebat e margaritis &c.*

(5) Historiarum Romanarum Breviarium, sive Compendium. Libro IX.

*Ornamenta Gemmarum vestibus calceamentisque indidit. Nam prius Imperii insigne in chlamyde purpurea tantum erat, reliqua communia &c.*

CAP. VII  
Disquiritur cœditio antiqui Gemmæ possessoris. Quid indicent Veneris imagines in Gemmis insculptæ, aperitur.

nibus in re antiquaria , tantummodo adtigisse sufficiat . Quandoquidem Viris eruditis pauca gratiosiora , atque ideo rerum gestarum memoriam refricando unice legentibus offerebamus proposito nostro satisfacturi . Verum enim vero , pari quoque studio malim præterire causas , quare idem ipse Veneris imagine delectaretur ; etenim plurimæ in medium adferri possent . Philosophicis tamen rationibus , quibus lubenter trahimur , inhærentes , illud minime reticendum est , quamplures gentiles Veneri tribuisse principium , & finem humanæ vitæ , quæ luculenter , atque erudite ab Mythologis , & Philologis , potissime vero ab vetustis Poëtis explanantur , Venerem rerum omnium genitricem adferentibus , & pariter Libitinam [1]. Heinc Canachus ille Sicyonius , ut meminerunt Eratosthenes (2) , & Pausanias pariter in Corinthiacis [3] , Veneris imaginem ex ebore , auroque conficiens , capiti Orbem cœlestem imposuit , & manibus Papaver uni , alteræ Malum Punicum . Prima opinionis ratio pendet ab ortu , quem ei tribuunt . Secunda , quod Libitinam appellant , non ita late patet . Hanc igitur Gemmæ nostræ explicatio-

[1] Videtis Orpheum in Hymno in Venerem , Euripidem , Lucretium , aliosque plures .

(2) Libro II I.

(3) Libro II.

Adi Natalis Comitissæ Mythologiam . Libro IV. Cap. XIII. Edit. Venetæ .

MDLXVIII. in 4. pag. 122. Editionis Patavinæ . MDCXVI. pariter in 4. pag. 209. & Edition. Genevensis . MDCLI. in 8. pag. 387.

Vide item . Vincenzo Cartari *Immagini degli Dei degli Antichi &c.* cum Additionib. Laur. Pignorii .



cationi magis consonam, breviuscule perpendamus. Pausanias in Atticis, sive Libro 1. Veteris Græciæ (1) inquit Græcos, ac præfertim Athenienses Venerem, tamquam unam de numero Parcarum respexisse. Plutarchus vero Chæronensis in Quæstionibus Romanis, seu in Tractatu de Causis, hæc habet (2). Διὰ τὰ πρὸς τὰς ταφὰς πιπράσκουσιν ἐν τῷ περὶ τῷ Λιβιτινῆς; νομίζοντες Ἀφροδίτην εἶναι τὴν Λιβιτινῶν; πότερον καὶ τῷ τῷ Νυμῶ τῷ βασιλείῳ φιλοσοφίας ἔν ἐστιν, ὅπως μανθάνωσι μὴ δυσχεραίνειν τὰ ποιῶντα, μηδὲ φύγειν ὡς μασμῶν; ἢ μᾶλλον ὑπόμνησις ἐστὶ τῷ φαρτῶν εἶναι τὸ γεννητὸν; ὡς μᾶς θεῶν τὰς γενέσεις ἐπὶ τὰς τελευταίας ὀπισθοπύσεως. Ἐ γὰρ ἐν Δελφοῖς Ἀφροδίτης ὀπισθυμβίας ἀγαλματίον ἐστὶ, πρὸς ὃ τὸς κατοικομένους ἐπὶ τὰς χοὰς ἀνακαλεῖσθαι. Quæ interprete Guillelmo Xylandro, latine ita redduntur (3): *Cur, quæ ad funera pertinent in templo Libitinæ vendunt, quam eandem esse cum Venere censent? An hoc quoque unum est de Numæ Regis,*

C 2

sapien-

(1) Edit. Hannoviæ per Wechelios. M. DC. XII. in folio. pagina 23.

Ἐς δὲ τὸ χωρίον, ὃ κήρυξ ἀνομάζει, ἐκ τῆς Ἀφροδίτης τὴν γαῖαν, ὅσους λιγυροῦς σφισιν ἔστι λόγος. ἢ μὴν ἔδὲ ἐς τὴν Ἀφροδίτην, ἢ τῷ τῷ πλοσιῶν ἔσκη. ταύτης γὰρ χῆμα μὴ τετραγώνον καὶ ταῦτα καὶ ποῖς Ἐρμῶς, τὸ δ' ὀπίσθαιμα σημαίνει τὴν Οὐρανίαν Ἀφροδίτην τὴν καλεῖσθαι μιᾶς ἐξ ὀπισθυμβίας. Ita vertit Romulus Amaseus: Ibidem. *De ea vero Urbis regiuncula, quam Hortos vocant, et*

*Veneris in ea templo, signoque quod templo adsistit, figura, ut Hermæ, quadrata, nihil fide dignum est ab Atheniensibus traditum. Epigramma autem indicat, Cœlestem Venerem esse, earum, quæ Parcæ appellantur, natu maximam &c.* In Edit. vero Florentina Laurentii Torrentini, Typographi Ducacalis. MDL. in fol. pag. 21.

(2) Operum Tomo II. Edit. Lutetiæ Parisiorum. Typis Regiis. MDCXXIV. in fol. pag. 269.

[3] Ibidem.

*sapienter institutis, quo discerent ab his rebus non abhorrere, neque pro piaculis eas ducere. Aut potius eo monebantur caducum esse, quod esset natum; una eademque Dea, & ortibus, & interitibus præsidente; Nam Delphis quoque Venus sepulcralis (Epitymbiam ipsi dicunt), est imaguncula, ad quam evocant eorum manes, quibus libant &c. Igitur nulla umquam adsignari potest causa præstantior, sive potior ratio, cur Veneris imagines maxime in Gemmis sculptæ persæpe occurrunt, figura plerumque varia; nempe quod diversimode, ac pro libito illam colerent. Sed opinionem circa Gemmam nostram, satis sit quodammodo indicasse, reliqua nunc explicare non est animus; Quid enim Gemmæ, quæ jocos, ac ludorum species qualescumque præferunt, apud antiquos Gentiles, aperto, vel arcano, secretoque modo indicarent, paullo post singulari Capite (1) tractanda a nobis sunt.*

## CAP. VIII

De Inauribus ab  
Aulo Gemmæ Scul-  
ptore Veneri tri-  
butis.

**U**Num Veneris in Gemma sculptæ ornamentum, Inaures considerandæ occurrunt, quas plane mulieres magno capitis decori deputabant, & eas ex auro, nostro etiam ævo, quotidie gestare solent, auribus infixas. Aurum sane in aure gerere, olim insigne nobilitatis existimabatur,

(1) Nempe Capite xviii. hujus Dissertationis.

batur, quod in Platone observabat Apulejus (1): Usus vero paullatim gliscens, frequentia auctus, nec aliquo legis præscripto coërcitus, ac retusus, facile in abusum declinavit. *Ad hoc excogitata sunt aurium vulnera*, inquit Plinius in Proœmio ad Librum XII. Naturalis Historiæ [2], nimirum quoniam parum est collo, crinibusque gestari, nisi infoderentur etiam corpori. Hujusmodi ornamenta, ita describit Isidorus Hispalensis (3): *Inaures ab aurium foraminibus nuncupatæ, quibus pretiosa genera lapidum dependent. Harum usus in Græcia: Puellæ utraque aure, pueri tantum dextra gerebant.* Inde officium peculiare Domus Augustæ, & forsitan privatorum etiam apud veteres fuit, fœminas ornatrices aurium destinare, (etenim valde plures erant, quæ Ornatrices tantum dicebantur, earumque officium magis protendebatur, & in saxis antiquis sæpe memorantur). Duo vetusta monumenta existant apud Gruterum in magno Inscriptionum Thesauro (4), quibus ista hæc maxime illustrantur. Nummum antea ineditum, & apud Græcos percussum protulit

EX

(1) Scilicet. *De Habitudine Doctrinarum Platonis*. Libro I. qui inscribitur. *De Philosophia Naturali*. ibi pag. 570. *Auri tantum* (hoc est, reliquit), quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit. Vide Edit. Parisi. MDCLXXV. III. ad usum Delphini.

(2) Videtur ante Caput I.

[3] *Originæ*. Libro XIX. Capite XXXI.

[4] Pagina DLXXIX. num. 2. & 3. Legi siquidem oportet AVRICLÆ ORNATRIX. num. 3. non autem VRICLÆ. verbum nihil designans. Adi Laurentium Pignorium in Commentario de Servis, & eorum apud Veteres ministeriis, pag. 199. Plura vero adfert scitu digna Gaspar Bartholinus Syntagmate de Inauribus inscripto.

ex Museo Mediceo Gorius in Præfatione ad Monumentum, five Columbarium Libertorum, & Servorum Liviæ Augustæ, & Cæsarum (1), in quo ipsamet Livia Inauribus decoratur: *quibus Romani*, ut idem prodit (2), *Etruscorum exemplo sua numina interdum ornare consuevere*. Confirmatur eodem Nummo conjectura a Philippo Bonarroto Senatore Florentino, Viroque clarissimo exposita (3), nempe quod foeminarum imagines cujuscumque sint ordinis, ideo Inauribus, & nonnullis aliis ornamentis, priori ætate, omnino destituuntur, licet ipsæ dum vitam viverent, iisdem continuo uterentur: Consuetudo etenim, percrebuerat Deabus tantum, quas putabant, notam fortasse singularem, Inaures, aliosque muliebres ornatus tribuere. Heinc errata nonnulla Augustarum Numismata, pictoris, & graphiarii oscitantia, arbitramur, apud Cangium (4), & Bandurium [5] observanda, Tabulis æreis insculpta, in quibus Inaures spectantur; uti in Familia Theodosii Magni, aliorumque Imperatorum; videlicet in Nummis Æliæ Flaccillæ, Æliæ Eudoxiæ, Gallæ Placidia, Æliæ Pulcheriæ, Æliæ Verinæ &c. Unum tantum Æliæ Flaccillæ nummum, ex ære secundi moduli adhuc

(1) Pagina xxv. Tab. I. num. I.

*figure &c. pag. 154. e 155.*

(2) Ibidem. Pag. xxiii.

[4] In Familiis Byzantinis.

(3) *Osservazioni sopra alcuni Frammenti di Vasi antichi di Vetro ornati di*

(5) Numismata Imperatorum Romanorum.

huc asperum, & mire conservatum, cum Inaure spectavimus, cujus in averfa parte, circa foeminam ftantem legitur. SALVS. REIPUBLICAE (1), ipfam Flaccillam, tamquam Numen Reipublicæ falutare exprimentem. Alia profecto numismata, quæ vidimus, hoc ornamentum genere prorfus carent. Sane Juliam Auguftam Titi Vefpafiani filiam Beryllo infulpsit elegantiffime EVODVS, qui *Diadema*, *Inaures*, & item *Monile* ei adtribuit (2), tamquam Deam representans in imagine. Neque alio jure Plotinam Trajani uxorem, Sabinam conjugem Hadriani, atque alias non nullas Auguftas foeminas eodem *Diademate* insignitas videris in numismatibus, uti oftendunt averfæ partes, quibus noftræ opinionis ratio confirmatur. Ita APOLLODOTVS Minervæ Salutiferæ, *fignum Tauticum* adpofuit pro *Inaure* in Gemma, quæ exftat in Museo Barbarinio [3]. ASPASIAS pariter Minervam Salutiferam summa diligentia,

(1) Litera R. pro B. occurrit in hoc Nummo, erratum folenne vetufti Scalptoris. Notum eft vero horum operum artifices, picturæ potius, quam orthographiæ ftudiofos effe.

(2) Exftat in Thefauro Sancti Dionyfii. Edidit Stofchius in Opere de Gemmis antiquis cælatis. Num. xxxiii. pag. 44.

Ætypon hujus Gemmæ ex sulphure pulcherrimo fpectare licet in Museo Vittorio.

(3) De hoc Signo egimus in Nummo Æreo Veterum Christianorum explicato. Parte I. Capite xxxiii. pag. 40. & aliud agentes. Cap. xxxvi. pag. 43.

Ediderunt hanc Gemmam Joannes Angelus Caninius. *Iconografia, cioè Difegni d' Immagini de' famofiffimi Monarchi, Regi &c.* Num. xciii. pag. 123. edit. 1659. in fol.

Gronovius in Thefauro Græcarum Antiquitatum Tomo II. Num. lxxxv. Sed parum diligenter delineatam.

Videfis Baudelotium de Dairual. *De l'Utilité des Voyages.* Tomo I. pag. 311.

Bernardus Picart diligentiffime expreffit apud Stofchium. *Gemme antique cælatæ &c.* Num. x. pag. 12.

Ætypon exftat item in Museo Vittorio.

tia, atque arte in Jaspide rubro cælans, aurem *uvæ racemo* exornavit pluribus gemmis compacto, & *Monili* margaritis, atque unionibus præstantissimo (1). Vetustum opus hujus artificis servabatur Romæ in lectissima Dactyliotheca Ottoboniana: inde vero, munificentia Eminentissimi Principis Petri Ottoboni, Alexandri VIII, Pontificis Maximi ex germano fratre Nepotis, item Episcopi Ostiensis, Sacri Cardinalium Collegii Decani, & S. R. E. Procancellarii, ad ornandum Theaurum Caroli VI. Cæsaris Augusti, Viennam Austriæ deportatum est. Non nihil de hisce ornamentis differit Bonarrotius in Observationibus ad Vitrea fragmenta [2], cum quo nostræ quoque conjecturæ confluunt, atque conveniunt

(1) Vide Joannem Angelum Caninium. *Iconographia &c.* Num. xcii. pag. 122.

Michaëlem Angelum Caußeum in Museo Romano. Sect. I. pag. 5. Tab. VII. ubi loci imaginem Minervæ adsimilem, sed existentem prodit ex Gemma, quæ olim erat apud Abbatem Robertum Harpeur Anglum, tunc temporis Romæ degentem. Gemma vero græci Artificis nomine, minime signata est; cæter Inaure, aliæque ornamenta sunt multo tenuiora, ac simplicia.

Idem Sect. II. pag. 39. Tab. IX. Signum vetustissimum edidit, ex Thesauro Christianæ Svecorum Reginae, symbolis nonnullis ornatum, quibus ad opus *Aspasi* maxime accedit. Caninii opinionem improbare videtur, quod ille *Aspasi*am fœminam in Gemma expressam fuisse putaverit, sed nomen cælatoris, quod vere in ea legitur, &

eadem est ac Ottoboniana, nequam adsequitur.

Ægitius Menagius, in *Historia Mulierum Philospharum*, edita Lugduni in 8. M. DC. XC. differit de Gemma ab *Aspasi* cælata, quæ tunc apud Feliciam Rondaniniam Matronam Romanam exstabat, & licet erratum Caninii, & Bellorii deprehenderit, qui gemmam illustrare conati sunt, nomen esse Artificis non percepit.

Gronovius in *Thesauro Græcar. Antiquitat.* Tom. II. Num. 85. *Aspasi*am nomen esse vetusti cælatoris detexit, sed pictore, ac graphiario minus diligenti usus fuit.

Stofchius nomen Artificis agnovit, illustravitque, & cælatorem adhibuit diligentissimum. Vid. Num. XII. pag. 16.

Ætypon ab exemplari ductum exstat in eodem *Museo Victorio*.

(2) Pag. 154. & 155.

veniunt . Porro Livia in Nummo Mediceo Veneri adsimilatur . Signum autem Veneris , quod Romæ in Pantheo servabatur dimidia , & valde pretiosa Gemma ad utramque aurem adpenſa exornarunt Romani , quam devicta Cleopatra Ægyptiorum Regina , Ptolomæi Auletæ filia , difſectam fuiſſe prodidere Plinius (1) , Macrobius (2) , aliique plures . Altera enim huic perſimilis , quaſtione celeberrima inter Marcum Antonium , & Cleopatram excitata , aceto ſoluta , atque inter epulas abſorpta fuerat ab eadem Regina , Lucio Munatio Plano iudice ſponſionis . Margaritas vero aceto liquefactas , (juvat enim & hoc memorare ) , abſorbuit etiam Caligula , ut ait Suetonius (3) *aut frugi hominem eſſe oportere dictitans , aut Cæſarem* . Duas item Gemmas , *magni ponderis , & inuſitatæ menſuræ* (4) Inauribus Veneris dicitur Alexander Severus , quod uxori ſuæ oblatas , quum vendi juſſiſſet , neque emtorem invenirent , ſapiens Princeps metueret , *ne exemplum malum a Regina naſceretur , ſi eo uteretur , quod emi non poſſet* . Dicere autem ſolebat Regias Matronas (5) , *contentas eſſe debere uno Reticulo , atque Inauribus , & baccato Monili , & Corona , cum qua ſacrificium facerent , & unico Pallio auro ſparſo , & Cyclade ,*

D

quæ

(1) Naturalis Hiſtoriæ . Libro IX . Capite xxxv .

(3) In Caligula . Capite xxxvii .

(2) Saturnalium . Libro II . Capite xvii .

(4) Ælius Lampridius in Alexandro Severo .

(5) Idem , Ibidem .

quæ sex unciis auri plus non haberet . Julius Pol-  
lux [1], *Tripoda* adnumerat inter aurium orna-  
tus , & vocem a figura sumfisse opinatur . Ita  
Homerus , ut Coelius Rhodiginus [2] advertit ,  
*Τρίγωνα ἑρματα* nominavit , ut trium pupillarum  
imaginem præferentia . Sunt autem *Hermata* , Latine  
*Inaures* . γλήνη vero pupilla , aut etiam oculus ipse .  
Nonnullæ veterum inaures exstabant olim apud  
V. cl. Lælium Paschalinium , quarum meminit  
Pignorius in erudito Commentario de Servis (3).  
Unam ex ære protulit Marcus Antonius Boldet-  
tus in Observationibus ad Coemeteria Sacra (4).  
Sed hujusmodi Gemmas , quæ Inaures foemina-  
rum ornabant , plures spectare licet in *Museo*  
*Victorio* Amethyftinas , Chalcedonias , Carneolas ,  
Hyacinthinas , Smaragdinas , ac etiam Vitreas ,  
figura varia ; omnes tamen , vel superne tere-  
bratas , vel a summo ad imum , vel oblique ,  
sive per transversum , ut filo aureo , sive argen-  
teo commode traïci , atque Inauribus adpendi  
possent .

CAP. IX  
De Monili Veneri  
circa collum ad-  
posito .

**O**rnamentum aliud est Monile ditissimum  
circa collum Veneris ; pluribus enim unioni-  
bus decoratur . Illud ita describitur ab Isidoro (5):

*Orna-*

(1) De Vocabulis rerum . Libro v.

(2) Lestionum Antiquar. Libro vii. Capite xv.

(3) Pag. 199. & pag. 200.

(4) Lib. ii. Cap. xiv. Tab. iiii. num. 25. pag. 503.

(5) *Originum* . Libro xix. Capite xxxi.



*Ornamentum ex gemmis est, quod solet ex fœminarum pendere collo, dictum a munere . . . . . Plerumque autem, & per Monile omnia ornamenta Matronarum significantur, quicquid illis munere donatur. Distinguitur a Torquibus, quod (1). Torques sunt circuli aurei a collo ad pectus usque dependentes . . . . , & a viris geruntur: a fœminis vero Monilia, & Catellæ. Ab Aurelio Prudentio Christiano Poëta, recensentur in Ppsychomachia, fœminarum deliciæ.*

*. . . . Crinalis Acus, Redimicula, Vittæ,*

*Fibula, Flammeolum, Strophium, Diadema, Monile.*

Celeberrima est Historia de pretioso Monili ab Rege Cyro Aspasiæ donato, & æque illustris est apud Historicos (2), ejusdem Aspasiæ perquam modesta, ac sincera renunciatio, ipsi Cyro carissima, quod Parysatidem, ut inquit Aspasia, Matrem Regis, potius deceret. Monili, multis unionibus præstantissimo, ornata cernitur Theodora, Justiniani Imperatoris conjux, Ravennæ in Æde a Sæcto Vitale Christi Martyre nuncupata, quæ Musivis operibus decorata fuit Anno reparatæ salutis DXLVII. Adi Ciampinium, Veterum Monumentorum Parte altera (3): Cangium item, qui eandem picturam refert in Historia Byzantina, scilicet in Familia Justinii Thracis,

D 2

&

[1] Ibidem.

(2) Videtis Æliani. Variar. Histo-

riar. Lib. XII. Cap. I.

(3) Capite IX. Tab. XXI. pag. 73.

& Justiniani Augustorum (1); Et Hieronymum Rubeum, in Historia Ravennatenſi (2), ubi pariter eadem imago Theodoræ ſpectatur, cum reliqua pictura. Sed Epitaphium vetuſtiſſimum; adfert Jacobus Sponius in Miſcellaneis eruditæ Antiquitatis (3), inſcriptum duodenni puero, cui nomen PAGVS, qui artem fabricandi Monilia apprime callebat: illud vero tale eſt.

D.	M.
QVICVMQVE ES PVERO LACRIMAS EFFVNDERE VIATOR BIS TVLIT HIC SENOS PRIMAËVI GERMINIT ANNOS DELICIVMQVE FVIT DOMINI SPES GRATA PARENTVM QVOS MALE DESERVIT LONGO POST FATA DOLORI NOVERAT HIC DOCTA FABRICARE MONILIA DEXTRA ET MOLLE IN VARIAS AVRVM DISPONERE GEMMAS NOMENERAT PVERO PAGVS AT NVNC FVNVS ACERBVM ET CINIS IN TVMVLIS IACET ET SINE NOMINE CORPVS QVI VIXIT AN. XII. MEN. VIII. DIEBVS XIII HOR. VIII	

Verum etſi Monile proprium ſœminarum ornamentum fuiſſe dixerimus: attamen Svetonius Imperatorem Cajum Cæſarem Caligulam: *Agitatori Cythico*, donaffe ait (4), *præter equile marmoreum, & præſepe eburneum, præterque purpurea tegumenta, ac Monile e gemmis, domum etiam, & familiam, & ſupellectilem. . . . Conſulatum quoque traditur deſtinaffe &c.* Fuit item Monile apud veteres

(1) Pag. 97.

(2) Edit. II. Venet. MDLXXXIX. Libro XI. pag. 898.

(3) Sect. VI. pag. 219. GERMINIT.

erratum fabrile.

(4) In Caligula. Capite IV.

teres infigne ornamenti genus infantium ingenuorum collo circumpositum, unde facili negotio mos elegans emerfit, per symbola quatuor anni tempora designandi, monili excogitato, juxta varias tempestatum species, geniis, sive alatis infantibus aptissimo, ex fructibus, ac pomis, seu floribus concinne disposito, compactoque. Inferiori ætate, Viri Principes, ac Mulieres, monilibus ornati frequenter occurrunt in monumentis, quæ adhuc existunt. Plane Cangius in Familia Ducarum (1) Romani, & Eudoxiæ imagines, ornatissimo decoratas Monili, exhibet, ex eburneo Toreumate Ecclesiæ Sancti Joannis Vefon-tionensis, quod antea ediderat Joannes Jacobus Chiffletius (2). Monile item in Familia Angelorum (3), & in Familia Lascarica (4), viris tributum sæpius visitur. Idemque ditissimum, in Imaginibus Manuelis, & Helenes, nec non Joannis quoque eorum filii, spectatur apud eruditum Cangium, qui ex antiquo m. s. Codice graphydem excerptit, & in suam Byzantinam Historiam traduxit (5); Theodori autem, & Andronici effigies, pariter filiorum ipsorum, eo ornamenti genere in illa pictura non sunt indutæ. Quamobrem opportune animadvertimus, dignioribus tantum ea decoris insignia veteres tribuisse.

[1] *Histor. Byzant.* pag. 162.

pag. 201.

(2) *De Linteis Sepulcralibus.* Cap. x.(4) *Ibidem.* pag. 218.(3) *Adi Cangium in Hist. Bizant.*(5) *Ibid.* pag. 242.

se . Sed alia inferioris ævi monumenta non abfimilia , colligant qui velint ; plura etenim heic congerere minus necessaria , atque utilia videntur . Diffidium autem est inter claros Scriptores circa hanc Monilis vocem , maxime , quum de equorum , aliorumque animalium ornatu habetur fermo . Sed præterquamquod apud Latinæ linguæ cultissimos Oratores , & primi Ordinis Poëtas , eadem vox , nulla rei habita ratione in utrifque indistincte , usurpatur , Sextus Pompejus Festus (1) , litem dirimit inquiring : *Monile dictum est ornatus muliebris , qualem habuisse Eriphylem fabulæ ferunt . Ex eo etiam equis præpendens a collo ornamentum , Monile appellatur .* De nonnullis ad hæc pertinentibus differit abunde Joannes Schefferus Argentoratensis [2] , in Syntagmate de Antiquorum Torquibus , quem vide , si tibi volupe est .

## CAP. X

De Armillis, circa manus, & brachia, Veneris imaginem honestantibus .

**P**ostremum cultus , ac decoris insigne sunt Armillæ , quibus Veneris festive ludentis brachia circumligantur prope carpi , & metacarpi nodum , sive juncturam , scilicet , ad arteriam , qua vel intermittente , vel æqualiter pulsante , Medici de febribus , & de salute hominum solent judicare . Fuerunt autem Armillæ ex auro , argen-

(1) *De Verborum significatione .*

(2) Capite XIII. ubi , de Torqui-

bus Brutorum , rerumque inanimatarum , agit .

argento; gemmatæ item, atque æreæ. Armillæ ex auro memorantur ab Svetonio (1), Valerio Maximo (2), Flavio Vopisco (3), Festo (4), Tertulliano (5). Argentæ præfertim ab Capitolino (6), Plinio (7), & Valerio Maximo (8). Gemmatas videre licet apud Lambecium in Amphitrites pictura [9], & penes Thomam Bartholinum in antiqua Statua (10). Ad hæc Ammianus Marcellinus fidem facit (11), Perfas Monilia, & Armillas aureas, & gemmas pariter, ac margaritas adhibuisse. Æreas vero Armillas nonnullas observat Bonarrotius (12), cujus generis tres æri incisas protulit Boldettus (13), quarum prima duodecim signis cœlestibus astronomicis decoratur. Sabini aureas Armillas brachio lævo deferebant (14); Romani quoque finistro;

(1) In Nerone. Capite vi.

(2) Libro III. Capite II. & item Libro VIII. Cap. xiv.

(3) In Probo. *Bello Sarmathico jam Tribunus, Probus, cum multa fortiter fecisset, publice in concione donatus est Armillis aureis duabus, torque aureo uno &c.*

(4) *De Verborum significatione. Verbo. Armilla.*

(5) *De Habitu mulieris.*

(6) In Maximinis, fere in principio. *Innotescendi sub Severo Imperatore, prima hæc fuit causa. Natali Getæ filii minoris, Severus militares dabat ludos, propositis præmiis argenteis, idest Armillis, Torquibus, & Baltheolis. Hic adolescens, & semibarbarus [in aliquibus editionibus semibarbarus]... Imperatorem publice petiit, ut sibi daret licentiam contendendi cum iis, qui jam*

*non mediocri loco militarent. Magnitudinem corporis Severus miratus &c.*

(7) Natural. Histor. Lib. xxxiii. Cap. II.

(8) Lib. viii. Cap. xiv.

(9) Cesareæ Bibliothecæ. Tomo vi.

(10) *De Armillis Veterum.* pag. 36.

(11) *Rerum gestarum.* Libro xxi. Cap. vi. pag. 387. Edit. Parisien. MDCLXXI. ex Officina Ant. Dezallier. *Armillis uti, Monilibusque aureis, & gemmis, præcipue Margaritis, quibus abundant, adusæ facti post Lydiam vitam, & Cræsum &c.*

(12) *Observazioni sopra alcuni Vasi di Vetro antichi &c.* pag. 199. e 200.

(13) *Observazioni sopra i Cimiterj de' Santi Martiri.* Libro II. Capitolo xv. Tav. II. pag. 500. e 501.

(14) Titus Livius. Decadis I. Libro I. Cap. v.

stro; Viri (1), & Mulieres (2). Sed non ita constanter, ut in antiquo vitro apud Fabretum (3), in quo trium Gratiarum symbola, tres puellæ, representantur, quarum media, COMASIA nuncupata, Armillas ad utramque manum gerit, & apud Bonarrotium, Psyche, pariter in antiquo vitro (4), ad dexteram tantum manum, sinistra etenim non adparet. Genius vero, qui in alio item vetusto, vitreoque emblemate conspicitur, duplicem Armillam habet, brachio sinistro, ac prope manum. Reliqua circa hæc monimenta vetustatis, satis illustrantur ab eodem Bonarrotio in descriptione Tabulæ xxviii. Festus, militum strenuorum insignie, donatum ab Imperatoribus, memorat Armillas, & eas ita dictas fuisse scribit (5), *quod antiqui humeros cum brachiis, armos vocabant, unde Arma ab his dependentia sunt vocata*. Ad si lubet Tractatum de veteri Florentino aureo, ab Academico Etrusco illustrato [6], & vernaculo sermone conscriptum, editum Typis Florentinis Tartiniorum. Isidorus [7], Festo adfentitur; unde, & quondam, ait, *vulgo virilia dicebantur*, Subditque continuo Festus, verbo *Armillum*, vas esse

(1) Sextus Aurelius Victor. *De Viris illustribus*. In Romulo Romanorum Rege primo.

(2) Vide Paulli Diaconi Epitomen, ab Antonio Augustinio, Sexto Pompejo Festo conjunctum; Verbo *Spinther*.

(3) Inscript. Domestic. Cap. vii.

pagina 539.

(4) *Offervazioni sopra alcuni Vasi di Vetro antichi &c.* Tav. xxviii. n. 3.

(5) *De Verborum significatione*. Verbo *Armilla*.

(6) Parte iv. Numero xxix. §. 6.

(7) *Originum*. Libro xix. Cap. xxxi.

esse vinarium, ab eo nuncupatum, quod *Armo*, idest humero deportetur. Sed ab diverticulo in viam. Græcas foeminas, utriusque manus, præcipuo ornamento, Armillas interdum destinaisse, argumentum præbet validum Gemma ab *Aulo* cælata, de qua differere instituimus. De Armillis vero egerunt, præter alios, quos nominare opus fuit, Michaël Angelus Cauffeus de la *Chausse* (1), Joannes Baptista *Casalius* [2], aliique non pauci, sed obiter, & prout ferebat occasio scribendi.

**H**Æc decoris insignia, nempe Inaures, Monilia, atque Armillæ, quæ Capitibus Octavo, Nono, & Decimo illustrata sunt, spectant potissime ad mundum muliebrem, quo cultus foeminarum solentior indicatur (3): Dicebantur vero Sarcinatrices, quæ curam harum rerum gerebant. Gruterus adfert faxum antiquum, ita inscriptum [4].

IVLIA . IVCVNDIA  
AVG. L. SARCINATR  
A. MVNDO. MVLIEBri &c.

Idem adlatum quoque est ab Laurentio Pignorio

E rio

(1) Apud Grævium. Tomo XII. pag. 947. & seqq.

(2) Apud Gronovium. Tom. IX. pag. 893. & seqq.

[3] Agitur de *Mundo muliebri* cumulate, variisque locis, Digestorum

Libro xxxiv. Titulo II. ubi de *Auro*, & *Argento legato*, de *Mundo*, de *Ornamensibus* &c. Multa vero in Glossis ab Ulpiano, & aliis commentatoribus explanantur.

(4) Pagina DLXXX. num. 2.

## CAP. XI

Ancillæ, quæ Inaures, Armillas, Monilia, aliaque ornamenta muliebria servabant, quomodo dicebantur a Veteribus.

rio in Commentario de Servis, & eorum apud veteres ministeriis [1]. Igitur Julia Jucunda Augustæ Liberta, res hujusmodi familiares, & alia pariter ad ornatum Augustæ spectantia curabat. Nec vero dicitur ORNATRIX. atque AB ORNAMENTIS. Sarcinatrix enim A MVNDO MULIEBRI servabat, sarciebatque, seu sarcire faciebat ea, quæ ornatrices ad usum aptare consueverant. Diximus consulto, seu sarcire faciebat; etenim tam multa sunt, & varia, quæ ad mundum muliebrem referuntur, ut una Sarcinatrix, etsi custodire satis sit, sarcire tamen minime sufficiat omnia. Per metaphoram, inquit Lucilius (2): *Sarcinatores esse summum, suere centonem optime*. Cornelius Fronto (3) a *servandis sarcinis*, Sarcinatrices dicit, idemque existimare videtur Nonius Marcellus (4). Juliæ autem Jucundæ, utrumque competere, satis fortasse declaratum est. Verum quod *Ornatrices* nominaverim, putandum, quemadmodum aliæ fuerunt ancillæ *Ornatrices Auriculæ*, ut alibi vidimus (5), ita alias fuisse ab *Monili*, alias ab *Armillis* &c. non secus ac in Officiis Domus Augustæ, turma Liber-

(1) Pag. 170.

(2) Libro XXVIII. Satyrarum. vers. 529. Adi Corpus Veterum Poëtar. Latinor. Edit. Lugduni M. DC. III. pag. 479.

(3) Inter Veteres Grammaticos ab Dionysio Gothofredo editos. S. Gervasi, per Petrum de la Riviere. MDCII.

pag. mihi 1328. *Sartrix, quæ sarcit. Sarcinatrix, quæ sarcinas servat.*

(4) De Proprietate Sermonum. Capite I. paragr. 276. *Sarcinatricis, non (ut quidam volunt) Sarcitricis, quasi a sarciendo; sed magis a sarcinis, quod plurimum vestium sumant &c.*

(5) In hac Dissert. Cap. VIII.



Libertorum, Libertarumque numeratur, quæ in minutissimis curis, vel muneribus uniuscujusque generis distributæ erant. Neque Ornatrices tantum, atque Ornatores habuerut, sed etiam ADIVTORES RATIONIS ORNAMENTORVM [1], & pariter Adiutores PROC. AB. ORNAMENTIS [2]. Sanctus Cyprianus hujusmodi ornatus Christiana modestia, ac simplicitate minus dignos esse indicat (3), quapropter a piis foeminis abigendos jubet: *Non inferantur auribus vulnere, nec brachia includat, aut colla, de ARMILLIS, & de MONILIBVS, catena pretiosa. Sint a compedibus aureis pedes liberi, crines nullo colore fucati &c.*

**I**naures autem, Armillas, & Monilia, pretiosis margaritis confecta, quæ sunt mulierum ornamenta, illustrantes, in Imaginibus Sacris aliquando animadvertimus, quorum aliquas heic memorare, ac recensere, non absolum a re nostra visum est. Plane Sanctarum Cæcilie, atque Agathæ Imagines, quæ exstant in Apside vetustissimæ Ædis ipsius Sanctæ Cæcilie, opere musivo exculpta a Paschale I. Summo Pontifice, circa Annum Orbis redempti DCCCXX. Inauribus, ac Monilibus insignitas circumspiciebam, & ni fal-

CAP. XII  
Eadem ornamenta in Sacris Imaginibus a Christianis usurpata, & quare?

E 2

lor,

(1) Apud Gorium in Inscriptionibus antiquis Donianis. Classe XVII. n. 38. pag. 466.

Libertorum Livie Aug. & Cæsarum. pag. 221. Num. ccxcvii.

(3) De Disciplina, & Habitu

[2] Apud eundem in Columbario. Virg. &c.

lor, duplicem, ac gemmatam quoque Armillam, in summitate manicæ, brachio sinistro illius, quæ præter nimbum rotundum pone caput, corona gemmis, atque unionibus ornata decoratur, mihi videor adgnoscerè. Consulant qui Roma absunt eruditissimum Ciampinium (1), qui ab prototypo desumptas iconas vulgavit. Sed Armillæ, sive potius Armillarum species, & Monilia, longe antea depictæ adparent in Imagine Sanctæ Agnetis, quæ per mulivarios expressa est, in Aplide media sacræ Ædis, in honorem hujus Sanctæ Virginis Deo dicatæ ab Honorio I. Pontifice, Maximo extra Urbis moenia, Via Numentana, Anno DCXXIII. (2). In Imagine pariter Sanctæ Euphemie, quam ex Codice Vaticano protulit idem Ciampinius in Parte altera Veterum Monumentorum [3], delineatam ad exemplar Sacræ Ædis dirutæ, Monile circa collum, & ad manicas vestis, veluti Armillæ gemmatæ ornamentum præstabant. Eadem ornamenta spectantur etiam nunc in Imagine Beatæ Mariæ Virginis, in Æde, quæ a Paschale I. Pontifice, picturis mulivis exornata fuit, & dicitur, *Sancta Maria in Domnica* (4). Eademque existunt in Imaginibus Sanctarum Virginum Prædix, & Pudencianæ,

(1) Veterum Monumentorum. Parte II. Capite XXVII. Tabula LIII. pag. 150.

(2) Ibidem. Cap. XIV. Tab. XXI. pag. 105.

(3) Ibid. Capite XVII. Tab. XXXV. pag. 119.

[4] Ciampinius Veter. Monumentorum Parte I. Cap. XXIV. Tab. XLIV. pag. 147.

tianæ, ab eodem Pontifice pictarum in Tribuna (1), Ædis nuncupatæ ab ipso Sanctæ Praxedis nomine. At vero pretioso tantum Monili ornata cernitur Imago Sanctæ Agnetis in Ecclesia, quæ a Sancto Marco Apostolo, & Evangelista nomen sumsit, & a Gregorio IV. Summo Pontifice picturis musivis decorata fuit Anno DCCLXXIV. [2]. Plures autem Sacræ Virgines in Sacello Sancti Zenonis, scilicet in Æde Sanctæ Praxedis (3), eodem Monili spectantur ornata, picturis musivis a Paschale I. constructis (4); & in sacro Templo, quod *Sanctæ Mariæ Novæ* appellant, a Leone Papa IV. insignito etiam picturis musivis Beata Virgo Maria duplici corona redimita cernitur, & Monili circa collum, in ipsa Tribuna (5). Monile ditissimum, &

[1] Vide Ciampinum. Veterum Monumentorum Parte II. Cap. xxv. Tab. XLVII. pag. 148.

[2] Ibid. Cap. XIX. Tab. XXXVII. pag. 122.

[3] Sacellum, sive Ædicula Sancti Zenonis, modo ab Sacra Columna nuncupatur, nempe ab ea parvula marmorea Columna ibidem reposita, ac decenter ornata, quam Christiani ab Jesu Christi D. N. flagellatione sanctificatam pie credunt, & longe ab hoc ævo in eodem loco religiosissime venerantur. Nempe ab Anno MDCXXIII. quo Joannes Columna S. R. E. Cardinalis, ab Orientali expeditione adversus Turcas suscepta, post varios casus, victor Romam rediens, secum adportavit, & Titularem suam ab Sanctæ Praxedis nomine nuncupatam Ecclesiam, eodem sacro munere ditavit, Honorio III.

Pontifice Maximo. Vide Giaccioni *Vitas Romanorum Pontificum*, & Ciampini *Vetera Monumenta*, loco mox indicando. Item Baronium, & Bzovium in *Annalibus Ecclesiasticis*; Honuphium Panvinum de septem Urbis Ecclesiis agentem, & alios quam multos egregios Scriptores idipsum referentes. Rerum memoriam instaurat Lapis prope Sacellum positus Anno MDCXXXV. illud invisitentibus fortasse minus exploratam.

(4) Ad Anastasium *Bibliothecar. De Vitis Romanor. Pontific.* Tomo I. Edit. Vatic. pag. 264. num. marg. 434. Item Ciampinum. *Veter. Monim.* Parte II. Capite XXVI. Tab. XLVIII. pag. 150. Vid. item Tab. II.

(5) Apud Ciampin. *Ibidem.* Parte II. Capite XXVII. Tab. XLII. pagina 163.

& multiplex, gestare solet continuo Icon cedrina ejusdem Beatæ Mariæ Virginis, quæ a loco in quo colitur, *Lauretana* vocatur, signis, ac prodigiis toto Orbe celeberrima. Ævo inferiori frequentissime occurrunt Monilia in Imaginibus, quæ adhuc supersunt, nedum Foeminarum, & Virorum etiam Principum, uti in hac Dissertatione exposuimus (1), verum in Numismatibus quoque aureis, argenteis, æreisque; tum iis, quæ superficiem utramque planam habent, quæ Numismata appellantur; tum in aliis, quæ alteram concavam, alteram convexam habent, quæ Scyphatorum nomine distinguuntur, quod scyphi formam imitentur (2). Unum ex his aureum, Joanni I. Comneno, Constantinopolitano Imperatori Alexii filio, pertinens, vidimus in *Museo Victorio*, cui adsimile, si tamen Nummus Scyphatus ille sit, ex Museo Galliarum Regis, edidit Cangius in *Historia Byzantina* (3). Idemque visitur apud Anselmum Bandurium, in Numismatibus Imperatorum Romanorum (4); quare heic adferre omittimus. Sed ne frustra, atque ad pompam, ut ita dicam, ostentationemque id meminisse videamur, noster Scyphatus in eo differt ab edito, (licet figuræ in utraque parte illi similes

[1] Videbis Capite IX.

[2] Adi Cangium in Glossario Medix, & infimæ Latinitatis, verbo *Scyphatus*.

[3] Parte I. Pag. 168. vulgatæ editionis.

[4] Tomo I. pag. 753. Vid. pag. 756. ubi loci Numisma describit.

similes inveniantur), quod in nostro Numismate, apud Virginis stantem imaginem, quæ capiti Imperatoris coronam imponit, legitur  $\overline{\Theta} \overline{M}$ . hoc est DEI MATER, & apud imaginem ipsius Imperatoris, pariter stantem, legitur  $\text{I}\omega \Delta\epsilon \text{P}\theta$ . scilicet IOANNES DESPOTES, græca littera C. detrita, nec quidem legitur  $\text{P}\theta\text{P}\phi$ . nempe PORPHIROGENITVS, ut apud Cangium, & Bandurium videre est, apud quos tamen, in Nummo Regiæ Gazæ, non adparent monogrammata  $\overline{\Theta} \overline{M}$ . DEI MATER, quæ in nostro clarissima sunt, atque optime expressa. Aliud Numisma, ipsius Joannis I. Comneni, protulit Laurentius Begerus in Thesauro Brandeburgico (1), iisdem fere imaginibus, sed epigraphe longe diversa, & minus exacte descripta, ut conferenti patebit. Illud notandum, quæ gentiles in foeminis instrumenta vanitatis, & luxus exuberantis expresserant, Christianos ad animi dotes, & virtutes significandas sapienter convertisse, ita edoctos ab Sacræ Scripturæ rudimentis (2), & Sanctorum Patrum, atque insignium Theologorum

[1] Tomo II. pag. 867.

(2) Apocalyps. Beati Jo. Apostoli. Cap. XIX. versic. 7. *Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ Agni, & Uxor ejus PARAVIT SE.*

Vers. 8. *Et datum est illi, ut cooperiret se BYSSINO splendenti, & candido. BYSSINVM ENIM IUSTIFICATIONES SVNT SANCTORVM.*

Videbis Cap. XXI. num. 2. &c.

Psal. XLIV. versic. 10. *Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata VARIETATE.*

Ibidem vers. 14. *Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis, circumamicta VARIETATIBVS.*

Vide item Cantica Canticorum, variis locis, & etiam alibi in Sacris Patris.

rum exponentium interpretationibus, & doctrinis, quibus sensum Allegoricum scripturæ, Analogicum, & Tropologicum, seu moralem vestigant, atque aperiunt (1); nec non Sanctæ Romanæ Ecclesiæ usu, & consuetudine (2). Huc refer Monumenta, quæ nuper edidimus (3) Nummum Æreum veterum Christianorum Commentario in duas partes distributo, explicantes, nempe parvulam Christi imaginem cum Cruce foliata

[1] Ex Veteribus S. Hieronymus. Commentariorum in Isaiam. Capite XLIX.

Sanctus Augustinus. S. Jo. Chryostomus. B. Theodoretus in Psalm. XLIV.

Vide item Paschalium Rabbertum in eodem Psalm. XLIV. scilicet Tom. XIV. Bibliothecæ Patrum Lugdunen. Edit. MDCLXXVII.

S. Bernardus in Canticis Canticorum Sermone XXVII. Operum Tom. IV. & Epistola CXI II. ad Sophiam Virginem. Operum Tomo I. Edition. Parisien. MDCLXXX.

Ex recensioibus Jo. Lorinus. Commentariorum in Libros Psalmorum. Tomo I. Psalm. XLIV.

Robertus Bellarminus item, Psalm. XLIV. Operum. Tomo VI.

Jacobus Tirinus. Commentariorum in Sacram Scripturam, locis, supra citatis, & præcipue in Psalmis, ac in Apocalypsi.

Augustinus Calmet. Commentariorum in omnes, ac singulos, tum Veteris, cum Novi Testamenti Libros; scilicet Tomo IV. in quo Psalmi explanantur. Tomo V. in quo Cantica Canticorum. Tomo VIII. in quo Commentaria in Apocalypsim describuntur. Vide item Dictionarium Biblicum, &c. Sunt vero ejus Opera, ut video, minus exercitatis ægre concedenda.

His alii permulti veteres, ac recentiores, Viri quoque doctissimi, facile ab aliis adiciuntur.

(2) Patet ex pervetusto Officio Sanctæ Agnetis Virginis, & Martyris, tributo Mediolanensium Episcopo Sancto Ambrosio, seu, ut aliis placet, Sancto Gelasio I. Pontifici Maximo, quod recitatur a Sancta Romana Ecclesia, etiam præte nostra, Die XXI. Januarii.

In II. Antiphona I. Nocturni, *Dexteram meam, & collum meum cinxit, Dominus, Lapidibus pretiosis, tradidit auribus meis inestimabiles Margaritas.*


In I. Antiphona II. Nocturni. *Induit me Dominus Cyclade auro sexta, & immensis Monilibus, ornavit me.*

In II. Antiphona III. Nocturni. *Christus circumdedit me vernantibus, atque coruscantibus Gemmis pretiosis.*

Quid enim sunt Lapides, ac pretiosæ Gemmæ, inestimabiles Margaritæ, atque immensa Monilia? nisi Virtutes, & spirituales Animæ dotes, quibus cumulate a Deo Sancta Agnes, atque Animæ Beatorum, ornatae sunt. Consonat mysticæ huic interpretationi, quod in Canticis Canticorum, in Psalmis, & in Apocalypsi p. ullo ante notavimus, adprobantibus memoratis expositivibus.

[3] Romæ. Typis Zempelianis. MDCCXXXVII.

ta (1), & fictilem pariter Lucernam, Cruce eisdem ornamentis decorata, insignem (2); item Monogramma gemmis distinctum, in aliis duabus Lucernis vetustissimis descriptum (3): etenim & venerationis causa, & causa virtutis Sanctæ Crucis, ita exornare satagebant. Sed Armillas, & Monilia in antiquis hisce Vasibus vitreis, quæ Romæ in *Museo Victorio* adservantur, nunc primum in lucem observanda proponimus, amotis interea ab profana eruditione aliis sacris monumentis.



**P**rimum Vas vitreum, in conspectu, Parthenopem stantem, illustrem Foeminam, ut puto, representat, fortasse in Elysiis degentem.

F

Ca-

[1] Parte I. Capite xxxii. pag. 37.  
Num. II.

[2] Ibidem. Cap. xxxiii. pag. 39.

[3] Parte I. Cap. xl. pag. 53. & 54.

CAP. XIII  
Describitur Vas vitreum antiquum *Musei Victorii*, in quo mulier spectatur in Elysiis, & ejus ornamenta indicantur.

Capite tutulato spectatur, ornatissimoque. Lorum habet ab collo propendens ad pectus cum Bulla aurea. Armillis ad manus, & pariter in summis brachiis circumligata. Infimum utrumque crus ornatur Periscelide. Dextera manu floremprehendit, finistram ad inum ventrem admovet, velo defluente sese inde obtegens; nulla enim alia veste amicitur, existant ad latera duo Genii de more alati, & stantes. Alter ab dextris flores carpit, qui multi sunt circa Genios, & Parthenopis imaginem, eique præbet ad olfaciendum. Alter, qui finistram tenet, speculum ovalis figuræ, non utique rotundæ (1), manubrio tornatili infixum, sublime tollit, utraque manu comprehensum, & ejusdem effigiem, in

(1) Videfis Bonarrotium in Observationibus ad Vasa Vitrea. pag. 198. & 199. qui rotundam fuisse speculorum figuram apud Veteres, conatur erudite adstruere; gemmis incis, picturis, & sculptis marmoribus indicatis: quin etiam antiquis Scriptoribus, aliisque veteribus monumentis, gentium quoque Etruscarum.

Vide item Boldettum in Opere de Sacris Cœmeteriis. Libro II. Cap. XIV. Tab. II. num. 13. & 14. pag. 500. ubi speculum, aliud rotundum, aliud quadratæ formæ, utrumque ex stamno, & ære mixtum prodit.

Sed in antiquo, ac fictili Vase, diota, Etrusci operis, in Museo Vaticano ad servato, nec dum edito, atque alto palmos romanos pene duos. Fœmina sponsa vestibus pretiosis ornata, Inauribus pariter, vittis, ac cincinnis comata, se in speculo elliptico, non rotun-

do, contemplatur: neque ea speculi figura, peritiæ artis scenographicæ, quæ etiam perspectiva dicitur tribui potest; si speculum contra faciem sponsæ stare debeat, ut imaginem reddat. Eadem calceata est. Sedet in Sella recurvis quatuor anconibus, seu fulcimentis subnixâ, duobus anterioribus, partem anteriorem; aliis, posteriorem respicientibus: omnibus vero acuminatis in parte inferiori. Dextero cubito molliter innititur pluteo posteriori, sive ipsius sellæ anaclinterio. Sinistra tamen manu, comprehenso apte manubrio, ornatum speculum tenet, quod ovi figuram imitatur, ut dictum est. Sunt & aliæ circum imagines in eodem Vase depictæ, quæ non sunt hoc loci percensendæ. Sed in Museo Etrusco, & in opere Dempsteriano, de Etruria Regali, Speculum ovalis figuræ sæpe numero licet observare.



in eo impressam , hilariter exhibet conspiciendam . In area legitur PARTENOPE CVM FAVSTINA FILIA ZESES . Literis ad utramque partem , heinc duabus lineis , illinc quatuor , dispositis : etenim ZES ES . duas lineolas occupat in parte sinistra ; reliquæ , alias duas . Hæc omnia ex auro perfecta sunt , clauduntur vero argenteo circulo ad encarpi modum frondibus ornato . Areæ quædam spatia distinguunt sparsi , ac disseminati flores ; tres quidem in parte dextera , duo in sinistra ; tres demum in imo segmento , & hi flores colore quodam rubro , ac subcæruleo discernuntur .

**S**ecundum Vas vitreum (1) præfert duas Fœminas spectatissimas in fellis aureis confidentes . Utraque , pretioso diademate summo capiti imposito , ad mamillas præcincta est , tunicaque aurea contegitur lineis quibusdam ornata rubri coloris , ab humeris circa pectus & latera , atque illinc ad genua descendentibus . Parte inferiori , vestis pretiosa , ac persimilis supereffusa tunicam illarum obducit . Globum cæruleum habent in dextera manu , circulo aureo circumseptum , ac duabus aureis zonis , se invicem in-

CAP. XIV  
Aliud Vas vitreū  
antiquum *ejusdem*  
*Musei* , in quo  
imagines ornatae  
Monilibus sunt ex-  
pressæ .


F 2

ter-

(1) Hæc vascula in imo fundo bra-  
tæis aureis depicta , peculiari vocabulo  
*Scyphos* nuncupatos fuisse , facile dix-  
rim ; ab iis enim *Scyphatorum* vocabu-  
lam dimanasse prodit Cangius , ut mo-  
nuimus Capite XI r. præcedenti . Unum  
pene integrum cum imaginibus Sancto-

rum Apostolorum Petri , & Paulli ad-  
lit Boldettus in Observationibus ad  
Cœmeteria Sacra . Lib. I . Cap. xxxix .  
pag. 191 . Nostrorum vero vasculorum  
prominentia labra , quæ *Scyphum* effor-  
mant , maxime detrita sunt , uti osten-  
duat adposita Schemata .

terfecantibus distinctum ; sinistra vero sceptrum ,  
sive hastam longam gerunt cum Labaro (1) .



Ante illas ; dexterum genu flectit juvenis qui-  
dam,

[2] Id Insigne frequenter visitur in Numismatibus percussis Romana Republica florente : postmodum vero in nonnullis Imaginibus, & item in Nummis Imperatorum sequioris ævi, præcipue apud Cangium in Familiis Byzantinis. *Labarum* in ejuscemodi vitreis vasculis nunc primo occurrit. Constantinus Magnus *Vexillo*, sive *Labaro* Monogramma Christi inscribi jussit, monitus per quietem paullo ante, quam ad Milvium pontem cum Maxentio congrederetur, ut vetustissimi Scriptores ærum Ecclesiasticarum fidem faciunt.

Quum tamen in hoc monimento illud salutare signum minime adpareat, suspicari licet, ante Constantini tempora, sed non longe, vasculum fuisse elaboratum ; etsi illam, vel posteriorem ætatem præferant imagines in eo expressæ. De hac Vexilli forma, multa videntur in Cangii Glossario Mediæ, & Infimæ Latinitatis, verbo *Labarum*. De Vexillo autem Monogrammatico, nuper erudite scribebat adversus Basnagium Vir clarus, Dominicus Georgius in Dissertatione *De Monogrammate Christi Domini*.

dam, veluti quidquam præbiturus illi, quæ ad-  
fidet sinistra, vestibis aureo, purpureoque co-  
lore, sed subfusco variegatis, atque discretis.  
Omnes autem Monili circa collum decorantur.  
Legitur dextera parte tribus lineis epigraphæ.  
ANIMA DULCIS PIE Z. idest PIE ZESES (1).  
Plura, quæ differenda remanent de hoc, alioque  
paullo ante descripto rarissimo monumento, alibi  
tractanda relinquimus ne videamur eruditionem  
ostentare velle, quum non oportet. Disputat ta-  
men Bonarrotius (2), an ornamenta, quæ nos  
Monilia appellamus, præsertim in antiquis Vasi-  
bus vitreis, ita nominari debeant, sive potius  
Segmenta dici, Servio (3) inhærens, atque Isi-  
doro (4). De hisce Segmentis, agit pariter Jo-  
annes Schefferus, in Syntagmate de Antiquo-  
rum Torquibus. Sane pro temporum diversita-  
te species Monilis variam formam sortitæ sunt;  
non enim omnia ex unionibus filo transactis con-  
stare compertum est, quale *ab Aulo* tribuitur Ve-  
neri in nostra Gemma, sed ex panno quoque fe-  
rico, gemmis, & margaritis ornato parare con-  
sueverunt, quæ vere Segmenta nuncupabantur,  
& ea, haud aliter, circa collum deferebantur.  
Suam opinionem unusquisque tueatur: Gemmam  
vero nostram illustrare pergamus.

Sed

(1) PIE ZESES . hoc est BIBE . VIVAS . Adi Bonarrot. in Opere de Vitreis Vasib. pag. 204. & seqq. Sed & Fabret. *Inscript.* Cap. VII. pag. 539. &c.

[2]  *Osservazioni sopra alcuni Frammen- ti di Vetro antichi &c.* pag. 156. e 157.

(3) Libro I. *Æneidum*, 69.

(4) *Originum* . Lib. XIX. Cap. XXXI.

CAP. XV  
De Baccis, sive  
Flocculis propen-  
dentibus ab extre-  
mitatibus Pallæ,  
seu veli, quo Ve-  
nus in Gemma ob-  
ducitur in inferio-  
ri parte.

**S**ED enim si quidpiam dicere adgrederer de Palla, sive indumento, quo Venus operitur, Lectorem inutiliter distinere viderer; nihil quippe non dictum, atque ab aliis diligenter observatum. Illud tamen in eadem Gemma minime negligendum, videlicet Baccas, sive Flocculos indicare ad extrema ora indumenti pendulos, atque adfutos, qui maximum ornamentum operi adiiciunt. Porro si Etruscorum vestimenta pretiosa quis inspexerit in Etruria Regali apud Thomam Dempsterum, & Gorium in Museo Etrusco, adsimiles ornatus identidem offendet in monumentis insignioribus. Ita plane in picturis, atque sculpturis Græcorum, & Romanorum non numquam occurrunt: attamen admodum raro in Gemmis cælatis, atque editis id ornamenti genus observare licet; fortasse, quod in tam minimis operibus, plerumque refugit contemplari oculorum acies, nedum attingere. Quare pictores eadem antiqua monumenta delineantes, raro etiam advertunt, & sculptores, qui ipsos, veluti ducti Ariadnæo filo, subsequuntur, æri cæstro incidentes, omnino prætereunt. Nullum autem mysterium nostris conjecturis in eo deprehendentes, solummodo excogitatum opinamur ab vetustioribus ea de causa, ut vestimentorum extremitates, quæ facile in acutos angulos abeunt, ita excolerent, honestarent, ac pene demulcerent,

cerent , ab oculis res acuminatas ita subripien-  
tes .

**L**Udus , quo Venus in anulari figillo volu-  
ptatem capere conspicitur , omnino puerilis  
est , & nostro pariter ævo a pueris , per quam  
sæpe , temporis fallendi gratia , cum jucundita-  
te , ac rifu , quæ sunt eorum negocia , adhibe-  
tur , & aliquando , quum duo , tresve fuerint ,  
eodem met ludo se exercentes , datis pignoribus  
contendunt , cessuris in utilitatem , & commo-  
dum illius , qui diuturniore temporis spatio vir-  
gulam erectam in æquilibrio , sive æquipondio  
sustinuerit , agitaverit , ac circumduxerit . Nulla  
prorsus apud veteres Scriptores mentio habetur  
de lepidissimo hoc ludo , quum alii multi ab ip-  
sis memorentur . Mirum sane ! Agefilaum Lace-  
dæmoniorum Regem , domi cum pueris equitan-  
tem in arundine memorarunt Plutarchus (1) , &  
Ælianus (2) . Publii Scipionis Æmiliani , & Caii  
Lælii , qui conchulis & calculis lectitandis in  
littore Cajetano , & Laurentino incumbebant ,  
men-

## CAP. XVI

De Ludo . quem  
ludere videtur Ve-  
nus in Gemma ,  
aliisque nonnullis  
Ludis puerilibus  
Veterum , ab Phi-  
losophis , Regi-  
bus , Imperatori-  
bus , & Diis gen-  
tium usurpatis .

(1) In Laconicis Apophtegmatibus .  
Operum Tomo II. Edit. Lutetiæ Pari-  
sior. Typis Regiis. MDCXXIV. pag. 213.  
Φιλοτεκνότητος δ' ὧν διαφερόντος , λίγεται  
ἔπι μικροῖς τοῖς παιδαίοις , κάλαμον ἑπι-  
βεβηκώς , ὡς περ ἴσπων , οἴκοι σιωπάζεν .  
Ἐφθείς δ' ἐκαστό πρὸς τῶν φίλων , παρεκάλει  
μηνδὲν φερέμεν πρὶν ἢ αὐτὸς πατὴρ πεί-  
σων ἤνυσται . quæ ex interpretatione  
Guillelmi xylandri ita sonant . *Ferunt*

*eum quod impensissime liberos suos dili-  
gebat , domi in arundine cum pueris .  
ludendi gratia , equitasse ; conspectum-  
que a quodam amicorum , monuisse , ne  
cuiquam hoc diceret , priusquam ipse quo-  
que pater esset factus .*

Idem memorat in vitis Parallelis ,  
nempe in Agefilao . Operum Tomo I.  
pag. 610.

(2) Variar. Histor. Lib. XI. Cap. xv.

mentio est apud Valerium Maximum (1), & Alexandrum ab Alexandro (2). Cajum Cæsarem, Caligulam nuncupatum, pila lusisse cum Lucio Cæcilio Grammatico, meminit Macrobius (3): eodemque ludo, aliisque pariter lusisse Augustum, scribit Svetonius (4). *Exercitationes campestris equorum, & armorum, inquit ille, statim post civilia bella omisit: & ad pilam primo, folliculumque transit; mox nihil aliud, quam vectabatur, & deambulabat; ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret sestertium, vel lodicula involutus. Animi laxandi causa, modo piscabatur hamo, modo talis, aut ocellatis (5) nucibus ludebat cum pueris minutis, quos facie, & garrulitate amabiles undique conquirebat, præcipue Mauros, & Syros. Nam pumillos, atque distortos, & omnis generis ejusdem, ut ludibria nature, malique ominis abhorrebat. Pila item, & folliculo ludebat Dionysius Syracusiorum Tyrannus (6). Socratem cum Lamprocle parvulo pueriliter lusisse, memoriæ prodidit Ælianus (7); eundem vero in arun-*

(1) *Exemplorum Memorabilium*. Libro VIII. Capite VIII.

(2) *Genialium Dierum*. Libro III. Cap. XXI.

(3) *Saturnalium*. Lib. II. Cap. VI.

(4) In Augusto. Cap. LXXXIII.

(5) Philippus Beroaldus testimonio perversti Codicis manuscripti; legit *Oscillis*.

Marcus Antonius Sabellicus, locum interpretatur de Nucibus: *ocello prædi-*

*tis, quales sunt Avellanae*. Alexander ab Alexandro. Libro III. *Genialium Dier.* Cap. XXI. ait nuces ocellatas esse: *nucleos, quos in Persicis pomis fitos inspicimus ... dictosque ocellatos, propter ocellos, & foramina, quibus muniuntur undique*.

(6) Alexander ab Alexandro. *Genial. Dier.* Libro III. Cap. XXI.

(7) *Variarum Historiarum*. Libro XX. Cap. XV.

arundine aliquando equitantem irrifit Alcibiades (1). Ceterum quum de ludis puerilibus meminimus, *Musca cæca*, sive *Ænea* prætereunda minime est. Huic ludo pueros aliquando vacasse, Pollucis, atque Eustatii testimonio fidem facit Vir magni nominis Petrus Victorius (2). Alium quoque puerilem ludum memorat Cælius Rhodiginus, scribens (3): *Consueviffe lusitantes puerulos in sublime ficos, seu ischadas, vel uvæ acinos jactare, moxque hiantes ore excipere*. Sed quorsum hæc de ludis puerorum, ita generaliter exposita, quum neminem virorum, nullamque mulierum iisdem umquam vacantem nominaverimus? Plura de hujuscemodi veterum domesticis ludis videat Lector apud eruditissimum Virum Julium Cæsarem Bulengerum, Libro singulari (4), dato ad Justum Ludovicum, Henrici filium a Turnone Comitem Rossilionæum, tunc temporis adhuc puerum. Plura item apud Joannem Meursium (5), Daniele Souterium [6], aliosque viros doctos, quorum adsimiles lucubrations in unum volumen collegit Jacobus Gronovius (7), in Thesauro Græcarum Antiquitatum. Aliqua potius de Diis paganorum lu-

## G dentii-

(1) Valerius Maximus. Libro VIII. Cap. VIII.

(2) *Variarum Lessionum*. Lib. xv. Cap. XVI.

(3) *Antiquarum Lessionum*. Libro XVIII. Capite IX.

[4] *De Ludis Privatæ, ac Domestici-*

*cis Veterum*. Liber unicus in 8. Lugduni. M. DC. XXVII.

(5) *De Ludis Græcorum*. Liber singularis, ad Virum Clarissimum, Petrum Scriverium.

(6) *De Ludis variis*. Lib. III. Cap. I.

(7) Tomo VII.

dentibus delibanda . Porro Hymenæus Bacchi, & Uraniaæ filius ; Cupido quoque filius Jovis , ac Veneris , ludo digitorum ludebant aliquando , ut narrat Nonnus Panopolita [1] : quem ludum Marcus Tullius Cicero , & Marcus Varro dixerunt : *micare digitis* , quod est : *digitis sortiri* , uti observat Nonius Marcellus in Libro *de Proprietate sermonum* [2] . Nostra ætate in Italia vulgus appellare consuevit : *La Morra* . Hercules pariter Jovis , & Alcmenæ filius , tot exantlatis laboribus notus , cum pueris sæpe ludebat animi relaxandi gratia , quod scriptum reliquit , alibi laudatus Ælianus (3) . Nil ergo mirum , si ludentem cum Amore Venerem finxerunt antiqui , quum eadem ipsa gratiarum , amorum , ac pulchritudinis etiam Dea a paganis haberetur , qualem certe Poëtæ Græci , ac Latini plerique fabulantur . Quare illorum testimonia adferre , volens lubensque supersedeo . Illud tamen ex Herodoto Halicarnasseo in Melpomene (4) , heic meminisse , forte juvare aliquando poterit , nempe , Scytharum populos per Virgas Salignas vaticinari , & Enaries , qui sunt Androgyni per Tiliam vaticinandi artem a Venere accepisse , cujus

autem

[1] *Dionysiacorum* . Libro xxxiii :

(2) Capite iv. ubi *de varia significatione sermonum* agit . Vid. §. 303. Videtis apud Gruterum in magno Inscriptionum Thesauro Tabulam marmoream inscriptam , quam adfert Pagina DCXLVII. num. 6. in ea enim :

*micandi consuetudo* , & quidem : *digitis concludentibus* , in negotiationis usum memoratur .

(3) Var. Histor. Libro xii. Cap. xv.

[4] Nempe Libro iv. Historiarum . num. marg. LXVII. pagina 245. Edit. Francofurti . in fol. MDCVII.



autem generis dicenda ea Virga sit, qua Venus ludit, omnino latet, neque operæ pretium est de ea re curiosius exquirere.

**D**E Venere inquit Cicero (1): *Quæ autem Dea ad res omnes veniret, Venerem nostri nominaverunt: atque ex ea potius Venustas, quam Venus ex Venustate.* Joannes Gerardus Vossius Veneris nomen ab Etruscis deducit (2), & Gorius, ab Α'φροδίτη, Græcorum nomenclatura, Etruscam linguam non abludere suspicatur (3), Ab Α'φροδίτη decurtato vocabulo, dictam fuisse *Frutam*, sive *Fruti* existimat Josephus Scaliger (4), ex quo *Frutinal* Veneris Templum dicebatur (5). Alii tamen legunt *Erucinal*, putantes ab alio Veneris cognomento derivasse: Venus enim ab *Eryce* Siciliæ monte, in quo percelebre ipsi Templum dicatum fuerat, *Erycina* nuncupabatur (6). Duplex in Urbe quoque Templum, eodem titulo Veneri sacrum, memoratur in Hi-

G 2

storia

CAP. XVII  
Quid *Aulus* indicare voluerit per hanc Ludi speciem in figura Veneris \*

[1] *De Natura Deorum*. Libro 11.

(2) *De Theologia Gentili, & Physologia Christiana, sive de Origine, & Progressu Idololatriæ*. Libro 11. Capite xxvii. pag. 163.

(3) *Musei Etrusci*. Tomo 11. Classe 1. pag. 115.

(4) In Adnotationib. ad Festum. Page. Lxv.

(5) *Festus De Verborum significatione*, verbo *Frutinal*.

(6) Polybius. *Historiar.* Libro 1. Cap. Lv., & Lib. 11. Cap. vii. Edit. Hanoviæ. MDcx.

Strabo. *Rerum Geographicarum*. Libro vi. pag. 272. Edit. Lutetiæ Parisior. MDcxx.

Thucydides. *De Bello Peloponnesiaco*. Libro vi. pag. 444. Edit. Francofurti. MDxciv.

Vide infra Capite xx. nostræ Dissertationis.

storia Romana (1), unde Horatius (2), quin  
Venerem nominaverit :

*Sive tu mavis Erycina ridens,  
Quam jocus circumvolat, & Cupido.*

Explicant Horatii Carmina Gemmam nostram, in qua si Venerem jocosam spectes, Cupido quoque circum Venerem volitans cum joco, statim occurrit; quare Φιλομειδής epitheton Veneri frequenter adpositum est ab Homero (3), quod risus amans haberetur. Vide sis & Orpheum (4), qui eodem modo Venerem eleganter adficit, & æque similiter exornat. Cupido autem masculino genere, Amorem, Veneris filium, designat; foeminino, Cupiditatem (5). Amor vero, ut recte conjicit Isidorus (6): *ideo alatus pingitur: quia nihil amantibus levius, nihil mutabilius invenitur. Puer pingitur, quia stultus, & irrationabilis Amor &c.* Eo interea deveneram, ubi differendi ordo postulat sensum Emblematis allegoricum aperire, quum Vir clarus, atque eruditus Petrus Pollidorus Eminentissimi Annibalis Cardinalis Albani S. R. E. Camerarii Auditor, cui opus  
Græci

[1] Vide Livium de Templo *Veneris Erycinæ* in Capitolio sito. Dec. III. Lib. III. Cap. XXI.

Et item de alio *Veneris Erycinæ* Templo *ad Portam Collinam*. Dec. IV. Lib. X. Cap. XIV.

De eodem *Veneris Erycinæ* Templo ante portam Collinam, meminit Strabo. Lib. VI. pag. 272.

(2) *Carminum*. Libro I. Ode II.

[3] Hymn. in Venerem. In Collectione Veterum Poëtarum Græcorum Jacobi Lestii. Tomo I. pag. 434. & seqq.

(4) Hymn. in Venerem. Ibidem in Collectione Lestii: pag. 514.

(5) Vide sis Nonium Marcellum. *De Proprietate Sermonum*. Cap. V.

(6) *Originum*. Libro VIII. Capite XI.

Græci Artificis , ectypis cereis olim oblatum , admodum arrisit , & quem Operis Censorem adhibui , Superiorum permisso , a feriis , & gravioribus occupationibus , quibus adsidue incumbit , per intervallum divertens , *Gemmæ Victorianæ* explanationem præclare , atque eleganter , sequenti Epigrammate , perstrinxit .

*Ludit Amore Venus , ludoque illudit amantem .*

*Signa Potestatis præbet , & arte negat .*

*Læta sedens cupidum sceptri male torquet , agitque Circum , perpetuans ingeniosa dolos .*

*Omnia nutanti gerit indice , mente sagaci ,*

*Et Virga fragili , fœmina vana , Venus .*

*Fidit fallaci ludo , qui fidit amanti ,*

*Quæ spe ludificans , fit sibi ludus Amor .*

*Fidit & instabili puero , qui fidit Amori ,*

*Quem spes vana trahit , mobilitasque regit .*

Sane librata Veneris indice , & circumducta , ne capiatur ab avido Amore virga , ludum videtur exprimere , quo illam industria , & conatu adsequens , Imperium in amantem , seu Potestatem , quæ per Virgam indicatur , præmii loco accipiat . Hunc puerilem ludum , si forte latere sub aliqujus nomine , ex iis qui innotuere (1) , arbitrandum est , ad *Basilindam* referendum censerem : quo ludi genere Pueri suum Regem per fortes elige-

(1) Adi Julium Cæsarem Bulengem Souterium . Capite præcedenti sum , Joannem Meursium , Danic. citatos .

eligere confueverunt, cui pareant. Antiquitus a ludentibus pueris illi in ceteros dominium tradebatur, quem virtute, ac recte factis aliorum imperium mereri deprehendissent. Qua de re Horatius Flaccus in Epistola 1. ad Mœcena-tem [1].

*At pueri ludentes, Rex eris, ajunt,  
Si recte facies &c.*

Et paullo post.

*Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum  
Nenia, quæ Regnum recte facientibus offert,  
Et maribus Curiis, & decantata Camillis?*

Verum nihil, quod rem nostram propius adtingat, in medium proferunt, qui de variis Ludis privatis, & domesticis Veterum scripserunt. Sed arcano Gemmæ ab *Aulo* sculptæ mysterio explanato, Lectorem nihil ultra morari volumus, qui adlato Carmine fatis instructus est.

CAP. XVIII

Quare Veteres Ethnici ludos consulerent, ac sepe in Gemmis exprimerent? investigatur.

**J**Am vero, ut persolvam quod pollicitus sum (2), & partes meas impleam, vel adimplere contendam, qua ducti ratione, Lusus, ac Jocos in hisce cælaturis curarent exprimere Veteriores Ethnici, investigemus. Plane magistrarum experientia, nempe quotidiano mortis casu eruditi, vitam hominum perbreuem optime norant:

(1) Epistolarum. Libro 1.  
Consule vetustissimos hujus Poëtæ  
Commentatores, post quos Dionysium

Lambinū, &c. sed potissime Jacobū Cru-  
quium. Edit. Plantin. c. 13. l. c. xi. p. 516.

(2) Nempe Capite VII.

norant: morbo igitur, atque ægritudine præpeditos, ne frustra aliquando poeniteret, otio ac joci minime vacasse, vitam cum hilaritate transigere consuebant. Neque illud carebat aliquo vanæ Philosophiæ, & mendacis eorum Theologiæ mysterio: multi siquidem erant eo errore infecti, quo existimabant eandem corporis, ac spiritus resolutionem cunctis imminere, & mortem esse terminum, ne dum humanæ vitæ, sed Animæ quoque, perperam, ac stultissime sentiebant. Id erat institutum Epicureæ sectæ, quam sequentes plerique, ideo se totos in omnes delicias, & voluptates effundebant. Testem locupletem hujus rei habemus Marcum Valerium Martialem, qui ad Julium scribens (1), non alia profecto de causâ inquit:

*Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.*

Clauditque perquam lepide sermonem, illum instruens, veluti ex cathedra.

*Non est, crede mihi, sapientis dicere vivam.*

*Sera nimis vita est, crastina: vive hodie.*

Ita pariter in Epigrammate quodam ad Postumum (2).

*Ille sapit, quisquis Postume, vixit heri.*

Idem ex aliis locis eruitur (3) apud ipsum Martialem. Sed Horatii, Plauti, Lucretii, Statii; quin etiam

(1) Epigrammaton. Lib. I. Epigr. XVI.

(2) Lib. V. Epigram. LIX.

(3) Libro VII. Epigr. XLVI.

*Vive velut raptò, fugitivaque gaudia carpe.*

*Perdiderit nullum vita reversa diem.*

etiam Euripidis, Anacreontis, aliorumque poëti-  
 ci Iusus eisdem referunt sales, Verum occulto  
 illo veneno infectos. Probe igitur ab Romanis,  
 Messeniisque nonnullos Epicureos expulsos fuisse  
 memorat Ælianus (1), quod per eos multorum  
 malorum damno Respublica adficeretur. Lyctios  
 quoque Cretenses, quosdam ejusdem fallaciæ fe-  
 ctatores, qui se eo receperant, pepulisse, narrat  
 Svidas (2). Hujusmodi perditorum hominum  
 infania, mirum in modum describitur in Libro  
 Divinæ Sapientiæ [3], ubi exiguum vitæ nostræ  
 tempus, impii non recte cogitantes apud se, di-  
 xerunt (4): *Venite ergo, & fruamur bonis, quæ  
 sunt; & utamur creatura tamquam in juventute ce-  
 leriter. Vino pretioso (5), & unguentis nos implea-  
 mus; & non prætereat nos flos temporis. Coronemus  
 nos rosis (6) antequam marcescant: nullum pratum  
 sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo no-  
 strum (7) exors sit luxuriæ nostræ: Ubique relinqua-  
 mus signa lætitiæ; quoniam hæc est pars nostra, &  
 hæc est fors. Opprimamus [8] pauperem justum &c.*  
 Plura vero in hanc falsam opinionem, ac dete-  
 standam diffeminata, & congesta videat Lector  
 apud plerisque Ecclesiæ Patres, quæ merito dam-  
 nata

[1] Variæ Historiæ. Libro IX. Ca- Anno. cIo Io c XIX.  
 pite XII.

[2] Ad Lexicon Suidæ Latinitate  
 donatum opera, & studio Æmilii Porti.  
 Tom. I. Lit. E. pag. 994. Verbo ΕΠΙ-  
 ΚΟΡΡΟΣ. Edit. Coloniae Allobrogum,  
 apud Petrum de la Roviere. in folio.

[3] Cap. II.

(4) Ibi Versic. 6.

[5] Vers. 7.

[6] Ibidem. Versic. 8.

[7] Vers. 9.

(8) Vers. 10.

nata est multis etiam Conciliorum sanctionibus. Nonnulla paganorum scripta Monimenta adferunt Fabrettus (1), Fleetwood [2], Bonarrotius (3), Gorius [4], quæ iisdem erroribus sciant. Hanc ergo potissimam causam existimo, quare ludis, ac jocis omnibus delectarentur, & ab ipsis in gemmis pariter cælerentur.

Videntur quoque plerisque eruditis Viris ad hanc rem facere vetustæ quædam Inscriptiones, quæ licet ab aliis editæ fuerint, nihilominus; quod nullos adhuc illustratores invenerint, hoc loci iterum reciduntur, nostris quibuscumque observationibus expendendæ. Primam protulit cl. Gorius in Inscriptionibus Donianis (5). Secunda ibidem legitur (6): Quin etiam, & Tertia (7), quæ a Fabretto pariter edita fuit (8); verum nonnihil immutata. Quartam prodidit Sponius in Miscellaneis eruditæ Antiquitatis [9]. Quintam (10), & Sextam (11) vulgavit idem Gorius.

H

Ipsæ

(1) Inscriptionum Domestic. Libro. Cap. 111. pag. 189. num. 438.

(2) *Sylloge Antiquarum Inscriptionum*. Parte I. variis locis. Edit. Londini. in 8. MDCLXXXI.

(3) *Osservazioni sopra alcuni Vasi di Vetro antichi*. pag. 192. e 193.

(4) *Columbarium, sive Monumentum Libertorum, & Servorum Livie Augustæ, & Cesarum*. pag. 213.

Idem in Observationibus in Aras Deorum, & Antiqua Monumenta, quæ post Præfationem Inscriptiones Donia-

nas exornant. Videtis. Pag. LXXVIII.

(5) Classe VII. Num. 154. pag. 305.

(6) Classe VI. Num. 105. pag. 296. ex M. S. Bibliothecæ Vaticanæ.

(7) Classe VII. Num. 20. pag. 285. ex Lib. Vet. M. S.

(8) Inscript. Domestic. Capite 111. Num. 480. pag. 198.

(9) Sectione VI. pag. 210.

(10) In laudato Opere Doniano. Classe VII. Num. 26. pag. 286.

(11) Classe XX. Num. 63. pag. 537. ita ab ipso Donio exscripta.

CAP. XIX  
Exponuntur nonnullæ veteres Inscriptiones, quæ de officio a Voluptatibus meminerunt.

Ipsæ vero publicis typis sic editæ fuerunt.

I.

D . M

T . FLAVIO . SA  
 BINO . CAES . N̄  
 SERVO . A . RATIO  
 VOLVPT . VIX  
 ANN . XIX . M . X  
 FECIT

T . FLAVIVS . EROS  
 PAT . DOMITIAN  
 CAES . SER . A . CELL  
 ARII . . . . .

i l.

IVLIVS . CAES VERNA A.RATION.VOL VPTAT . V . A XXXI	IVLIA . CAES  N . VERN V . AN . XXXI.
---	--

i i l.

PAEAN . AVG . PROC . CASTRENS .  PROC.VOLVPT.PROC.ALEXANDR  SIBI . POSTERISQ . SVIS
---

IV.

H . M . LAT . <i>Figura</i> ANTE <i>Militis</i> PORT . <i>Stantis</i> PED . XII . A RET . PED . XV . M . PERCENNIO AXYO NAT . MEDIA MIL . COH . VII . PRAETOR . 7 . C . CALVINI SEVERI M . PERCENNIVS IVNIOR CONSTANTI AVG . SCRIBA A RATION . VOLVT . FEC . SIBI ET FRATRI SVO K . ET IVN . PERCEN . VXOR . S .	SACEL . IN TIT . ANTE PEDES V I I I IN AGR . PEDES XI S . M . E . OVF . MEDIA PRAETOR . SEVERI IVNIOR SCRIBA FEC . K . S .
---	---

V .

D . M  E V P H E M O CAES . N̄ . VERN EX . RATION . VOLVP . VIX . ANN . XLII . M . VI . VLPIA . APHRODI TE . M A T E R
---

VI .

† FL . MAXIMO . V . C . CON CONCESSVM . LOCVM . PETRO ROME . ET . TRIBVNO . VOLVP ET . CONIVGI . EIVS . IOHANN PAPA HORMISDA ET TRANSM DVS PRAEPOSIT . BASC . BEATI PE
---

Verum



Verum Servos, & Scribas a *Rationibus Voluptatis*, quorum mentionem produnt Tituli adlati Numero I. Num. II. Num. IV. & Num. V. illos esse interpretabar, qui Domino suo, & vacationis tempus idoneum suggererent, & in quæ proventus hæreditarios, quibus abundabant, aliquando profundere expediret, opportune significarent, atque aperirent, quique demum sumtus rationem accurate describerent. Neque alia interpretatio magis accommoda tribui posse videtur Titulo, qui Numero VI. infra relatus est, nisi quod linea tertia legendum putarem, uti Antonius Bosius cum Joanne Severano (1), & Paullus Aringhius (2), vulgarunt. EX TRB VOLVP. quod nempe Flavius Maximus, Officium Tribuni, etsi honestum dimisisset, ante quam Titulus insculperetur. In hanc quoque sententiam explicabam *Procuratorem Voluptatum*, qui Numero XII. dicitur item *Procurator Augusti Castrensis*, & *Procurator Alexandria*: scilicet, qui Augustum Orbis terrarum gubernio assidue intentum moneret, quibus animi relaxandi gratia subsecivis horis vacaret, curaretque Imperatori honestas voluptates, amoenitates, lusus, venationes, ac demum spectacula pariter, aliquando memorare, ne di-

H 2

cam

[1] *Roma Sotterranea* Libro I. Capitulo VIII. pag. 106. Ediz. di Roma in foglio grande. MDCXXXI.

Altra edizione di Roma dell' An-

no MDCXX. pagina 127.

(2) *Roma Subterranea* Tomo I. Libro II. Capite X. pag. 338. in folio. Roma per Mascardum. MDCLII.

cam parare, atque instruere. Favet nostræ interpretationi Cicero, quum inquit (1): *neque vero Cretes, quorum nemo gustavit umquam cubans, melius quam Romani, qui tempora voluptatis, laborisque dispertunt, Respublicas suas tenuerunt &c.* Quin etiam Voluptates pro vulgi spectaculis usurpat Cajus Cornelius Tacitus (2), qui Voluptates quoque *concessas* (3), & *honestas* (4) commendat; quæ fortasse in hisce lapidibus indicantur. Quid enim sunt voluptates, nisi lætitiæ, & jucunditatis fructus, qui ab honestis vacationibus homine ingenuo dignis proficiscuntur, & æque ab iisdem percipiuntur? Latiori tamen modo ita alibi loquitur ipse Cicero (5): *Omne autem id, quo gaudemus, voluptas est; ut omne quo offendimur, dolor.* Immo ad turpiuscula declinare deprehenditur in Tusculanis Quæstionibus (6), inquit: *Xerxes quidem refertus omnibus præmiis, donisque fortunæ: non equitatu: non pedestribus copiis: non navium multitudine: non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit: qui invenisset novam Voluptatem, qua ipse non fuit contentus; neque enim umquam finem inveniet libido &c.* Certe Svetonius in Tiberio (7) ait, (eundem Epicureum plane dijudicans): *novum denique officium instituit a Volupta-*

[1] Orat. pro Lucio Muræna.

(2) Annalium Libro 1. Cap. LIY. num. 3.

(3) Annal. Lib. XIII. Cap. 11. num. 2. Ibidem. Lib. XIV. Cap. XXI. num. 6.

(4) Cajus Cornelius Tacitus. In *Græcorum*. Capite VI. num. 2.

[5] Libro 1. De Finibus.

(6) Libro V.

[7] Capite XLIII.

*luptatibus*, *præposito Equite Romano Tito Cæsonio Prisco*. Atque ita nuncupabatur, quemadmodum alii *ab Epistolis* ministri dicebantur, alii *A Rationibus*, *A Bibliotheca*, *A Cubiculo*, *A Veste*, *A Cellariis* &c. Idem Officium *A Voluptatibus* recensetur in Notitia Romani Imperii, sicut scite animadvertit Bosius loco supracitato, aliique ibidem memorati Viri clari. Recensetur quoque in Codice Theodosiano Diogenianus *Voluptatum Tribunus*. Qua de re Sæculo inferiori aliquo modo idem Officium pariter viguisse intelligitur, quod item ostendit Marmor Numero VI. descriptum, pertinens ad initium Sæculi VI. quo memoratus in eo Hormisdas Pontifex Maximus, Romanæ Ecclesiæ præfuit. Aliud testimonium ad eandem Hormisdæ ætatem pertingens, nempe *Formulam Tribuni Voluptatum*, exhibet Cassiodorus Senator (1), circa id tempus Theoderici Regis Italiæ Magnus Cancellarius (2), quam Formulam, de *Speſtaculis* inscribit. Ea vero Formula ad temperandam, & coërcendam vulgi licentiam pertinet omnino. *Adminiſtranda eſt enim* ( ut ibidem legitur ), *ſub quadam diſciplina exhibitio Voluptatum* &c. Ceterum utrum in eodem ſtatu uſque ad ejuſdem Summi Pontificis ætatem permanſerit

rit

(1) *Variarum* Libro VII. Epist. x.

(2) Obiit Sanctus Hormisdas Pontifex Anno DXXIII. ut in Annalibus Ecclesiasticis reperitur.

Theodericus Italiæ Rex. An. DXXVI.

Cassiodorus Senator obiit Monachus Anno DLXXV. Ætatis supra xcv. Vide Joannem Trithemium de Scriptoribus Ecclesiasticis differentem, Robertum Bellarminum, &amp; alios.

rit Officium *A Voluptatibus*, quo ab Xerxe Persarum Rege excogitatum, & ab Tiberio Romanorum Principe institutum fuerat, viderint viri docti. Mihi sane, etsi fidem Historicorum abrogandam esse, non ita facile, probari potest; vix tamen, credibilem rem eos scripsisse, dicendum opinor, quum Equitem Romanum, præpositum turpitudini pronuntiarunt; quorum virtutes ab universis Scriptoribus prædicantur. Igitur quicquid sit de rebus gestis ab Rege Xerxe, ac Tiberio Imperatore; circa descriptos titulos, nostræ magis a nobis probantur conjecturæ, atque interpretationes; pravos etenim mentis conceptus, si quando adoptassent, more majorum suorum, mysterio potius occultare solebant, ac velo sapientiæ, ut ita dicam, obumbrare, ut mox patebit.

CAP. XX  
Verustus alius Titulus illustratur.

**S**ED ante quam de occulta illa Veterum paganorum Sapientia aliquid eloquamur, non abs re fuerit alium hunc Titulum expendere,

*sic*

<p>AMIANTHVS . LIVIA<sup>E</sup> AD . VENEREM LIR . HOMERI . L DED . AMIANTHVS . L</p>
--

Repertus ille fuit cum aliis quam multis, incom-

communi Sepulcro Servorum, & Libertorum Liviae Augustae, & Cæsarum Via Appia detecto Anno MDCCXXVI. extra portam Capenam, inter primum, & secundum ab Urbe lapidem, quos omnes in eodem loco mea manu descripsi. Novum officii genusprehendere sibi visus est cœtus eruditorum in hoc epitaphio, ac propterea in varias distractus sententias, alii eorum alio feruntur, & quo vagari lubet spatiantur: nonnulli officium AD VENEREM in eo constituunt, ut Amianthus, Liviae fucum pararet, & ea, quæ ad venustatem oris affectandam conducunt: Alii Liviae Ornatores existimant, qualis apud Reinesium (1), Eperastus memoratur. Æque enim Ornatores, atque Ornatrices habuere Cæsares, & Cæsarum uxores (2). Alexius Symmachus Mazocchius, edito Commentario in mutilum Campani Amphitheatri Titulum (3), legendum esse putavit. AMIANTHVS. LIVIAE. AD VENEREM. (*hoc est delicatus*) fuit; cui tamen repugnare videntur Svetonius [4], & castigati mores Cæsaris Augusti. Itaque non omnes illis interpretationibus adquiescunt. Sed Viri clarissimi, qui Opere singulari præfatum Monumentum illustrant,

(1) *Syntagma Inscriptionum Antiquarum*. Class. IX. num. 62.

(2) Adi Gorium in *Columbario* &c. Num. LXXXV. pag. 129. & 130. Ubi ex Grutero, Reinesio, Sponjo, ac Fabricetto, multa erudite describit.

[3] Pag. 169. In *Additamentis* ad pag. 82.

(4) In Augusto. Vide sis Cap. XXXI. Cap. XXXIV. Cap. XLV. Cap. LXV. Cap. LXVI. Cap. LXXII. Cap. LXXXIII. & etiam alibi.

runt, Franciscus Blanchinius [1], & Antonius Franciscus Gorius [2], Amianthum in adlato marmore descriptum interpretantur pro Ædituo Liviæ Augustæ: Primus scilicet (3), Templo Veneris in Via Sacra addicto, seu Templo Veneris prope Palatium. Alter in idipsum consentit (4), Custodem fuisse putans Ædis Veneris Capitoli-næ. Eorum opinio post argumenta, quæ conge-runt confirmari potest Synerotis officio, qui in eodem Augustæ Familiæ sepulcro dicitur Tiberii Cæsaris AD . IMAGINES (5), quod Heroum Imagines custodiret: potissime vero fulcitur ve-tusto hoc alio Epigrammate, quod legitur apud Sponium (6) in Miscellaneis eruditæ Antiqui-tatis.

C. STIMINIUS  
HERACLA  
SORTILEGVS  
AB VENERE  
ERVCINA ET &c.

Nobis tamen aliquando in mentem venit hunc Amianthum, qui dicitur LIVIAE . AD VENEREM, fortas-

(1) *Camera, ed Iscrizione Sepulcrali de' Liberti, Servi, ed Ufficiali della Casa d' Augusto*. Roma. MDCcxxvii.

(2) *Monumentum, sive Columbarium Libertorum, & Servorum Liviæ Augustæ, & Cæsarum &c.* Florentiæ. clb. Is. cc. xxvii.

[3] Num. 107, pag. 44.

(4) Num. cvi. pag. 146.

(5) Blanchin. Num. 32. pag. 28. Gorius. Num. cxxvii. pag. 158.

[6] Sectione II. pag. 30. *Sortilegi*, inquit, *erant etiam Templorum Ministri (Hic nempe Ædis Veneris Erycinæ), sortibus legendis destinati, ut ii: qui eventum aliquem sciscitabantur, responderent.* Vide supra Capite xvii. quæ de Venere Erycina memoravimus.

fortasse *Lyristen* quoque, & *Homeri Lectorem* fuisse quemadmodum vetusti marmoris expositio fidem facere videtur. Sane *Lyristes* dicitur *Hermus Liviae Libertus* [1], & *Liviae Lectorum Decurio*, *Panenus* (2), in aliis titulis ejusdem Monumenti. Igitur *Amiantbus*, si nostræ opinionationi calculum addant eruditi Viri, vario fungebatur officio in familia *Liviae Augustæ*, ut *Æditui* munus impleverit, & *Homeri Poëmata* ad *Lynam* recitaverit: Sunt autem permulti veteres inscripti lapides, præcipue apud *Gruterum*, in quibus diversa munera congeminata reperiuntur in uno eodemque homine, quæ passim requirentibus occurrerent. Itaque ea res exemplis, & argumentis minime prosequenda. *Augustus Cæsar*, ut narrat *Svetonius* (3), *Lectoribus* frequenter utebatur, quibus accersitis, somnum pariter, ac turbatam quietem aliquando resumebat. *Lectoribus* tamen plerumque utebantur ad *Coenam*, & ad *Mensam*: quin etiam *Lyristen* simul, aut *Comoedum* adhibere solebant jucunditatis gratia. In *Plinii junioris Epistolis* (4) de hoc more frequens habetur mentio, ab aliis pariter illustrato. Si ergo *Lectores*, & *Lyristas*, ut vidimus, in *Familia* sua habebat *Livia*; quin etiam *Decuriones* quo-

## I

que

(1) *Blanchin.* pag. 49. Num. 131.  
Legit *LYD*.

*Gorius* pag. 166. Num. cxl.

(2) *Blanchin.* pag. 42. Num. 97.

*Gor.* pag. 91. Num. xxvii.

(3) In *Augusto.* Capite lxxviii.

(4) *Lib. i.* Epistola xv. *Lib. viii.*  
*Epist. vii.* & *Lib. eodem Epist. xxxv.*  
& xxxix. Quæ forsitan indicata sufficiant.

que Lectorum , quare ad Homeri legenda Poëmata , peculiarem hominem non habuisse dixerimus ? Quæ quanto in pretio fuerint Magno Alexandro , ab opera quam diligenter navabat in illis custodiendis , & ab ipso pretioso scrinio , inter opima Darii Persarum Regis spolia capto , in quo eadem servabat , Plinius in Naturali Historia memoriæ tradit (1) . Lectores , sive Poëtæ , qui ad Lyram canerent , laudantur a Publico Virgilio Marone (2) .

..... CITHARA *crinitus* IOPAS

*Personat aurata , docuit quæ Maximus Atlas .*

*Hic CANIT errantem Lunam , Solisque labores &c.*

& alibi [3] , idem Virgilius .

CRETEA *Musarum comitem , cui carmina semper ,*

*Et CITHARAE cordi , numerosque intendere nervis :*

*Semper equos , atque arma virum , pugnasque CANEBAT.*

Cajus Valerius Flaccus , in Argonauticis (4) , laudat .

..... *insignem* CITHARA , *CANTVQUE fluenti*

*DORCEA , qui dulci festis assistere mensis*

*Pectine &c.*

Alexander Severus , ut inquit Ælius Lampridius (5) , *Vitas Principum bonorum versibus scripsit . LYRA , tibia , organo , CECINIT : tuba etiam , quod quidem Imperator numquam ostendit &c. Demodo-*

[1] Libro VII. Cap. XXIX.

(2) Lib. I. Æneid. Vers. 744. & seqq.

(3) Æneidum . Lib. IX. Vers. 775,

& sequentibus .

[4] Lib. II I. Vers. 158. & seqq.

(5) In Alexandro .



modocus, pulsata ab se Cithara, cecinit, apud Homerum in Odyssæa (1) de Marte, & Venere, & item de Equo ligneo, quem Palladis auxilio Epeus fabricaverat. Sed Aristeneti Epistola (2), rem dilucide explanat. Εὖγε τῆς φωνῆς. Εὖγε τῆς λύρας. ὡς ἄμφω μουσικώτατα συνηχῆ, καὶ πρόσχορον ἢ γλῶττα τοῖς κρῆμασι, μουσῶν τε, καὶ χαρίτων ἢ κρῆσις. μάλα τῶτο ἀληθῆς. πλῆρες δὲ μουσικῆς ἰνοίας τὸ βλέμμα, καὶ διασκέψεως τῶν μελῶν. [3] *Euge vocem! Euge Lyram! ut concorditer inter se consonant; lingua apta fidium pulsibus, Musarumque & Gratiarum suave temperamentum. Et hoc verissimum quidem; Sed facies, & attentionem ad Lyrae concordiam, & cantionis meditationem præferens &c.* Hac de causa signis marmoreis, æreisque Apollinis, & Musarum, Lyram tribuebant, quod item in Gemmis cælatis factitabant. Hujusmodi monumenta in Pinacothecis, in Museis, in Hortis, & Viridariis excultis, in Villis item opulentis, atque instructis pretiosis vetustatum cimeliis, non raro in Urbe, sive etiam in suburbanis conspiciuntur; quorum exemplaria, tabulis æreis incisa, in pluribus editis Voluminibus spectanda exhibentur.

I 2

Id

(1) Libro VIII.

(2) Epistolarum. Libro I. Epist. v.

[3] Latina Aristeneti Interpretatio, quam in duobus editis exemplaribus vidimus in Bibliotheca Angelica Urbis, anonyma est, &amp; item Notæ, quæ Opus Epistolicum subsequuntur. Unum ex his, Parisiis impressum Anno M. VI. c.

signatum vero. BB. III. 4. 49. fuit olim Viri clari Joannis Pricæi, qui ad calcem primæ paginæ nomen suum scripsit. Is Interpretationem, &amp; Notas tribuit Josæ Mercero, Socero Claudii Salmafii. Vide notam Pricæi manu descriptam ad marginem ejusdem primæ paginæ.

Id omne fusius descripsisse necessitas exigebat ; ut Amianthi Liviae Liberti munera , in quo verarentur , pro adferendo nostrae opinionis sistemate , clarius demonstrarem . Non defuit post hæc Vir eruditus , qui Amianthum Veneris Aedituum non fuisse contenderit , sed Lyristen , & Homeri Lectorem probaverit ; marmoris autem elegantiam . LIVIAE . AD . VENEREM . ajebat significare *ad Liviae oblectamentum* ex tali lectione perceptum , quod adferere conabatur his fultus momentis . Inquit Quintilianus orationem exornari debere *gratia* , & *Venere* (1) : igitur gratia , atque ornamentis perfundi oportere , quæ sunt artis Rhetoricæ flores , ex quibus aurium oblectamenta dimanant . Sed magis apposite Plautus (2) in Stycho .

. . . . . profecto

*Amœnitates omnium Venerum, atque Venustatum adfero.*  
Hoc est amœnitates omnium leporum , atque oblectamentorum . In hunc eundem sensum Sanctus Hieronymus , per ironiam tamen usurpat in

(1) *De Institutione Oratoria* . Libro IV. Cap. II. Vide item Lib. VI. Cap. IV. & Lib. XI. Cap. I.

(2) Act. II. Sc. II. ex Edit. Friderici Taubmanni . c. 10. l. 5. quæ in nonnullis ab aliis disconvenit , & longe differt . Vide sis ibidem . Act. V. Sc. V.

Horatius in Epistola ad Pisones : *De Arte Poetica* . vers. 42. & seqq. ait :

*Ordinis hæc virtus erit , & Venus , aut ego faller .*

*Ut jam nunc dicat , jam nunc debentia dici*

*Pleraque differat , & præsens in tempus omittat &c.*

Ibidem , infra Vers. 319. & seqq.

*Interdum speciosa jocos, morataque re-ete*

*Fabula , nullius Veneris , sine pondere , & arte ,*

*Valdius oblectat populum meliusque moratur &c.*

in Epistola ad Domnionem data (1), Monachum quemdam objurgans, qui Romæ Libros adversus Jovinianum, cum aliis nonnullis decerpebat. Ita Eunapius Sardianus [2] in Vita Maximi. Ἀφροδίτῃ τοῖς χεῖλεσιν ἐπεκράτατο. *Venus insidebat in labris*, scilicet omnis generis oblectamenta. Idem in Vita Proæresii (3) ait Milesium modulari solitum μετὰ Ἀφροδίτης, idest *cum Venere*. Quis vero non capiat Milesium modulari solitum cum gratia, atque oblectamento auditorum? Sed hæc longe absunt, ut LIVIAE. AD. VENEREM. interpretari possit *ad Liviae oblectamentum*, ac propterea, fortasse plus fatis.

**V**erum enim vero, quam callide, sapienter-  
que Veteres occultarent mysteriorum suorum sollennia, docet Gemma insignis non dum vulgata (4), quæ exstat apud Virum clarum Hieronymum Equitem Odam amicum optimum, quocum, ab adolescentia, summa mihi necessitudo est. In ea observanda occurrunt Caput mortui hominis

## CAP. XXI

In antiquis Gemmis cæclatis mysteria frequentissime occultantur.


(1) In Edit. Veronensi. MDCCXXXIV. Epist. L. Alias, Epist. LI. quæ incipit, *Literæ tuæ &c.* Vide Edition. Paris. MDCLXIII. *Miror autem non erubescere juvenem, & Monachum, ut sibi videatur disertum, (cujus de ore Venere fluunt, qui tanta in sermocinando elegantie est, ut comico sale, ac lepore conspersus sit), lustrare Nobilium do-*

*mos, hæere salutationibus Matronarum &c.*

(2) *De Vitis Philosophorum, & Sophistarum.* Edit. Christophoti Plantini. Antuerpiæ. c. 15. 16. LXVII. Græce, pag. 78. Lat. pag. 37.

(3) Ibidem. Græce, pag. 152. Lat. pariter, pag. 152.

[4] *Carnicolam* dicunt Antiquarii.



GEMMÆ ——— MAGNITUDO

& circa ambitum, non Rota, sive Mola versatilis (1), atque Encarpium, ut nonnullis videbatur

(1) Ad Fabretum in Commentario ad Tabellam Iliadis post Syntagma de Columna Trajani. pag. 338. & 339. Porro Molæ figura, quam ipse prodit ex duobus vetustis monumentis, plana in superficie esse deberet, quæ tamen in eis convexa est, uti ostendunt editæ ab eodem Fabretto figuræ; & item convexa est in Gemma, quam illustramus. Rotam quæ Molaris minime est, sed sex radios habet, exhibet Fortunius Licetus ex vetusta Gemma Equitis Gualdi (*Hieroglyphica, sive antiqua Schemata Gemmarum anularium*. Edit. Patavii MDCLIII. in fol.), Schemate XII. pagina 158. Adsimilem gemmam videre est in Collectaneis Borioni. Tab. 80.

de qua ibidem agitur pag. 56. Sed hæc rotæ figura alternantes rerum vicissitudines designat, quemadmodum in Poëmate Phocilidis vers. 25.

Κατὰ πᾶσι πάντων, ὁ βίος τροχὸς, ἄστατος ὄλβος ἔσται.

Apud Lectium in Collectione Veterum Poëtarum Græcorum Carminis Heroici, pag. 722. Vetustum sane est Proverbium *τροχὸς τὰ ἀνθρώπινα*. hoc est: *Trochus res mortalium*. Vide in Michaëlis Apostolii Patæmiis, Centuriam XIX. num. 63. Edit. Lugduni Batavorum. Anno MDLXXIX. ex Officina Elzeviriana. pag. 245. *τροχὸς* enim apud Græcos idem est, ac *Rota* apud Latinos.

tur, sed Offa panis (1), & Monile pretiosum; Item Urceus, & totus Talorum ludus, hoc est quatuor Tali jactus, quos Aristoteles Stagyrites

appel-

(1) Fulvius Ursinus in Appendice ad Librum Petri Giacconi *de Triclinio Romano* [Edit. Romæ in Ædibus S. P. Q. R. An. M. D. L. xxxviii. pag. 131.] marmor antiquum adfert, quod rotundam, & convexam quoque fuisse oliuæ panis figuram ostendit. Decussatum quadrifida incisione, ait Baronius (ad Annum Christi. lvi 11. num. 64.) ut facilius in partes divideretur. Quem

morem pie usurparunt Christiani, ut idem prodit (num. 65. & 66.) *Quod typus Crucis iisdem signis exprimeretur.* Boldettus nonnulla Christianorum inedita cimelia ad hæc pertinentia adtulit in Observationibus ad Sacra Cœmeteria. (Lib. 1. Cap. xxxix. pag. 208. & 209.) Illud vero antiquum Monimentum hæc rursus exhibere, Lectori non injucundum fore putavi.



Ovidii autem carmina Libri vi. Fa-  
storum, quæ Fabrettus recitat loco mox  
indicato, etsi Molæ convenient; *de Pa-  
nibus* quoque agere, Vestæ oblati die v.  
Eidus Junii, omnibus patet. Veteres  
confecisse panes variis modis, ac diver-  
simode nuncupasse, satis exploratum  
est apud eruditos. Videndus præ ceteris  
Isidorus (*Originum* Libro xx. Cap. 11.)  
& Cœlius Rhodiginus [*Lectionum anti-  
quarum* Libro ix. Capite xvi.] Mar-  
tialis [Lib. xiv. Epigr. 222.] de Pisto-  
re quodam dulciario dixit.

*Mille tibi dulces operum manus ista  
figuras  
Exstruxit &c.*

(Alibi melle legitur, sed primum magis  
probatum.) Ea nobis recensere visum est,  
ut globosi panis superficies in varia seg-  
menta ornate distincta, aliquo vetusta-  
tis testimonio illustraretur, nec temere  
rotundam eam figuram, quæ a Fabret-  
to *Mola* nuncupatur, Panem represen-  
tare adfirmaremus, sive potius temere  
adfirmatum putaretur. Inquit Varro  
[Lib. iv. *de Lingua Latina* Cap. xxi.]  
*Panis, quod primo figuras faciebant mu-  
lieres in panificio PANIS, posteaque  
figuras facere instituerunt alias &c.* Isi-  
dorus vero citato loco, a *nāy* dictum  
putat, quod cum omni cibo appona-  
tur.

appellat (1). *Supinum, Pronum, Coum, Chium* (2). Vide sis Liberti Fromondi Commentarium in Lucii Annæi Senecæ ΑΠΟΚΟΛΟΚΥΝΤΩΣΙΝ Claudii Cæsaris, Observatione centesima trigesima quarta. Ea me hercle, quæ in Gemma sculpta sunt, non ideo mortis imaginem proferunt, ut moribus castigandis prodesse, ludique, ac joci contemnerentur. Sed contra deliciarum illecebris perfruendum esse (impie sane, ac subdole, verfuteque), exstimulant; Mors enim parata semper est cuique occurrere; ac propterea comedere, bibere, lætari, & rebus uti; Una est arcana gemmæ sententia, & mysticum infanum documentum. Ideo Achates Sardonicus a Bonarroto illustratus (3), præfert hominis Scheleton, Bullam, item Papilionem, Corollam, Urceum; quin etiam literas ΚΤΩ ΧΡΩ. quod est *posside*, atque *utere*.

(1) Histor. Animalium. Lib. II. Capite 1.

(2) In hoc *Talorum* ludo *Venerem* expressam fuisse dicendum est. Cicero 1. *De Divinatione*, inquit. *Ita ne vero quidquam potest esse ita casu factum, quod omnes in se habeat numeros veritatis? Quatuor Tali jacti casum Venerem efficiunt.*

Plinius Martialis. Libro XIV. Epigram. XIV. de jactu *Talorum* felice, qui *Veneri* tribuebatur.

*Cum steterit nullus vultu tibi Talus eodem,*

*Munera me dices magna dedisse tibi.*

Idem, Lucianus in *Amoribus* prodit, ejus verba heic minime adferimus, quod bis a Bulengero adlata sint in Li-

bro *de Ludis privatis* &c. alibi a nobis laudato. Ad Cap. LVIII. pag. 57. & Cap. LXI. pag. 61. *De Talis* non nulla item aperit Bulengerus in Prolusione, nec non Cap. 1. ejusdem Opusculi.

Luciani locum adtulit quoque Ficorinius in Libro *de Talis*, aliisque Ludorum instrumentis apud Veteres Romanos frequentioribus, quem Romæ edidit Anno MDCCXXXIV. Typis Antonii de Rubeis, idiomate, quo vulgo utimur in Latio, descriptum.

Duos *Talos* antiquos, unum *Vitreum*, alium *ex Aere*, ambos integre conservatos, vidimus Romæ in *Museo Victoriarum*.

(3) *Offervazioni sopra alcuni Frammenti di Vetri antichi* &c. pag. 193.

utere . Producendus modo Titus Petronius Arbitrator coenam Trimalchionis enarrans (1) . Potantibus ergo , ait , & accuratissimas nobis lauticias mirantibus , Larvam argenteam adtulit servus , sic aptam , ut articuli ejus , vertebræque locatæ , in omnem partem flecterentur . Hanc , quum super mensam , semel iterumque abiiecisset , & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret , Trimalchio adiecit .

Heu , heu nos miseros : quam totus homuncio nil est !

Quam fragilis tenero stamine vita cadit .

Sic erimus cuncti , postquam nos auferet Orcus .

Ergo VIVAMVS , dum licet esse bene .

Eadem de caussa duo parvula cadaverum Scheleta in Epitaphio Critoniæ , quæ dicitur POPA . DE . INSVLA . apud Fabrettum (2) , utrimque insculpta fuisse suspicamur , licet idem eruditissimus vir , integra eo tempore cadavera tumulari consuevisse , solummodo argumento inferat : quod tamen fortasse corruit , quum marmoris altitudo , ac latitudo , palmos duos cum dimidio circiter , pene attingat ; est enim quadratæ for-

K mæ ,

(1) *Satyricon* . Capite xxxiv . edit. Coloniae Allobrogum . M . DC . xxix . pag . 131 . Sed vide pag . 139 . in notis ubi versus secundus ita restituitur .

Plura adfert Justus Lipsius : *Saturnalia Sermonum* Lib . i . Cap . xix . ex antiqua sepulchrali inscriptione .

AMICI  
DVM VIVIMVS  
VIVAMVS

Et *Antiquar . Lectio* . Lib . viii . ex con .

vivali adclamatione . EENE VIVAS .

(2) Fabrettus *Inscript . Domestic .*

Cap . i . pag . 17 . num . 75 . sic habet .

CRITONIA . Q . L . PHILENIA  
POPA . DE . INSVLA  
Q . CRITONI . D . L . DASSI  
SCALPTORIS . VILARI  
SIBI . SVISQVE . POSTER  
EOR .

Vide sis pag . 56 . ubi in Notis hoc monumentum illustrat .

mæ, & totum erat operculum urnæ sepulcralis, & cinerariæ; Idem extra nostram quæstionem protulit quoque Boldettus (1), qui Fabrettiani amanuensis negligentiam corripit, atque emendat [2], & genio Sculptoris tribuit illas sculptas imagines. Nos certe mysterium Larvæ Petronianæ illic deprehendimus. Ob id pariter putandum duas anulares Gemmas opere dioglyphico antiquitus elaboratas fuisse, in quibus ex albo, nigra remanente area, duæ hominis tibiæ decussatæ conspiciuntur. Utraque exstat in *Museo Victorio*, in quo item, quantævis exiguitatis Carneolæ, Caput mortui hominis insculptum suspeximus. Sed de his rebus, jam dictum abunde est. Confer, quæ de Libitina, seu de Venere Epitymbia, alibi (3) differuimus, & ea pariter, quæ de falsa Veterum Philosophia, ac Theologia pro occasione supra (4) adnotavimus.

## CAP. XXII

Gemma ab Aulo sculpta, sæpe ab aliis antiquis sculptoribus, eodem typo repetita.

**G**emmæ autem nostræ dignitatem, seu præstantiam expendentes, illud etiam Lectori erudito notum esse volumus, valde multum apud antiquos eandem in pretio habitam fuisse, ac demiratam. Ea porro, quæ animum nostrum movent, atque ad imitationem excitant, & inflam-

(1)  *Osservazioni sopra i Cimiterj de' Santi Martiri*. Libro 1. Capit. XVIII. pag. 74.

(2) Tituli a Fabretto adlati ultimas lineas, legit sic.

SCALPTORIS . V . CLARI  
SIBI . SCISQ . POSTER.  
E O R .

(3) Nempe Capite VII.

(4) Capite XVIII.



flammant, aliquid magnum, nobile, atque honestum præ se ferre judicamus. Igitur, ut ut innotuit in *Museum Victorium* hanc ipsam Gemmam pervenisse Anno MDCCLXXXV. Quinto Eidus Junii, quam multi fuere, qui studio rerum antiquarum, & eruditionis quoque causa ectypa ex sulphure, cera, (quam ab ejus origine, Hispanicam nuncupare solemus), gypsoque poscebant: at vero pauci obtinere, tenera, mollique cera, ac pollice sæpius tractata, imaginem anaglypham impressam. Sed enim nonnulli ectypa aliunde impetrarunt etiam ex sulphure, & quidem ab originali ducta, statim ac e terra emerferat, nempe ab iis, qui primi, negociationis causa, Gemmam sibi comparare conati sunt, a quibus multa numerata pecunia, tandem redempta fuit. Unum ex his ad manus Philippi Stofchii, forte Florentiam pervenerat, qui opus egregium vetusti Artificis admiratus, Romam ad amicum sibi virum parvulam thecam paullo post per tabellarium misit, ac duo ectypa ex sulphure, cynnabari consperso in ea reposuit (1), quæ ex duplici vitro antiquo diversæ magnitudinis, utroque penes ipsum exstante, (pastas antiquas dicunt), data opera eduxerat. In iis idem argumentum expressum est, nempe Venus ludens agitatio indi-

K 2

ce

(1) Modo cum ipsa insigni Gemma studiosis rerum antiquarum ostenduntur exstant Romæ in *Museo Victorio*, & non infrequenter.

ce calamo , & Amor circum advolans , ut in *Gemma Victoriana* (1) , sed non ita diligenter , ac gnaviter delineata omnia , uti ab *Aulo* studiosissime perfecta sunt ; ita ut opinionem , atque sententiam comprobantibus claris nostro ævo Pictoribus , aliisque omnibus , qui acri in hac re judicio pollent , sæpius ab antiquis alias Gemmas ad *Auli* exemplar delineatas , insculptasque , tuto existimaverimus . Quod quum hercle ita sit ; ab eodem multiplici imitationis studio , *Auli* opus perfectissimum , & omnibus numeris absolutum , etiam ab vetustioribus judicatum fuisse , facile evincitur .

## CAP. XXIII.

De cælatura , inferioris ævi pertinente ad illustrationem *Gemmæ Vi. Borianæ* .

**Q**UUM tamen plura in hac Dissertatione dicta , atque tractata sint de antiquis Gemmarum Sculptoribus , locus , ac res , de qua agimus postulare videntur , quomodo ad nostram usque ætatem ars adeo excellens propinquaverit , demonstrare . Etsi vero multum temporis spatium interfit , quo in hoc sculpturæ genere nullius Artificis opera , neque nomen indicare potuerimus ; attamen rem utilem futuram , rati sumus illos Gemmarios cælatores inferioris ævi , ordinata quadam serie , in conspectu ponere , qui a nonnullis memorantur . Pertinet & hoc ad illustra-

(1) Vide sùs Capite IV. & item eleganter admodum incisam , vide Capite XV I I. Tabulam autem æri pite I. pagina I.

illustrationem nostræ Gemmæ , ut infra (1) legentibus innotescet .

**B**. Arbaris equidem temporibus , scilicet post occasum Romani Imperii , in Orientalem , atque Occidentalem Monarchiam distracti , plures Gemmæ insculptæ fuerunt a Græcis , & Latinis , Dogmatibus Orthodoxis addictis , aliæque pariter ab Eterodoxis , quarum aliquæ æri incisæ , & publicis typis excusæ in vulgus illustratæ prodierunt ; plures autem adhuc latent in Museis clarioribus . Verum minime noti sunt illorum artifices , quorum nulla umquam mentio occurrit apud Scriptores coævus ; etsi nonnullæ insculptæ Gemmæ aliquando obiter memorentur . Illas igitur omnes missas facio , quod non utique gemmas , sed gemmarum cælatores proferre , & quoad licet enumerare decreverim . Joannes Albertus Fabricius in Bibliographia Antiquaria , *De Glyptographia* , ita generaliter scribit (2) . *Fuit hæc scientia , quasi postliminio revocata ab Ursino , Gallæo , le Pois , Pierio Valeriano , Gorlæo , Chiffletio , Kirkerø , Augustino Romano , Caninio , Bagarrio , Reicheltio Argentoratensi , aliisque .* Ea vero fuit Fabricii mens , ut quosdam recentiores Scriptores , qui de Gemmis antiquis cælatis tractarunt , indicaret : nullo modo , Gemmarum Sculptores antiquos , aut recentiores . Pri-

CAP. XXIV  
Sculptores complures , qui Gemmas inciderunt ævo inferiori , in obscuro .

(1) Vide Cap. xxvi 1 .

Edit. 11. in 4. Hamburgi , & Lipsiæ .

(2) Cap. v. Sect. 11. §. 5. pag. 125. An. MDCCXVI.

CAP. XXV  
 Georgius Vasarius  
 laudatur . Qui  
 ab eo memoratur  
 Gemmarum cæla-  
 tores indicantur ,  
 aliique proferun-  
 tur in lucem .

**P**rimus avorum nostrorum memoria , quo-  
 rumlibet eorum , qui sua ætate florebant ,  
 meminit , sive potius putavit meminisse , Geor-  
 gius Vasarius in Libro de Vitis Architectorum ,  
 Pictorum , Sculptorumque (1) . Itaque *Valerius*  
*Vicentinus* , ejusque *filia* ab eo memorantur : item  
*Joannes a Castro Bononiensi* nuncupatus , quorum  
 egregia aliquot opera servantur Romæ in *Museo*  
*Strozio* , nobisque olim videndi copiam fecit ,  
 dum viveret , clarissimus Præsul Leo Stroza , do-  
 ctrina , probitate , atque humanitate conspicuus .  
 Hi duo memorati cælatores Gemmarum , nomen  
 quoque suum , in Gemmis ab se sculptis incide-  
 runt . Laudantur etiam a Vasario *Aloysius Ani-*  
*chinus* Ferrariensis , & *Alexander Cesati* , seu *Ce-*  
*sari* , dictus cognomento *Græcus* , eorumque om-  
 nium mentio habetur in Vita *Valerii* indicato lo-  
 co . Merita quoque laude commendatur *Domini-*  
*cus* , qui ab eodem Vasario , in Vita *Alphonfi*  
*Ferrariensis* Sculptoris , dicitur *di Polo* , itemque  
*Intagliatore di Ruote* (2) . Is *Alexandri Medices*  
*Ducis Reipublicæ Florentinorum* imaginem inci-  
 dit , quum ab præstantioribus ea ætate viris se  
 pingi , effingi cera , cretaque ; marmore pariter  
 insculpi , & in monetis etiam (3) , ac Numif-  
 matibus exprimi cuperet , ac mandaret . Numif-


ma

[1] Parte II. pag. 862. 863. e 864.  
 Ediz. di Firenze MDL. appresso Loren-  
 zo Torrentino .

(2) Ibidem . pag. 780.

(3) Adi Tractatum de FlorenAurco  
 illustrato . Parte II. Cap. xx.

ma argenteum ejusdem Alexandri , quod incidi curavimus , & in gratiam illorum , qui ejusmodi monumentis delectantur , heic adponimus ,



elegantissimum est , servaturque Romæ in *Museo Victorio* , opus fortasse Benvenuti Cellinii , qui monetas incidit ; sive potius *Francisci Pratenfis* , Hieronymi filii (1) . Quum Cellinius , neque in Vita sua [2] , neque in suis *Tractatibus* (3) de hoc numismate ullam mentionem fecerit , aliis pluribus ibidem ab ipso memoratis . In editis autem ejusdem Georgii Vasarii Voluminibus apud *Hæredes Evangelistæ Dozzæ* , Typis Bononiensibus , iisque auctis , ornatisque imaginibus quamplurium *Pictorum* , *Sculptorum* , atque *Architectorum* , ante omnes , in Vita *Valerii Vicentini* , aliorumque (4) , memoratur *Joannes* quidam  
Flo-

(1) *Adi Vasarium* in Vita *Alphonfi Lombardi Sculptoris Ferrariensis*. Parte II. pag. 780.

(2) *Vita di Benvenuto Cellini Orefice* , e *Sculutore Fiorentino da lui medesimo scritta*. Colonia per *Pietro Martello* .

(3) *Due Trattati di Benvenuto Cellini Scultore Fiorentino* . *Uno dell'Oreficeria* , *l'altro della Scultura &c.* Firenze . MDCCXXXI. Vedi il *Trattato dell'Oreficeria* .

(4) *Vasari Vite &c.* Par. II I. *Primo Volume* . pag. 291. e seguenti .

*Florentinus*, dictus *delle Corniole*, qui auspice Laurentio Mediceo, artem insculpendi gemmas didicerat ab extraneis nonnullis artificibus, ab eodem Laurentio Florentiam accitis, & invitatis. Memoratur item *Dominicus* Mediolanensis artifex, ab suis operibus nuncupatus *de Camei*. Post illos *Petrus Maria de Piscia* commendatur, nec non *Michaël*, vulgo dictus *Michelino*, quorum opera, vel recensentur, vel laudantur. Coævus *Valerii Vicentini*, ac *Joannis Bernardii de Castro Bononiensi*, fuit *Matthæus Nassarius* Veronensis (1): Item *Nicolaus Avantius*, & *Galeatius Mondella*. Artis modos ab Matthæo percepit aurifex quidam Veronensis, claudus, ideoque nuncupatus *lo Zoppo*. Didicere pariter Frater *Dominici Brugia Sforzi*, duoque nepotes ipsius, aliique plures Itali, & Galli homines. Parmæ floruit pictura, ac non ita multo post, Gemmarum etiam sculptura *Marmita*, ejusque filius *Ludovicus*. *Joannes Jacobus Caralius* claruit apud Regem Polonorum, a quo multis muneribus ditatus, ornatusque fuit. *Franciscus Francia* picturæ laude celebratur, gemmarumque, & numismatum sculptura. Commemorantur quoque *Joannes Antonius de Rubeis*, Mediolanensis: *Cosmas de Trezzo*: *Gaspar*, ac *Hieronymus Misuroni*, & *Jacobus de Trezzo*. Hic laudatur ab Abrahamo Gorlæo in

Præ-

(1) Hunc, & alios Veronenses recenset Vir cl. Scipio Marchio Maffejus. *Verona illustrata*. Parte II. Cap. vi. Columna 193. Editionis in fol.

Præloquio Dactylithecæ suæ (1), ubi sigillis incidendis, scalpendisque, maxime omnium adhibitos fuisse inquit Achates, Onyches, & Sardas: *Soli Adamanti ob indomitam, ut credebatur duritiem parvitum, sed hunc quomodo vitiaret ætas etiam reperiit, primusque inventi auctor celebratur Mediolanensis quidam Jacobus Treccia, qui Philippi Hispaniarum Regis gentilitia insignia Adamanti summa arte insculpsit: Camillus Leonardus, qui Speculum Lapidum edidit [2], memorat suo ævo Romæ gemmarum sculptura celebrari (3) Joannem Mariam Mantuanum: Venetiis, Franciscum Nichinum Ferrariensem [4]: Januæ, Jacobum, aliter Taglicarne (5): Mediolani, Leonardum Mediolanensem. Masinius (6) laudat Matthæum de Benedictis, & Marcum Aetium Moretum, quem Joannes Baptista Pius, ut Chloridem in lapillo effingat, amice, ac studiose, ita hortatur (7), quemadmo-*

L  
dum

(1) Pagina 10. primæ editionis.

(2) Venet. MDXVI. & iterum Parisiis 1610. Opus vero, Sacræ Congregationis, ab Indice nuncupatæ, decreto, jure, meritoque damnatur.

(3) Libro 111. Cap. 11. Vide pag. 168. edit. 2.

(4) Ibidem Cap. 11.

Fortasse hic idem est *Aloysius Anichinus* Ferrariensis a Vasario laudatus: ve-reor enim in describendo nomine erratum obrepisse. Alii viderint, an *Franciscus* Aloysii Frater fuerit.

[5] Ibid. Lib. 111. Cap. 11.

Raphaël Sopranus Jacobum appellat *Taglicarne*, ejusque vitam descriptam reliquit, opere posthumo cum aliis vulgatam hocce titulo. *Le Vite de' Pittori*,

*Scultori, ed Architetti Genovesi, e de' Forastieri, che in Genova operarono &c.* Genova. MDCLXXIV. Vide paginas 20. & 21.

[6] Masini. Antonio di Paolo. *Bologna perlustrata &c.* pag. 739.

(7) *Elegidia Joannis Baptiste Pii Bononiensis*. Vide Lib. 19. Eleg. XI. Quod vero hunc Librum viderimus tantum in Bibliotheca Archigymnasii Urbis, non piget editionem quoque recensere. Igitur post carmina legitur. *Finis Elegidion Pii Bononiensis*. Deinde. *Impressum Bononiæ per Joannem Antonium ðe Benedictis Civem Bononiensem. Die xx. Decembris. M. D. IX. Sedente Julio Ligure Quercenti II. Pont. Max.*

dum in edito vetusto exemplari legimus .

*Pirrheici sæcunde nepos : cui prisca Minerva ,*

*Corpora in exiguo fingere dat lapide :*

*Parvarumque colos parvo exorare lapillo :*

*Qui mortem æterna vivere ab arte facis .*

*Si te fama juvat : merces si perpetis ævi .*

*Si tua post cineres cæla virere cupis .*

*Chlorida mi viridem cæla : tamen aspice ne dum*

*In lapidem , illa tuam sculpat imago animam :*

*Quam comitant paphia centum cum matre volucres ,*

*Mellitisque premens morfibus ora vapor .*

Eodem Sæculo XIV. *Philippus Sanctacrucius* Urbinas , diminuto vocabulo nuncupatus *Pippo* , (quod ceteris suæ gentis (1) cognomentum fecit) , sculpsit Ebur , Coralium , Gemmas , & item Cerasiorum ossa , in quibus varias Historias , tum Sacras , tum profanas eleganter expressit . Hæc minima opera nobis in mentem referunt nomen *Hieronymi Veronensis* , *Francisci* filii , qui appellabatur *da i Libri* , quod Libris pingendis , atque ornandis operam daret (2) . Is pictura effingebat sculptas , atque insculptas Gemmas , in quibus imagines formicæ modulum non excedentes comparent , earumque partes , & membra singula , mirum quantum discernuntur ! *Julius Clovius* pariformiter in minimis ita diligenter se gerere consueve-

(1) Raphaël Sopranus &c. *Le Vite de' Pittori , Scultori &c.* pag. 303. e 304. De novo adsumto , sive potius tributo filii cognomine . Vide pag. 196.

scilicet in *Vita Matthæi* , & *Fratrû Sanctacruciorum* , qui omnes a vulgatissimo Patris nomine *Pippi* dicebantur . (2) Vasari. Par. II I. Vol. I. pag. 278.



fueverat, ut in libris, circa quasdam ab se pictas Historias, spatia nonnulla, haud aliter orna-  
ret (1). Ex illis memorare oportet Spectacula, five Ludos Populo Romano olim datos ad Col-  
lem Testaceum, quorum meminit vetus Urbis Statutum [2]. In eis vero, tam multa penni-  
cillo delineavit Clovius, ut veritatis fines exce-  
dere videatur, si quis velit exacte describere; & tamen verum est, omnia sine impedimento re-  
cenferi posse: adeo ut, famulorum variegatæ ve-  
stes, quas Cardinalis Farnesius ea occasione divi-  
tes admodum protulit, illam picturam præstan-  
torem reddant. De *Sigismundo Laïre* testatur  
Joannes Balleonius (3), quod in lapillis pretio-  
sis Achate, Carneola, atque aliis hujusmodi  
frequenter pingeret, quæ aliquando breve unguis  
spatium digiti minoris æquabant; & tamen octo,  
vel sæpe pluribus imaginibus ornatissimam histo-  
riam in eisdem efformare solebat, quibus dili-  
genter expensis, nihil deesse dixeris ad habitum  
omnis perfectionis. Multi autem pictura, ac cæ-  
latura Viri clari facile occurrent, qui in exequen-  
dis minimis operibus, se quam maxime exercue-  
runt, & hoc ævo pariter exercent. Sed Gem-

L 2

marum

(1) Idem. Par. III. Vol. II. pag. 262.

(2) Libro III. Capite LXXVII. us-  
que LXXXVIII. Edit. in fol. majori  
Paullo II. Summo Pontifice, servatur-  
que Romæ in Bibliotheca privata Vi-  
toriorum. Rarissimam hanc editionem,neque hætenus alibi vidimus in publi-  
cis, ac privatis Urbis Bibliothecis, ne-  
que venalem in Officinis, atque in plu-  
teis Bibliopolarum.(3) *Vite de' Pistori, Scultori &c.*  
pagina 353.

marum Sculptura sub idem tempus claruit Romæ *Antonius Dordonius*, ut liquet ex lapideo ipsius Epitaphio, in pavimento Ædis Aracœlitanae posito, ubi adhuc existit, quod ipse met exscripsi, & in nupera ejusdem sacri Capitolini Templi Historia adfertur (1), cujus sequens est exemplum.

D . O . M

ANTONIO DORDONO NICOLAI FILIO  
E CIVITATE BVXETI VIRO PROBO  
AC IN INCIDENDIS ET SCVLPENDIS  
IMAGINIBVS IN OMNI GEMMARVM  
LAPIDVMQVE PRETIOSORVM GENERE  
EXIMIO ATQVE PRIMARIO QVI CVM  
ANNVM AGERET ÆTATIS SVÆ LVI  
AD SVPEROS REDIIIT XVIII  
KL MAII MDLXXXIIII

*Heic sculpta sunt insignia Dordonii.*

SILVIA POPPIA VSVFRVCTVARIA  
VIRO SVO BENEMERENTI P.

*Heic duæ hominis tibiæ decussatæ, vittaque  
in medio religatæ.*

Pomponius Gauricus Neapolitanus in Libro de  
Scul-

[1] *Memorie Istoriche della Chiesa, e Convento di Santa Maria in Araceli di Roma. MDCCXXXVI. Capitolo v. §. XVII. Num. VI. pag. 187.*

Ibi, lin. 4. inversa litera V. sectaque bifariam ad orizontem, legitur SCALPENSIS.  
Ibidem, linca prope ultimam, POPPIA.

Sculptura, five Statuaria, quem ad Herculem Ferrariæ Principem misit, agens de claris Sculptoribus antiquorum (1), mox duos aurifices ætatis suæ laudare pergit, *Pharadoxum* Mediolanensem, & *Franciscum Furnium* Bononiensem. Nam *Severum Ravennatem*, ipse ait, *ideo ad extremum distuli, ut plenius laudarem . . . . . Is mihi quidem videtur Statuariæ numeros omnes adimplere. Sculptor, Scalptor, Cælator, Defector, Plastes, Pictorque egregius &c.* Quare Gemmarum etiam Cælatorem fuisse suspicari licet, nec immerito aliis ejusdem artificii peritis adnumerari debere. Illis pariter jungendus fortasse est *Flaminus Natalis*, cujus sepulchralis Titulus marmoreus, jam nunc diuturna, molestaque pedum, focculorumque frequentia, pene deletus, legebatur olim Romæ, in solo, seu pavimento Sacræ Ædis, ad honorem Sancti Petri Apostoli Deo dicatæ in Monte aureo, quam vulgus, (ut non raro solet accidere), vitiata, corruptaque recta pronuntiatione, nuncupat *San Pietro Montorio* [2]; conjecturis etenim locum præbet haud aliter interpretandi. Si quidem iis laudibus refertum est Epigramma, ut *Flaminii* egregium ingenium, nullis limitibus in mechanicis operibus circumscriptum fuisse satis liqui-

(1) Cap. xvii.

(2) Hanc sacram Ædem colunt Fratres, quos dicunt Tertii Ordinis Sancti Francisci Assisiensis: iique foccis lignis

utuntur. Populus Templum adit memoriam recolens Sancti Petri Apostoli: ibi enim inverso capite Crucis defixum referunt probati Scriptores.

liquido adpareat. Ediderat hunc Titulum Gaspar Alveri in Romana Urbe illustrata (1), nullatenus servato linearum ordine, quem vix licuit primis tantum lineis ita restituere.

D . O . M  
 FLAMINIO NATALI  
 INSIGNI INSIGNIORVM EFFECTORI  
 NOVORVMQVE ARTIFICIORVM  
 FOECYNDISSIMO ATQVE  
 EXCELLENTISSIMO INVENTORI  
*novo viventi natali, qui diem  
 suum clausit v. Octobris Anno  
 c1o10xcvi. Ætatis suæ LV.  
 Fiordeligi Gratinichi Uxor bene  
 mærens posuit.*

Reliqua pendent a fide primi editoris, quum lapis, adeo lævigatus modo spectetur, ut nulla in eo verborum vestigia perspiciantur. Horum omnium illustrium Virorum nominibus addenda sunt eorum quoque nomina, qui Sæculo xvi i. eodem officii, seu professionis genere floruerunt; sed apud Scriptores, de hac re altum omnino silentium, illorum memoriam abolevit, atque extinxit. Ineunte Sæculo, non paucos floruisse testantur opera,

[1] Roma in ogni stato. Tomo II. pagina 319.

quæ adhuc supersunt. Vidimus equidem Carneolam affabre sculptam cum imagine Paulli v. Pontificis Maximi oblique cælata. Anulo aureo inserta ea est, cujus in parte una, Aquila; in altera, Draco, (quæ sunt insignia Domus Burghesiæ), encausto nigri coloris accuratius exprimuntur. Anulus apud Summi Pontificis atnepotes hactenus existit; Ectypon vero ab ipso anulo desumptum vidimus in Museo Victorio, neque auctor operis, quis fuerit, elucescit. In Sacrario Basilicæ Vaticanæ sex argentea candelabra deaurata adservantur una cum Cruce, opere elaboratissimo confecta. Crucem, ac bina eorum, pretio scutorum quindecim millium (1) comparata, Alexander Cardinalis Farnesius, olim S. R. E. Procancellarius, & Basilicæ Archipresbyter, eidem dono dedit (2); reliqua Franciscus Cardinalis Barbari-

nus,

(1) Vide Ciacconium in Vitis Pontificum &c. Tomo III. ibi in elogio Alexandri Cardinalis Farnesii, Columna 561. Crucem, & duo Candelabra aurea fuisse scribit; vulgo autem, etiam nunc aurea existimantur.

(2) Id opus Antonio Faventino tribuit Joannes Balleonius [Vite de' Pittori &c. pag. 109.], de quo ita fatetur. *Fece per il Cardinale Alessandro Farnese la bella Croce d'argento con Candellieri, che il Cardinale donò a S. Pietro in Vaticano suo Arcipretato; e fù il più bel lavoro, che in quel genere si sia mai potuto fare. Sonni gran figurine in diverse attitudini composte, ed abbigliamenti varj di diverse bizzarrie di maschere, di festoni, d'animali di diverse sorti: ed in fatti è la più bella opera, che di quella maniera si sia mai veduta: sicchè egli*

fama, onore, ed utile grandemente acquistonne &c. Mirum tamen, quod de sacris Historiis e crystallo montano excisis, & Cruci insertis, Candelabrisque, Scriptor silverit.

Hic artifex sane præstantissimus Romæ obiit nonagenarius Anno MDCIX. Mense Octobri, Die xxix. tumultus ad Ædem a Sancto Blasio Episcopo, & Martyre nuncupatam in Via Julia. Ipsi nomen legitur in axe Crucis, ubi dicitur Antonius Gentilius Faventinus. Memoria hujus donationis existantibus characteribus expressa est in Stylobate Crucis, parte antica. & in extremitate triangulari Candelabrorum Cardinalis Farnesii legitur in parte una ΠΑΡΑΡΑΩΣΟΜΕΝ. In altera ΔΙΚΗΣ ΚΡΙΝΟΝ. Tertioque latere ΒΑΑΑΟΥΤΩΣ. unicuique loco expresso altero emblemate.

nus, pariter Archipresbyter ejusdem Basilicæ. Quæ Apibus distinguuntur, Gentilitiis Familiæ suæ Insigniis, variis locis ab eximio artifice (1) apte dispositis. In ima uniuscujusque parte, quæ tribus constat lateribus, inserta sunt e crystallo montano (inversa cælatura, ut exstantes adpareant figuræ), Toreumata sacra, summo cum studio excisa: singula singulis. Rotundæ formæ muneri Farnesiano; ovatæ figuræ Barbarinio. Prima sunt operis omnino incomparabilis, ab Joanne de Castro Bononiensi perfecta, ut legitur apud Vasarium (2): Altera, constans est traditio apud Sacristas, ab foemina quadam absoluta: Sunt vero aliis longe deteriora. Quæ autem ea fuerit, divinare non ausim. Una tantum Valerii Vicentini filia ab Vasario memoratur, quæ ad Francisci Cardinalis ætatem pertingere profecto non valuit. Putandum tamen, eam elaborasse, ac postmodum ab Cardinali Barbarinio ad ornatum Candelabrorum suorum destinata. Libuit omnia simul heic memorare, ne alia ab aliis diducerentur,

(1) Quatuor Candelabra, quæ Franciscus Cardinalis Barbarinius, muneris Farnesiani pius æmulator, Vaticanæ Basilicæ tribuit, ab *Carolo Spagna* conflata, atque expolita fuisse inquit, qui multis ab heinc annis eidem Basilicæ additi sunt, jugi sacre supellestilis custodiæ adsignati; iique ab antecessoribus acceperunt. Idem & alii adfirmant.

(2) *Delle Vite de' più eccellenti Pittori, e Scultori &c.* Parte XI. Vol. I.

pag. 292. Ediz. di Bologna. M. DC. LXIII. In uno ex illis crystallois Toreumatibus rotundæ figuræ, memini me legisse, (adhibita lente crystallina). MVZIVS S. A. F. Scriptum autem est lineis duabus, caractere quam minimo. Quis tamen ille sit, qui nomen suum ita descripserit, fateor me latere; Quum nullus ex supra memoratis cælatoribus eo nomine appelletur. Sed si cælatorem dixerimus, Vasarius facile deciperetur.

tur, & ne Sæculo XVII. injuriam adferrem, si forte aliqua ad illud pertineant, in quo certe contigit adhiberi, atque ad usum designari. Sed Veteribus quoque crySTALLINA, & item vitrea quædam opera (1) frequenter insculpere familiare fuit, quo pacto nostra ætate Vasa CrySTALLINA quam multa, Cyathos, & Crateres, Ampullas, Gabatas, Lances, Lebetas, Malluvium, Pollubrum, Urceolos, Salinum; denique omnis generis vascula, rotis circum excisa ex Bohemiæ Regno ad nos deferuntur; nec non ex nostra Italia, e Murano prope Urbem Venetiarum, vario ornatu excultissima. Unus Gemmarum Sculptor, cognomento dictus *il Borgognone*, claruit circa Annum MDCLXX. in officinis Gazophylacii, & Musei Medicei, notus Viro cl. Petro Andreæ Andreinio, dum vixit (2). Circa finem anni millesimi sexcentissimi, Romæ innotescebat quidam *Adonius*, cujus institutum peculiare fuit, manus invicem junctas in Cameis exprimere, quod hujusmodi opellæ non raro venundarentur, ab iis qui matrimonio jungebantur, in fidei symbolum

M

expe-

[1] Antiquorum opera ita elaborata, quæ exstant in *Museo Vaticanorum*, sunt funis, sive potius rudentis nodus implexus crySTALLINUS. Fragmentum signi semipalmaris optimæ notæ. Item tabula, in qua Tygris cubans, cum tyroso, atque altera effracta cum lauri ramo, quæ seriniorum ornamento fortasse destinatæ erant; atque alia hujusmodi.

Sed Vitrea quoque veterum Cyathorum fragmenta ibidem me vidisse memini eadem arte signata figuris, animalibus, symbolis, mæandris, aliisque typis ornamentorum, quibus modo sua opera excolunt recentiores artifices.

(2) *Adi Gorium* in *Columbario Libertorum*, & *Servor. Livix Aug. & Cæsarum*, pag. 155.

expetitæ, atque coëmptæ. Gemmam antiquam exhibemus exstantem in *Museo nostro*, eodemque emblemate insignem, cujus epigraphen. ΕΥΤΥΧΩC ΟΜΟΝΟΙΑ. scilicet *Feliciter concordia*, vulgavit Gorius in Volumine I. Musei Florentini (1);



in eaque puellæ dextera ornata est *Armilla*, de quo ornamenti genere multa paullo ante differabamus (2). Ineunte vero Sæculo XVIIII. memoratur adhuc homo Gallus, cognomento *Rey*, qui plures gemmas anulis inferendas scalpebat. Ex multis Smaragdum indicabo cum imagine D. Caroli Albani, Clementis XI. Fratris filii, ab se insculpta. Item gemmam signatoriam, Insigniis gentilitiis Marchionis Castri Sancti Viti, Hieronymi Theoduli Patricii Romani distinctam, ac decoratam. Hunc eundem Virum numismatibus scalpendis pariter studuisse, testatur Emmanuelis


[1] Classe I. pag. 55.

[2] In hac Glyptographica Disserta-

tione. Capite x. Vide item Cap. XI. Cap. XII. & Cap. XIII.



nuelis Theodosii Cardinalis Bullionii Nummus eximii operis fusus ex aere coronario, seu aurichalco, & argento tenuissimo bracteatus, in quo protome illius, pectore tenus, oblique expressa est, ab area nummi valde prominens. Pluviali decoratur ornatissimo, & Mitra pretiosa cum infulis post tergum dependentibus. Circum legitur. EMMANVEL. THEOD. CARD. BVLLIONIVS.



Sub imagine vero, literis quam minimis. SVZANDIT. REY. F. In postica nummi visitur idem Cardinalis, stantis habitu, Pluviali, ac Mitra indutus, malleoque Portam Vaticanæ Basilicæ, (quam vocant Sanctam), sollenni ritu adaperiens. Multis stipatus est Ministris sacris, Crucifero, Clericis cum candelabris, accensisque candelis utrimque adstantibus: Episcopis, militibus Helvetiæ cohortis, aliisque pluribus piis spectatoribus. In peripheria hoc est lemma. APERITE. PORTAS.

QVONIAM . EMMANVEL . In ima parte legitur .  
 ANN. IVB. MDCC. Area numismatis , post imagines;  
 Columnis , epistyliis , parastatis , zophoris , pro-  
 jecturis coronarum , fornicibus , pavimento , qui-  
 bus Basilicæ porticus exulta est , mire exorna-  
 tur , ut ostendimus adposito supra Schemate . Hoc  
 opus , quod in *Museo Victorio* adservatur , adeo di-  
 ligenti studio , totum viriculo perpolitum est , ut  
 nummus omnibus qui spectaverint , cusus omnino  
 videatur , & vix lente crystallina indicium ali-  
 quod fusionis emergat . Porro Cardinalis effigies ,  
 reliquæ imagines , characteres , atque ornamen-  
 ta , ita limata sunt , ut ars nihil ultra posse pro-  
 ficere , fatis ostendat . Sed alios Gemmarum cæ-  
 latores adhuc superstites , vel nuper defunctos ,  
 Capite insequenti commemorabimus .

CAP. XXVI  
 De Scalptoribus  
 Gemmarum no-  
 stra ætate floren-  
 tibus .

**I**gitur nostra quoque ætas celebranda est , &  
 forte fortuna , ceteris mediæ ævi tempestati-  
 bus præferenda ; multa etenim egregia opera ,  
 eodem artificio nuper elaborata , recenseri possent  
 veteribus omnino comparanda . Sed pro instituti  
 ratione , Viros claros ostendam , pauca tantum de  
 gemmis ab eisdem cælatis verba facturus . Lu-  
 bet omnibus anteferre nomen *Flavii Sirleti* Au-  
 rificis , Gemmarii , ac Cælatoris insignis , An-  
 no MDCCXXXVII. vita functi XVIII. Kalendas Se-  
 ptembris , videlicet Die xv. Augusti , cujus præ-  
 ter

ter Guillelmum Cardinalem Sirletum S. R. E. Bibliothecarium, agnatum suum, non infimā laus est, Gemmam cum Laocoonte insculpisse, una cum filiis, ac vario serpentum nexu, quam Gemmam, nempe Amethystinam, *Milord Duck de Beauford* secum in Angliam deportaverat, duobus annis ante Flavii obitum. Eam Sirletus consultissime hisce notis signavit  $\Phi. \Sigma.$  hoc est nomine suo, & cognomine, primis tantum elementis indicato. Delineatis vero antiquorum signis celeberrimis, videlicet Hercule Farnesiano: Apolline, qui *Ædibus Vaticanis* ornamentum præbet, loco qui dicitur *Belvedere*: Mercurio in *Ædibus Justinianæis*, qui insidet stanti arieti, dextraque innititur capiti illius; sinistra vero Caduceum tenet, gemmis omnes cælavit. Caduceum autem Mercurio ipse addidit ornamentis gratia. Signum quoque laudatissimum Marci Aurelii Bassiani Antonini, (cui *Caracalla* vulgatum nomen), quod custoditur in *Ædibus Farnesiorum*, eximie incidit. Requisitus ab Augustino Masuccio, celebri in Urbe Pictore, Caroli Marattæ Pictoris clarissimi effigiem, anulari gemma cælavit. Multas alias Gemmas eleganter sculpsit, in quibus memoranda est Carneola anularis, coloris pulchritudine præstans, ab eodem ipso cælata, Anno designato, ætatis suæ postremo; in eaque caput ridentis Fauni oblique expressum est, hederacea

coro-

corona redimitum, ac pelle caprina, (prout varii sinus arte facti indigere videntur) modo villosa, modo simplici, ac nuda, circa collum affabre disposita, siglis hisce adpositis. Τ. Φ. Σ. scilicet ΤΟΥ ΦΛΑΒΙΟΥ ΣΥΡΑΕΤΟΥ. servaturque modo in *Museo Victorio*. Reliquit Sirletus, & sui desiderium, & plures filios ex Anna Ciolli conjuge sua, quorum duo idem scalpendi Gemmas propositum sunt sequuti, *Franciscus*, & *Raymundus*. Hic paullo post decessit matrimonio junctus: Alter cum laude sese eodem studio quotidie Romæ exercet, patris famam adsequuturus. *Joannes Constantius* pari merito heic nominari debet, qui pluribus ab heinc annis Adamantem quoque tentavit, cælata in eo Neronis imagine; neque ab eodem avellendi sunt ejus filii *Carolus*, & *Thomas*, a quibus miro artificio plures insculptæ fuerunt gemmæ pretiosæ, & in dies inciduntur. Inter ceteras laudantur imagines Jacobi III. Regis Stuardi Romæ commorantis, Renati Cardinalis Imperialis, & Georgii Spinulæ pariter Cardinalis, nec non Episcopi Prænestini, jam olim Tituli Sanctæ Agnetis, nuper defuncti, quas gemmas suis nominibus distinxerunt. Laudandus itidem est *Dominicus Landus*, multis Romæ egregie insculptis gemmis clarus. Duæ inter eas, ovatæ formæ, sed transversæ figuræ anularem modulum excedentes laudabiliores videntur,

tur, in quibus arte magistra quatuor capita oblique exprimuntur. In una, Trajani caput cum Plotina uxore, quorum e regione, Marciana Trajani soror, ac Matidia Marcianæ filia, bina ac bina, se mutuo respicientia. In altera, Septimius Severus, & Julia, quæ *Pia* dicitur, *Felix*, & item *Domna*: ac contra, Septimius Geta, & Marcus Aurelius Antoninus *Caracalla*. Has gemmas ad usum Domni Michaëlis Angeli Corsii, Abbatis Congregationis Olivetanæ, *Dominicus* cælavit. Memorari etiam debet Cæsaris Augusti protome, laureo diademate redimita, & pectore tenus chalcædonio, moduli majoris, insculpta, cum thoraçe squammeo, ac gorgone in medio sita. Opus jussu Roderici Marchionis de Fuentes, Regis Portugalliæ in Urbe Oratoris elaboratum Anno MDCCXVI. Præterea memorare oportet imaginem Nicolai Duodo Comitæ S. R. I. Smaragdo formæ anularis eleganter ab eodem sculpta, dum Romanam Urbem incolet Venetæ Reipublicæ Orator, circa Annum MDCCXX. Nec reticendum nomen *Francisci Gbinghii* Florentini, qui multas gemmas in patria cælavit, addictus stipendiis Magnorum Etruriæ Ducum Cosmi III. ac Joannis Gastonii, (qui ultimus ex Gente Medicea Princeps regnavit); cujus post obitum, Neapolim, transmigrare voluit apud Carolum Borbonium Regem utriusque Siciliæ. Vivit adhuc ipsius pater,

ter, optimus pretioforum lapidum compaginator, Andreas nuncupatus. Neapoli iisdem operibus gemmarum sculpendarum claret *Antonius Pibeler*, annis quindecim circiter, aut viginti optime exercitatus. His adnumerandi sunt *Laurentius Natter*, & *Marcus Tufcher*, juvenes Alemanni, egregii, ac valde præstantes. Primus Juliam Titi Vespasiani, & Marcie Furnillæ filiam anulari gemma sculpsit ad typum illius, quæ maximi moduli est, & in celeberrimo Sancti Dionysii Thefauro Parisiis adservatur (1), cognomento autem suo ita signavit. NATTER. Alter imaginem sui ipsius cælavit Anno MDCCXXXIII. adposuitque nomen græcis characteribus exaratum ΜΑΡΚΟΣ. Valet hisce temporibus in eodem genere sculpendarum gemmarum, *Hieronimus Rosi* Etruscus, de Liburnio, ac propterea dictus, *il Livornese*. Floret item in Urbe Godefridus Graaftt Vir Hanseaticus, qui difficultate nominis pronunciandi apud nos Italos, vulgo nuncupatur *il Tedesco*, a regione, qua Romam perrexit, antonomasticum nomen adeptus. Hi vero sunt cælatores Gemmarum, quorum opera nobis innotuere: Omnes certe ingeniosæ artis peritia sequuturæ ætatis memoriam promerentes, & quos sera posteritas facile nobis invidet; pares difficile adsequatur. Erunt fortasse aliorum etiam nomina huc referenda,

(1) De ea meminimus Capite VII. hujus Dissertationis. Illud adire poteris.

renda, quæ lubentissime describeremus, sed multa adhibita diligentia, quum nos adhuc latuerint (1), recensere modo non licet.

**P**Lura tamen veterum Sculptorum anaglypha, & quidem præstantiora imitari ausi sunt nonnulli supra recensiti artifices, eodem antiqui cælatoris nomine inscripto, vel temere pro lubito immutato. Inter ea *Venus* anularis *Musei Victorii*, terque, quaterque efficta est opere anaglypho, ac diagraphico (2). *Laurentius Natter*, unus ex eis, quorum mentio habita est Capite præcedenti, quum Romæ degeret Anno MDCCXXXVI. nostræ Veneris statu observato, Danaëm effinxit in Carneola coloris optimi decore prædita, atque anularis formæ, ab exemplari dimidio circiter minori, demtoque ab dexteræ manus indice erecto calamo, palma autem expansa, imbreum aureum, quo ab Jove deceptam fuisse fabulantur, respicientem, ac recipientem expressit; in ima vero parte gemmæ, nomen *Auli* ita græce insculpsit ΑΥΛΟΥ. Qua ratione? non alia profecto, nisi ut suos labores carius vendat incautis, ac sciolis nostra ætate rei antiquariæ stu-

N

dium

(1) Forte & ultra montes aliqui sunt.

(2) Gauricus, in Libro de Sculptura, sive Statuaria. Capite XI. agens de Cælatura, & ejus Speciebus, ait: Species ejus Anaglyphice, quando exsculpi-

quando insculpitur ad impressuram: Encolaptice, quando laminae cudendo efformantur, quæ maxime ad aurifices pertinet. Item & Toreutice, quum vascula, fibulas, & candelabra, & ejusmodi ancidimus &c.

## CAP. XXVII

De *Auli Gemina* eodem typo a recentioribus iterato insculpta, aliarumque veterum Gemmarum cælaturis ab eisdem sæpe repetitis, & earum maxime, quæ antiquorum Sculptorû nominibus insignitæ sunt.

dium maxime adfectantibus . In eoque peccare, solent alii plerique cælatores Gemmarum, virtuti crimen falsi inferentes, & Historiam in primis, (quod maxime dolendum), atque Fabularum etiam ordinem sæpe deturpantes . At vero, nonnumquam hujusmodi gemmas ita cælare coguntur, quod viri auctoritate pollentes, eosdem experimento probare velint, genio suo satisfacturi . Itaque *Constantii* Medusæ caput, egregium *Solonis* opus, (ornamentum insigne *Musei Strozii*, alibi (1) a nobis laudati), chalcedonio simillimo reperto, iisdem formis delineantur, atque inciduntur Anno MDCCXXIX. & *Solonis* nomen, græcis characteribus, ad exemplaris normam insculperunt; quam recentior gemmam secum adtulit rediturus in Gallias Melchior de Polignac, Cardinalis amplissimus, Regis Francorum in Urbe diutina Legatione perfunctus, qui opus fieri mandaverat . Eandem Medusæ Strozianæ imaginem, minori tamen gemma, nempe ad anuli modulum, alias quoque cælavere *Constantii*, ipso *Solonis* nomine græce inscripto . Sed magnum onus, & negocium importunum, molestumque mihi, & candido Lectori adgrederer, si tam multa recentiorum opera, antiquas gemmas cælatas experimentia, uti ab vetustis sculptoribus manarunt, vellem describere, & eas maxime, quæ

[1] Vide supra . Cap. xxv. pagina 78.



quæ primi artificis nomen præferunt; quum pene omnes a recentioribus gemmarum cælatoribus iterum scalptæ fuerint, vel eodem antiquo nomine signatæ, vel mixto alio, & sæde immutato, quæ tamen a peritioribus facile dignoscuntur. Cavendum vero Tyronibus, ne in hæc negocia sese ingerant, & iis etiam, qui non satis antiqua opera a novis discernere consueverunt, ne vano bonæ fidei titulo aliquando decipiantur. Solent enim hoc ævo nonnulli negociatores, gemmas scalpendas illis tradere, qui eodem artificii genere plus ceteris laudantur, & eas, quum viderint satis diligenter cælatas, vel ductas ab exemplari vetusto, vel recte excogitatas, ut fucum faciant curiosis, græco aliquo nomine inscribi facere; neque auctores operum se prode re tentant, ne sibi infestos illos reddant, a quibus pecuniam numeratam frequenter accipiunt. Ipsi vero negociatores plurimum superlucrantur, venum dantes eadem nova opera, tamquam vetustissima. Id unum autem heic addendum: nempe Gemmam *Musei Victorii*, valido antiquitatis argumento, multis aliis præcellere, videlicet quod igne probata sit: non enim hoc inventum reperit adhuc, sive malitia, sive industria recentiorum, ut quandoque gemmis nonnihil ambustis ad cælaturam utantur. Verum ad ea, quæ magis utilia sunt progrediendum.

CAP. XXVIII  
De modo cælandi  
Gemmas. Veteres  
illos esse micro-  
scopio, sive lente  
vitrea demonstra-  
tur.

**G**emmarum cælatores (quoniam id patitur instituti sermonis ordo), ad eas incidendas, vel *Adamantem*, vel *Rotam* adhibere solent. Siquidem in summitate styli, sive axiculi, qui ferreus est, tenuis, nec palmarem longitudinem adsequitur, scobem, sive frustulum Adamantis ita componunt, ut moveri nequeat, dum opus sculpturæ perficiunt, quod agunt, sola cuspidē Adamantis, gemmam perfricando. Oleum vero quandoque guttatim infundunt, & smiridis pulvere inficiunt gemmam, sicque juvant Adamantem. De his fragmentis, inquit Plinius (1): *expetuntur a scalptoribus, ferroque includuntur, nullam non duritiem ex facili cavantes; & Marbodæus, apud Gronovium, post auctam Gorlæi Dactyliothecam (2) ait.*

*Hujus fragmentis Gemmæ scalpuntur acutis.*

Utuntur item *Rotarum* ope Scalptores gemmarum, eæque perexiguæ sunt. Vide sis Georgii Vafarii Vitas illustrium Pictorum, Sculptorum, atque Architectorum. Parte I. Capite XII. (3). Vide item nonnulla Capite XXV. nostræ hujus Dissertationis. Inolevit vero per abusum consuetudo *Rotas* appellare, (quas dicunt etiam *Rotini*) ferreos quosdam parvulos stylos, non chalybeos, neque

[1] Naturalis Historiæ. Lib. XXXVII. Cap. IV.

(2) Parte II. *Carmen de Gemmis, sive Lapidibus pretiosis.* pag. 6.

De hoc Poëta vetusto meminimus supra, Capite V.

(3) Nempe post Operis Proœmium, scilicet pag. 67. & 68. primæ edit.

neque igne temperatos; omnes tamen æquales, & quadratæ longitudinis, quæ tandem in acumen definit. In una eorum summitate majores, minoreſve *ferrei Orbiculi*, (hi *Rotæ* dicuntur) solidati ſunt, plani, ſed in peripheria, ſive circumferentia acuti, quorum nonnulli vix aciculæ caput exæquant. Illis igitur ſtylis, ſeu axiculis, machinæ ad lineam orizontalem infixis parte altera, & pro opportunitate mutatis, gemmam urgent, & paullatim cavant, manubrio verſata grandi rota, quæ ſub machina circumagitur, & hoc modo axiculum, ac memoratam parvulam *Rotam ferream* citato curſu movet, atque ita opus agitur; triti autem Adamantis pulvere, oleoque gemmam frequenter illinire neceſſe eſt. Opere perfecto, axiculum ferreum machinæ infigunt, qui in acumine altero *Orbiculum*, ſive *Rotam ſtamneam* habet, eaque utuntur, ut nitorem Gemmis tribuant, potiffime in tota expreſſæ imaginis incifione: planam enim ſuperficiem perpoliunt *lima ſtamnea* adhibita, nec non alio inſtrumento, quo *Rota* grandior *plumbea*, ſive ſtamno mixta, atque orizontalis poſita, movetur, axi ferreo perpendiculari firmata: Idem vero axis, ita in ſcamno infixus eſt, ut rotam ligneam maximam ſub ſcamno adſequatur, collocatam pariter ad lineam orizontis. Ea deſuper circumacto manubrio verſatur, & hoc pacto *Rota plumbea*

*bea* superior urgetur celeri motu. *Rotæ* currenti admovent gemmam, & aqua, ac smiride ipsam *Rotam* tingunt; qua ratione nitorem gemmis conferunt in superficie, quod proposueram indicare. Eandem gemmam in capite lignei fusi, pice calefacta, ac pene liquata firmiter defigunt; ipsam etenim summis digitis retinere, quæ plerumque minima est, res esset incommoda, ac plena difficultatis. Fusum cælator sinistra manu tenet, ut gemmam, quo necessitas postulat converso fuso versare valeat scalpendo. Idem omnino firmandæ gemmæ modus in usu est, si *Adamantem*, non *Rotas* adhibeat. Sculptor nisi acie oculorum perquam acuta præstet, parum, aut nihil proficit, & nisi primas pictoris partes teneat, scilicet quicquid obviam parari contingat, perfecte delineare sciverit, frustra artem profiteri audebit. Visui vero lente crystallina, quam *μικροσκοπεῖον* dicunt, virtutem & vires aliquas adcrefcunt, quemadmodum veteres Sculptores fecisse credibile est; quamvis nullam lentis vitreæ mentionem, hæctenus adinvenerim ab veteribus traditam. Dominicus Maria Mannius erudite nuper differens de vitreis orbiculis, quibus oculorum imbecillitas juvatur (1), perquirat diligenter, quo Vitri genere uterentur antiquæ gentes

(1) *Degli Occhiali da naso inventati no. Trattato Istórico &c. In Firenze. da Salvino Armati Gentiluomo Fiorentino. MDCCXXXVIII.*

tes [1], & putat ipsas quoque aliquod tale vitreum instrumentum ad usum sibi haud dubie comparasse, quo tamen hominum incuria aliquando deperdito, vitreas ampullas repletas aqua fuisse substitutas; quales plane admoto lumine adhibent nostro ævo, ut clarius videant, quum advesperascit, qui æreas tabulas incidunt, & qui res mechanicas parvulas, vel tractant, vel manibus suis operantur. Testibus, & conjecturis ab eodem adlatis jungendus est Plinius [2] agens de Smaragdi generibus, & gemmis viridibus, ac translucidis, ubi hæc aliaque plura scribit. *Præterea soli Gemmarum, nempe Smaragdi, contuitu oculos implent, nec satiant. Quin & ab intentione alia obscurata, aspectu Smaragdi recreatur acies, Scalpentibusque Gemmas non alia gratior oculorum refectio est, ita viridi lenitate lassitudinem mulcent* [3]. *Præterea longinquo amplificantur visu, insipientes circa se repercussum aëra, non sole mutati, non umbra, non lucernis, semperque sensim radiant, & visum admittentes, ad crassitudinem sui facilitate translucida: quod etiam in aquis non fit.*

IIDEM

(1) Parte I. Capite VII. Cap. VIII. & Cap. IX.

(2) Natural. Historiæ. Lib. XXXVII. Capite v.


(3) Isidorus Originum. Libro VI. Cap. XI. Peritiores Architekti, neque aurea lacunaria ponenda in Bibliothecis putant, neque pavimenta alia quàm eucharistico marmore, quod auri fulgor he-

betat, & eucharisti viriditas reficiat oculos. Nam, & qui Nummulariam discunt, denariorum formis myrteos pannos subiciunt, & Gemmarum Sculptores, Scarabeorum terga, quibus nihil est viridius subinde respiciunt, & Pictores idem faciunt, ut laborem visus, eorum viriditate recreent &c. Vide item Libro XV I. Cap. v. De Marmoribus.

IIDEM PLERVMQVE ET CONCAVI VT VISVM COLLI-  
 GANT . *Quapropter decreto hominum , iis parcitur  
 sculpi vetitis . Quamquam Scythicorum , Egyptio-  
 rumque tanta durities est , ut nequeant vulnerari .*  
 QVORVM VERO CORPVS EXTENSVM EST . EADEM QVA  
 SPECVLA RATIONE SVPINI IMAGINES RERVM RED-  
 DVNT . NERO PRINCEPS GLADIATORVM PVGNAS SPE-  
 CTABAT SMARAGDO . *Genera eorum duodecim &c. (3).*  
 Igitur si CONCAVI plerumque erant apud veteres  
 Smaragdi , ut facile visum colligere possent , fa-  
 ne non nisi arte optica illam cavitatem induissent,  
 quam artem ideo perfecte scivisse præsumendum  
 videtur . Et Neronis Smaragdum , quo Ludos Gla-  
 diatorios spectare consueverat , pari argumento  
*concarvum* fuisse , licet arguere . At vero si con-  
 cavos habuere vitreos orbiculos , mihi videtur ,  
 convexis pariter minime destitutos fatendum esse ,  
 atque ultro posse concedi . Sane veterum Gem-  
 mæ insculptæ , vel superficiem planam habent ,  
 vel convexam , vel concavam ; oppositam autem ,  
 vel planam , vel concavam , vel convexam , or-  
 dine tamen persæpe vario . Illud , etsi genio scal-  
 ptoris , sive illius , qui gemmam insculpendam  
 ordinaverat , tribui posset ; tutius ex nostra ob-  
 servatione factum adfirmamus , ut gemma quæ-  
 vis coloris venustatem & gratiam , qua magis in-  
 signi-

[3] Vide sis Isidorum , *Originum . Smaragdis* , & alia quam multa *De vi-*  
*Libro xvi. Capite vii. Ubi plura de ridioribus Gemmis* describit .

fignitur, vividius ostenderet. Id ipsum observamus in vitreis quibusdam partibus (ut inquit), ovatae pariter, ac rotundae formae, quae erant Gemmae fictitiae veterum, earumque plures spectare licet Romae in Museo Victorio.



Cryfall.  
Montan.

Vitrum Antiquum.


Clausus Aereus  
Neronianus.

Unam ex his ovatae figurae satis grandem, parte una convexam, altera planam, uti antiquitus expolita fuerat, repertam in olla cineraria, facile Chrysolithum dixeris; ita colore oleagino, & puritate pellucida praestat, nullis interne, neque externe infecta bullulis, quibus vitrum abundare solet. Huic si visum admoveas, res minima sub oculis majores comparent. Vidimus in eodem Museo Clavum parvulum ex aere conflatum, cuius caput vitrum smaragdinum rotundum, parte superiore gibbum, seu convexum; inferiore planum, & totum translucidum: Aes vero, quod vitrum claudit inauratum est, fingens Smaragdum illigatum auro. Repertus fuit in Hortis Farnesiis ad Forum Boarium, detecto Neronis

○

Balneo

Balneo subterraneo Anno MDCCXXXI. selectis marmoribus, & sculpturis ornatissimo: pretiosis item columnis, quas bases, & epystilia ex ære inaurata decorabant. Fornicis enim spatia rosæ quædam e gypso conspicuæ, inauratæque instruebant, quarum rosarum in centro Smaragdi infixi adparebant. Eiusdem formæ, duo Verticilla vitrea servantur in eodem loco, aliud cæruleum, aliud albescens, utrumque διαφανον. Hæc quoque res subpositas non nihil adaugent. Sed & aliæ factitiæ gemmæ, quæ scriniis ornandis inferviebant, aliisque usibus, non ita facile describendis parabantur, adsimilem effectum produunt.



Verticillum  
Antiquum.

Vitrum Antiquum.

CrySTALL.  
Montan.

Vidimus item Globulum crystallinum perantiquum in eodem Museo, iis adsimilem, quibus ad usum tunicæ, sive indusii obfirmandi, & ad ornatum quoque vestium nostro ævo utimur, & alia nonnulla ejusdem generis, sed figuræ variæ cimelia, quæ omnia aliquem imperfectum tamen res quaslibet adaugendi, sive adcrescendi modum præferunt. Nullam vero lentem vetustam  
inve-



invenire ad hanc diem contigit . Sed ex his facile colligitur lentis vitreæ conficiendæ artem Veteres scivisse , nec quidem illos latuisse , ut plurimi censebant . Ea porro nostra opinio est , ut Scalptores nonnisi *μικροσκοπίῳ* adjuti , gemmarum partes minutissimas cælare potuerint : illarum etenim ( quamvis satis ampla sit area ) , si capita unius , atque alterius imaginis considerentur : in iis oculi , supercilia , oris forma , aures ; omnia minima esse oportet . Idem dicendum de manibus , pedibusque , atque aliis quibusque rebus incidendis . Exstant vero *in Museo Victorio* Gemmæ aliquæ ita parvulæ , ut lenticulæ granum , illis duplo majus sit ; & tamen in iis , vel semiexstantes figuræ , vel incisæ pariter spectantur : opere in area tam parvula sane admirando , quas oculo nudo , vix incisas esse judicaveris . Porro non ad usum signandi cælatas fuisse credimus , sed unice ab ostentationem artis ( 1 ) . Duæ ex his Smaragdinae , vetustissimæque , utraque parte inferiori concava , anulo aureo recentiori eleganter ad latera inserviunt loco Beryllorum , atque Adamantium , & ita minutæ sunt ,

O 2

ut

( 1 ) Hæc artis ostentatio deprehenditur in minutissimis operibus Callicratis Lacedæmonii , & Myrmecidæ Milesii , quæ memorantur ab Æliano . *Varie Historiæ . Libro 1 . Capite xvii .* Quibus discernendis operibus nigras fetas oculis admovere oportere scribit Varro . *Libro vi . de Lingua Latina .* Eadem

opera , aliaque recenset Plinius . *Naturalis Historiæ . Libro vii . Cap . xxi . & item . Libro xxxvi . Cap . v .* Præterea multa scitu digna videris in Adnotatis ab Joanne Scheffero ad Æliani opus loco indicato , pagina vero 304 . Vide quæ de minimis hujusmodi arte factis diximus Capite xxv . nostræ Dissertationis .

ut anulum nullo incommodo quotidie deferendum exornent. In una sculptus visitur Apollo sedens, ac Lyram pulsans; in alia Victoria alata, fertum, sive coronam ostentans dextera manu, sinistra palmam gerens. Gemma, quæ media est inter utramque illustratur a Gorio (1), & Abacos convivales apophoretis instructos continet.

## CAP. XXIX.

De Gemma a Quinto Alexa insculpta, quæ Achillem exhibit armis instructum. Item de Sardonyche.

**G**emma altera, quæ illustranda est, fragmentum insigne Sardonycum *Musei Victorii* representat egregie suppletum, & Achillem refert armis, ocreisque munitum, jam tum ad bellum proficiscentem (2). In area legitur tribus lineis distributa sequens inscriptio ΚΟΙΝΤΟC ΑΛΕΞΑ ΕΠΟΙΕΙ. scilicet QUINTVS ALEXA FACIEBAT. Hanc Gemmam adtulit sæpe laudatus Gorius in secundo Volumine *Musei Florentini* (3), & Sculptoris nomen ad hoc tempus incognitum fuisse testatur, licet *Alexæ* cognomen non raro in vetustissimis Titulis observari possit, unico exemplo apud Fabrettum indicato (4). Verum post eruditas ipsius adnotationes, hæc de nostro penu Lecto-

(1) Ad Joannis Baptistæ Donii Inscriptiones antiquas. Classe IV. pagina 143. Tab. IX. num. II. & Observationes in Aras Deorum &c. pagina CI. & pagina CI I.

(2) Vide Tabulam æri incisam præpositam Capiti I. hujus Dissertationis, in qua Gemma delineata est.

(3) Tabula XCVII. Num. 1. post Classens IV. in Appendice. Vide sis pagina 155.

(4) Inscriptionum Domesticæ. Capite VI. num 59.

Vide Gorium in Columbario Libertorum, & Servor. Livie Augustæ, & Cæsaris, pag. 166. Num CXXXIX.

Lectori suppeditamus . De Sardonyche plura videris apud Plinium [1], & alios, quos supra citavimus Capite v. Andream Baccium (2), Conradum Gesnerum (3), Anselmum Boëtium de Boot, & Adrianum Tollium (4): Sanctum Epiphanium (5), Joannem de Laët (6), Camillum Leonardum Phycum Pifaurensem (7), ceterosque alios, qui de Gemmis, ac Lapidibus Dissertationes, Libros, Observationesque lucubrarunt. Aliqua tamen ad marginem, sive ad calcem hujus paginæ adlata, quum vacat perlegito. Quod Achillem (ut ipsi putabant), potissime deceret Sardonyche, & pariter eos omnes, qui res bellicas tractant, vel bellicis negociis affuescunt.

**A**Chilles armatus exprimitur in hoc monimento, & quidem paratus ad bellum, sive potius ad bellandum proficiscens, uti in pluribus gemmis antiquis visitur Mars, qui ideo dicitur *Gradius*. De Galea, Thorace, Scuto, Hasta, ac Parazonio, quibus armis Achilles indutus spectat-

CAP. XXX  
De Ocreis, quibus Achilles indutus est circa tibias.

(1) Historiæ Naturalis. Lib. xxxvii. Capite vi.

(2) Numeto I, & cum adnotationibus Wolfangi Gabelchover. Capite iiii.

(3) Libro I. Cap. vi. *Timorem pel- lere, audaciam præstare, a veneficiis, maleficiisque gestantem adserere, sanguinem e naribus fluentem compescere, animo lætitiæ, ingenio quoque acumen invitare perhibetur &c.* Nonnulla ex his refert quoque Baccius, testimonio,

atque auctoritate fretus (quæcumque in hac re ea sint), Alberti Magni.

(4) Præsertim Libro I. Cap. lxxxiv. Cap. lxxxv. & Cap. lxxxvi. Vid. pariter in notis.

(5) Gemma I.

(6) Libro I. Capite xix. alibique.

(7) *Speculum Lapidum*. Libro II. Cap. vii. pag. 151. & seqq. Vide item Lib. iiii. Cap. iv. pag. 175. usq. 180. edit. Parisien. alibi a nobis indicatæ.

ſpectatur, nihil omnino dicendum eſt, quod pars gemmæ ſuperior, pene tota ſuppleta ſit; licet Parazonium, Thorax, Subarmale: immo & Panniculus, qui de ſub ſcuto ventilat, baccis, ſive flocculis in extremitatibus ornatus (1), in vetuſto fragmento compareant: veſtigiisſque notis, opus totum, fortaffe nihil, aut parum ab vetuſtæ gemmæ parte deperdita diſcrepans, abſolutum fuerit. De Ocreis tamen, quæ integræ perfeverant, aliquas animadverſiones ſubtexere lubet. Marcus Terentius Varro, Libro IV. de Lingua Latina (2), Ocreas putat ita nuncupatas fuiſſe, quod opponebantur ob crus. Sextus autem Pompejus Feſtus (3) hæc inquit. *Ocrem antiqui, ut Attejus Philologus in Libro Gloſſematorum refert, montem confragoſum vocabant, ut apud Livium: Sed qui ſunt hi, qui aſcendunt altum Ocrim? Et, celſoſque Ocris, arvaque patria, & mare magnum; Namque Tænari celſos Ocris. Et, haud ut quem Chiro in Pelio docuit Ocri; unde fortaffe etiam Ocreæ ſint dictæ inæqualiter tuberatæ.* Paullus vero Diaconus pro adſerto prodit: *Ocrem montem confragoſum dicebant antiqui: heinc Ocreæ dictæ inæqualiter tuberatæ.* Artificioſam hanc Ocrearum inæqualitatem liquido obſervamus in *Gemma Victoriana*. Ceterum mos deferendi Ocreas, non idem militibus fuit; etenim aliquando ſiniſtrum ſolummodo crus inſtrue-

(1) Vide quæ diximus in hac Diſſertatione Cap. xv.

(2) Capite xxiv.

(3) *De Verborum ſignificatione.*

instruebant, quandoque dextrum tantum. Renatus Vegetius (1): *Pedites autem scutati*, ita habet, *præter cataphractas, & galeas, etiam ferreas Ocreas in dextris cruribus cogrentur accipere &c.* & in eandem sententiam Virgilius (2) ait.

. . . . . *vestigia nuda sinistri*

*Instituere pedis, crudus tegit altera pero.*

Ad quem locum Servius: *Ipse est in pugnantis primus, nempe sinister pes; Sed bene nudus est, quia tegitur scuto, dextrum autem tectum conveniebat esse, quasi ab armis remotum* (3). Silius Italicus stat contra (4), quum inquit, agens de Sabinis populis.

*Cunctis hasta decus, clypeusque refertur in orbem,  
Vertice & implumes, & lævi tegmine cruris  
Ibant &c.*

Sed de hac re differit plene Vir doctissimus Joannes Ludovicus de la Cerda in notis ad Opus Virgilianum, loco supra citato, & alibi (5): Varium etenim morem servabant variæ gentes ex insti-

(1) *De Re militari*. Libro I. Cap. xx.

(2) *Æneidum*. Libro VII. vers. 689. & seq.

(3) Ad Tractatum nostrum de Flo- no Auteo. Parte I. Capite XIV. quo loci de motu pedum egimus, auctoritatem Aristotelis sequentes.

(4) *Punicorum Bellorum*. Lib. VIII. vers. 420. & seqq.

(5) Vide sis Lib. IV. *Æneid.* vers. 518. *Unum exuta pedem vinculis &c.* & item Libro VIII. vers. 624.

*Tum læves Ocreas electro, auroque recocto &c.*

Inquit vero Virgilius *Ocreas electro, auroque recocto* fabrefactas: Electrum enim gummi genus est naturale, & item species metalli, vel natura in fodinis progeniti, vel factitii. Quæ autem ea metalli species sit, docet Plinius [*Natural. Histor.* L. b. XXXIII. Cap. IV.] *Ubiquumque quinta argenti portio est, Electrum vocatur &c. Quod si quintam portionem excedit, incudibus non resistit &c.* Ig' tur hoc metallo constabant Ocreæ, quas cum ceteris armis *Æneæ* Venus donavit, ut tutus cum Laurentibus, Turnoque præliaretur.

instituto majorum suorum, & aliam consuetudinem pedites, aliam equites usurparunt. Verum Romani milites, vel utramque tibiam Ocreis instruxerunt, vel utraque nuda pugnarunt, quod ostendunt plures Gemmæ incisæ, Nummi veteres, antiquæ picturæ, & sculpta marmora quamplura. Ocreas autem plerumque adhibebant ex corio paratas, vel ex ære ductili, atque attenuato, quapropter inæqualitates nonnullas facile contrahebant, quas in veteri fragmento nostro conspeximus a *Quinto Alexa* operis artifice indicatas.

## CAP. XXXI

De nomine *Quinti Alexa*. Disquiritur an aliqui Sculptores a Plinio memorati artem quoque insculpendi Gemmas calluerint.

**D**E nomine *Quinti Alexa* cælatoris nunc agentibus illud notandum occurrit, videlicet prænomen *Quintus* ab ortu sibi vindicasse, quod fortasse inter natos, quintus in lucem prodierit. Carolus Sigonius scribit [1]: *Quintus, Sextus, Decimus, a numero dicti sunt, teste Varro, ut qui quinto, sexto, & decimo loco esset natus, is demum primis temporibus, Quintus, Sextus, & Decimus diceretur.* Onuphrius Panvinius in Libro De Antiquis Romanorum nominibus [2]:  
 sic

[1] De Nominibus Romanor. Cap. 111.

(2) Unde Nomina gentilicia manerint, & cur in jus desinant.

Idem, alibi agens de Prænominiibus: Circa finem vero in eodem Libro.

Est animadversione dignum non omnes Decimos, Quintos, & Sextos eos dictos esse, qui decimo, quinto, & sexto loco nati sint ... nam non solum hi, qui ita nati sunt, sed alii plerique ita appel-

lati sunt, multosque præterea ita natos existimandum est, neque tamen sic vocitatos. Dicendum ergo est, eum qui primus hoc prænimine appellatus est, ea fortasse ratione dictum. Ceteros, quod ab eo, aut alio ejusdem prænominis originem ducerent, aut amicitie, aut differentie, aut eadem nonnumquam causa, postea nominatos &c.

Vid. Petri Servii Miscellanea C. VI II.

sic loquitur : Itaque si quis prima luce , exempli gratia , natus esset , Lucium , si mane , Manium , si ad Tiberim , Tiberium , si quinto , sexto , aut decimo loco , Quintum , Sextum , & Decimum appellarunt : & præposito hoc nomine illi gentilicio , dixerunt , Lucius Julius , Sextus Julius , Manius Antonius . . . atque nomen illud secundo loco excogitatum , quod antiquo nomini gentilicio præponeretur , Prænomen vocarunt . Quare si naturam spectes ( quam ego nunc in origine horum vocabulorum tradendam spectavi ) , Prænomen , secundum est , si usum , & appellandi rationem , primum . Hujusmodi Prænomena in antiquis Titulis inscripta frequentissime leguntur , ac propterea aliqua isthuc recensere omittimus , ne eruditorum patientia videamur abuti , qui in editis vetustorum monumentorum Thesauris , in Historia Romana , aliisque Scriptoribus enunciata , ac tradita , quum lubeat , facile reperient . *Alexæ* pariter nomen in eruditis marmoribus aliquando invenitur , deductum forte ab *Alexia* Galliæ Celticæ Metropoli , ab Hercule condita (1) , de qua Cajus Julius Cæsar meminit in Commentariis de Bello Gallico (2) , aliique ; quoniam , ut notum est , ab Urbibus quoque nomina propria in se veteres derivarunt . Ita alii Deorum quoque nominibus nuncupabantur , ut Hercules , Mercurius &c. Alii ab Fluminibus ,

P

Lapi-

[1] Diodorus Siculus . *Bibliotheca Historica* . Libro IV . Cap. 111 . pag. 227 .

[2] Libro VII . Item Vellejus Paternulus *Historiæ Romanæ* Lib. I . &c .

Lapidibus, Floribusque &c. quod Viri clarissimi adnotare minime refugerunt (1). Quin etiam studiis, atque artibus nomina, quæ imponebantur natis aliquando adludebant, ut facilius ad illa sequenda instituta incitarentur adulta ætate. Antiquum Epigramma actutum vulgare constitui, quod eam consuetudinem apertissime memorat, ac plene illustrat. Via Salaria vetere repertum fuit hoc Anno MDCCXXXIX. & nuperri- me adfixum muro est in atrio Basilicæ Callisti, quæ dicitur etiam Santæ Mariæ *ad Fontem Olei*, sive *Trans Tiberim*. Sculptum est literis quam minimis, iisdemque minio illitis (2). Literis quoque nonnullis infrequentioribus (3). Marmor vero figura pene semicirculari sectum, longum est pal-

[1] Gisbertus Cuperus. *Monumenta Antiqua inedita*, pag. 188. & 189.

Gorius in Columbario Libertorum. & Servorum Livie Augultæ, & Cæsarium, variis locis.

(2) Vetusti quadratarum Epitaphia scalpebant ferro, quæ postea ornamenti gratia, Minio atque Cinnabari aliquando pingebant; qualia sexcenta indicari possent, tum ab Etruscis, tum a Græcis, Romanisque mutuata; sive Ethnicis, sive etiam Christianis. Hujusmodi monumentum hæcenus ineditum, quamvis mutilum, & a re nostra alienum, ex Museo Victorio describimus; de quo tamen alibi erit sermo, repertusque fuit in Cœmeterio Sanctorum Petri, & Marcellini annis superioribus. Longum est palmos Romanos tres circiter cum dimidio: altum palmum unum, uncias quatuor. Literæ vero minio infectæ sunt.

Inquit Plinius [*Histor. Natural. Libro xxxiiii. Cap. viii.*] *Minium in Voluminum quoque scriptura usurpatur, clarioresque literas, vel in auro, vel in marmore: etiam in sepulcris facit.*

(3) In hoc vetustissimo Epigrammate Litera A. plerumque linea transversa destituitur, & ad formam Λ. Lambda Græcorum efformata est. Litera G. formam habet Literæ C. quæ tamen uberius observantur a nobis in Tabulis Æreis *Musei Victorii*, Præfationi consentis. Quod adinet ad interpunctionem, & maxime ad prosodiam, (quæ res variæ in nonnullis inveniuntur), mirum nemini fiet, postquam Cicero in Oratore de Poëtis vetustissimis, ac etiam recentioribus suæ ætatis; illorumque varia scribendi ratione aliqua animadvertit. Verum quam multa exempla, qui velet, reperiet apud Lucretium; item Plautum, Ennium, aliosque veteres Poëtas Latinos.



palmas Romanas tres, uncias tres, & semis; altitudine æquat palmum unum, uncias septem, & semis; nisi partem aliquam gypsea coronis, qua circum decoratur, occludat.



SI QVIS . FORTE VELIT TVMVLI COGNOSCERE FATVM .  
 ET QVORVM MAESTVS . CONTEGAT OSSA . LAPIS .  
 ACCIPIAT PAVCIS . NE SIT . MORA . LONGIOR AEQVO .  
 SI TVMVLVS . TENEAT QVEM VOCAT IPSA VIA .  
 HIC . SITVS EST ANNIS PLENVS . VITAQVE BEATVS .  
 ET LAETVS . OMNI . MORE RHODANTHION .  
 NEC SIT MIRVM QVOD COMIS . QVOD DVLCIS AMOENVS .  
 IN VITA . FVERIT . NOMINE . FLORIS ERAT .  
 HVNC CONIVNX TALEM NIMIO . DILEXIT . AMORE .  
 INQVE . DIEM VITAE . VNA . FIDE . COLVIT .  
 ET POSTQVAM FATIS . MORIENTIA . LVMINA . SOLVIT .  
 SVPPREMISQVE . SVIS . REDDIDIT OBSEQVIVM .  
 INVITA HOC MVNVS . CONIVNX VICTORIA FECIT .  
 QVODQVE . VIRVM VICIT AEGRA DOLORE . FVIT .  
 . SED QVONIAM FATIS . NVLLI EST . OBSTARE POTESTAS .  
 QVIN TENEANT . CVRSVM QVEM STATVERE . SEMEL .  
 QVOD SOLVM LICVIT . CONIVNX . FIDISSIMA FECIT .  
 POST ILLVM NVLLI . FAS . VIOLARE . TOROS .  
 SERVATAMQVE DIV VITAM . HABITAMQVE . PVDICE .  
 POST MORTIS CASVM PERTVLIT AD TVMVLVM .  
 NAMQVE SIMVL POSITA EST . FATOQVE . TENETVR . EODEM .  
 QVOQVE MODO POTVIT MORTE SECVTA VIRVM .  
 HAEC . EST SANCTA FIDES . HAEC SVNT FELICIA VOTA .  
 AMPLEXVS VITAE I REDDERE . POST OBITVM .  
 FORTVNATI AMBO , SI QVA EST EA GLORIA MORTIS .  
 QVOS IVNGIT TVMVLVS . IVNXERAT VT THALAMVS .

Sed redeamus illuc, unde divertimus. Eiusdem nominis *Alexæ*, celebris fuit Statuarius Olympiade

piade LXXXVII. discipulus *Polycleti* a Plinio memoratus (1). Quum vero ab eodem Scriptore, *Polycletus* inter eos, qui minora simulacra, & signa perficiebant, recenseatur, & inter Gemmarum Scalptores, *Polycletum* insignem fuisse viderimus (2). Suspicio quædam nos agit, fortasse non spernenda, & *Alexin* a Plinio descriptum cum Statuariis, tamquam Gemmarum quoque cælatores putare debeamus, æque nos impellit: ita ut Cælator nostræ Gemmæ QUINTVS ALEXA idem ille sit, qui ab Plinio indicatur. Attamen utrumque Plinianum Sculptorem incerto discrimine, nostris adungere minime volumus, scrupulum eruditioribus examinandum, ac de ipso libere disquirendum, ultro, citroque concedentes: in alteram sententiam, si quando doctorum Virorum iudicio lata fuerit, presso vestigio, atque lubentius descensuri.

## CAP. XXXII

De inæqualitate, quæ in averfa parte utriusque Gemmæ illustratæ, & aliquando in plerisque aliis antiquis Gemmis cælatis observatur.

UTramque Gemmam, a nobis hætenus illustratam, rem observatione dignissimam, nec tamen ad hanc diem observatam, continere deprehendimus, quum partes cælaturæ oppositas inspexerimus. Superficies enim postica unius, alteriusve, maxime lævigata, & expolita est; verum alicubi tuberata, atque etiam excavata. Illud autem nonnulli contemplantes, incuriæ, vel negligentia veterum Scalptorum facile tribuere,

NON

[1] Naturalis Hist. Lib. xxxiv. Cap. viii. (1) Nempe supra Capite II. pag. 4.

non verentur : ita ut si qua hujus operis antiqua gemma cælata in manus eorum inciderit , qui aureis anulis ad ornandos digitos solummodo inferere student , vel pro sigillis ad Horologia adpenfis utuntur , ( ut nostri ævi fert usus , cetera non improbandus ) , averfam partem , vel complanare statim faciant , vel obduci imperent aurificibus , ornato flexilibus cauliculis , & mæandris , vel ex auro puro , vel encausticis aureo operculo , ut vitium vetustarum gemmarum , quod ipsi putant , sive emendent , sive emendasse videantur . Res autem non ita se habet ; etenim solertissimi hominum fuere , qui gemmas inciderunt , atque eas suo nomine signarunt , quod vel ex nostra Dissertatione satis superque licet intelligere , si consideretur quam minimus eorum numerus , qui hanc spartam adornarunt , Capite II. descriptorum . Igitur id animo versantes , ac sæpenumero hujusmodi gemmas , in altum elatas , contra lucem inspicientes , novimus , atque in eis animadvertimus , non sine ingenti admirationis nota , maximam coloris æquabilitatem : adeo ut eodem met colore transluceat imago insculpta , quo pariter area transparet ; quod inventum , & pulcrum visu , & commendabile , ac suspiciendum est . Heinc argumentum , rectumque judicium proferri licet , quam profunde , lateque , omnes artis recessus , ac præstantiam calerent

lerent iidem ipsi gemmarum Cælatores, quos summos viros appellare non dubitamus, & eas gemmas, quæ peculiari hoc raritatis specimine distinguuntur (demto *versatilis rotæ* periculo (1), qua male feriat, & imperiti quidam homines cunctas indistincte expolire, lævigare, & complanare solent), impolterum maximi faciendas esse censemus. Quo monito, uti spectabiliores hac nostra ætate, & insequentibus omnes vetustæ cælaturæ fiant, magno rei antiquariæ bono, atque emolumento, feliciter auspicamur.

IN-

(1) Vide quæ supra diximus Capite xxviii. pagina 101. & 102.

## ANAGLYPHUM ANTIQUM SINGULARE

EX VITRO OPACO SUBVIRIDI

*Romæ in Museo Victorio.*

—+—  
Magnitudo.

Pro illustratione vetusti hujus monumenti, leges, quæ obiter exposuimus Capite ix. pag. 29.

# I N D E X

## R E R U M

119

*Numeri Romani Præfationem ; Vulgares paginam  
Dissertationis indicant .*

### A

- A.** Ad formam literæ Græcæ **A.** VIII. IX. XIII. II4.  
Achates Gemma , ubi primum reperta . II. Nonnulla de virtute eidem tributa a veteribus . II. 12. Hac Gemma usus est **AVLVVS** Cælator egregius . 10. Vide infra **AVLVVS** .  
Achilles cælatus in *Gemma Victorianna* . 109. Ocreis indutus . 110. Vide *Ocreæ* .  
Adamante , vel Rota utuntur Cælatores Gemmarum . 101. 102. *V. Cælatores Gemmarum . V. Gemmæ : V. Scalptores Gemmarum* .  
Adamantem qui primus cælaverit . 81.  
Insculptus ab Joanne Constantio . 94.  
Aegyptii Gemmas insculperunt . 3.  
Aelianus . 2. & sæpe alibi .  
Aemulatio alii ingenia . 2.  
Agathangelus . 5. Porro nomen recentioris Artificis industria cælatum est in gemma , a quo eadem cælata est ; Sed præstat modo ejusdem nomen omittere . A negociatoribus ad Nobilem extraneum gemma perlata dicitur . *Ectypon* tamen vidimus in *Museo Victorio* , & etiam alibi . Opus plane egregium est , quod Græcis Scalptoribus ab iis , qui ignorant recentiorum auctorem , facile tribui possit .  
Agesilaus cum pueris ludebat . 47.  
Agnæ S. Officium , cui tribuatur . 40.
- Albani D. Caroli imago Smaragdo insculpta . 90.  
**ALEXA** . Vide **QVINTVS ALEXA** .  
Alexander Macedo Homeri Poëmata magni faciebat . 66.  
Alexander Severus in aures pretiosas Veneri dono dedit . 25. Luxum Maroniarum improbat . *Ibidem* . Poëta , Cantor , Fidicen . 66.  
Alexander ab Alexandro . 48.  
Alexia Urbs in Gallia Celtica . 113.  
Amaseus Romulus . 19.  
Amor , quare alatus pingitur ? 52.  
Quare puer ? *Ibidem* .  
Apostolius Michaël . 70.  
Apulejus . 21.  
Aristenetus . 67.  
Armillæ ex varia materia conficiebantur . 30. 31. Consuetudo varia illarum deferendarum . 31. & seqq. Unde ita dicerentur ? 32.  
Artifices , qui imagines vitiosas exprimebant , olim puniebantur . 2.  
*V. Figuli, Pictores, Thebanorum Lex* .  
Athenæus . VII.  
Augustinus Antonius . VIII. 32.  
**AVLVVS** . Gemmarum Scalptor insignis . 7. Cælator *Gemmæ Victoriannæ* . 9. Nomine suo multas gemmas signat . 4. 7. ejus opera a vetustioribus iterum scalpta 76. Item a recentioribus . 97. *V. Venus* .  
Auriculæ ornatrices sceminæ . 21.

Aurum

Aurum in aure gerere, olim insigne nobilitatis. 20. 21.

## B

- B** Alleonius Joannes. 37.  
 Bandurius Anselmus notatus. 22.  
*Basilinda* puerorum ludus apud Veteres. 53.  
 Bibliotheca Angelica Urbis. 67. Archigymnasii Romani. 81.  
 Bibliotheca privata *Victoriorum*. 83.  
 Blanchinius Franciscus. 64.  
 Bohemiæ crystallina Vasa cælarata. 39.  
 Boldettus Marcus Antonius. 26. & etiam alibi.  
 Bonarrotius Philippus. 1x. 22. & sæpe alibi. Notatus. 42.  
 Bullionii Theodosii Numisma ex ære coronatio. 91.  
*Byssinum splendens*, quid in factis paginis? 39.

## C

- C** Litera aliquando pro G. usurpata. VIII. XIII. 114.  
 Cælatores Gemmarum vetustissimi. 3. 4. 5. Nomen suum in gemmis insculperunt. 2. 5. 10. 108. Vide *Sculptores Gemmarum*. Utuntur *Adamante*, vel *Rota*. V. *Gemmae*.  
 Cajus Cæsar, & Diocletianus Imperatores gemmas pretiosas, non tamen insculptas, in caligis gestabant. 17.  
 Cangius notatus. 22.  
 Capitolinus. 31.  
 Cassio Iorus Senator, Theoderici Regis Italiæ Cancellarius obiit Monachus. 61.  
 Cellinius Benvenutus laudatus. 79. Scriptor Vitæ suæ. *Ibidem*. Edit Tractatum ad Aurifices, & alium ad Sculptores pertinens. *Ibidem*.  
 Cera, quæ dicitur Hispanica gemmæ cælatæ imprimuntur. 75. Quare ita dicta? *Ibidem*.  
 Ciacconius Alphonsus. 37.

Cicero. 51. 60. 72.

Christiani Sanctarum imagines ornabant *Inauribus*, *Armillis*, *Monilibus*. 35. & seqq. Quid per hæc ornamenta indicare vellent? 39. 40. 41. Panem signabant figura Crucis. 71.

Cinnabarum. V. *Minium*.

Clavus Æreus in Balneo subterraneo ornatissimo repertus. 105.

Cleopatra gemmam in potione absorbit. 25. Item Caligula. *Ibidem*.

Color viridis oculis prodest. 103. Usus hujus coloris apud Veteres in Bibliothecis. Item apud Numularios, Sculptores gemmarum, Pictores &c. *Ibidem*.

Columna in Ædicula S. Zenonis in Urbe, scilicet ad Ædem, quæ dicitur S. Praxedis, ad quam accedunt Christianifideles recolentes memoriam passionis Domini nostri Jesu Christi. 37

Columna Joannes S. R. E. Cardinalis Tituli Sanctæ Praxedis, victor Romanam redit ab Oriente. 37.

Corsius D. Michaël Angelus Abbas Congregationis Olivetanæ. 95.

Crystallina Vasa a Veteribus cælarata. 89. Item a Recentioribus. *Ibidem*.

Cupido, idest *Amor*. Item *Cupiditas*. 52. Diferimen in notione vocabuli indigitatur. *Ibidem*.

Cyprianus Sanctus. 35.

## D

**D** Actiliothea Mitridatis, Scauri, Pompeii Magni, Cæsaris Dictatoris, Marcelli, Diis gentium dicata. 17.

Danaës aureo imbri ab Jove decepta. 97. Nuperrime cælarata in gemma adposito græco *Auli* nomine. *Ibidem*.

Darius Rex Persarum ditissimus ab Alexandro Magno devictus. 66.

Descriptio *Gemmae Victoriane* ab *Aulo* sculptæ. 9. 10. Alterius Gemmæ cælatæ a *Quinto Alexa*. 109.

Diadema

Diadema Diis tribuebant Veteres . 23.  
 Dicitur memorabile Alphonſi Regis  
 Aragoniorum . IV.  
 Digestum, ſive Infortiatum, hoc eſt ſe-  
 cundum Digestorum Volumen . 14.  
 Digitorum ludus . V. *Micare digitis* .  
 Diocletianus Imp. V. *Cajus Caſar* .  
 Dionyſius Tyrannus ludebat Pila, &  
 Folliculo . 48.  
 Duodo Nicolaus Venetæ Reipublicæ  
 Orator ad Summum Pontificem . 95.  
 Imago ipſius Smaragdo cælata . *Ibi-  
 dem* .

## E

**E** Lectrum gummi genus . III. Item  
 ſpecies metalli . *Ibidem* .  
 Epicurei animæ immortalitatem nega-  
 bant . Deliciis, quas putabant, in-  
 dulgere ſolebant . 55. A Romanis ex-  
 pulſi; item a Meſſeniis, & Lytiis . 56.  
 Indicantur nonnulla vetera moni-  
 menta improbæ illius Sectæ . 57.  
 Epitynchæus . 4. 8. Ige Epitynchæus.  
 Fryce Siciliæ monſ Veneris Templo  
 celebratus . 51.  
 Erycina, Venus dicta . 51. 52.  
 Etruſci gemmas cælare optime norant . 3.  
 Eunapius Sardinianus . 69.  
 Eutropius . 17.

## F

**F**abri Joannis lapſus . 8.  
 Fabricius Joannes Albertus . 77.  
 Fabrettus Raphaël . VIII. Notatus . IX.  
 Laudatur . 32. & etiam alibi . Notatus .  
 73. 74. Hoc ultimo loco animadvert-  
 endum, fortaſſe nimis fidenter ama-  
 nuentis Fabrettiani negligentiam vi-  
 rum eruditum nuper redarguiſſe . Vi-  
 de ad calcem illius paginæ lin. penes  
 ultimam .  
 Feſtus . VIII. 30. 32. 110.  
 Fidei ſymbolum junctæ dexteræ . 90.  
 Figuli, qui imagines deterius effingunt  
 pœna adſciuntur . 2. V. *Artifices*,  
*Pictores*, *Thebanorum Lex* .

Figuræ in hac Diſſertatione poſt Em-  
 blema Auctoris in Fronte . IX. XI. XXI  
 I. 41. 44. 70. 71. 79. 90. 91. 105.  
 106. 118.  
 Flaccus . Valerius . 66.  
 Flocculos in acutis veſtium extrema-  
 tibus, ornamenti gratia deferebant  
 Etruſci, Græci, ac Romani . 46.  
 Obſervantur in Gemma ab *dulo* ſcal-  
 pta . *Ibidem* . Item in alia *Quinti  
 Alexæ* nomine diſtincta 110.  
 Florentini epocha propria utuntur,  
 non communi . XXI.  
 Florenus Aureus antiquus ab Auctore  
 illuſtratus . VI. 32. 78. 111.  
 Fœminarum luxus immodicus impro-  
 batur . 16. 25. 35.  
 Folliculus, Ludus Veterum : 48.  
 Fromondi Liberti Commentarium in  
 Senecam . 72.  
 Fronto Cornelius . 34.  
 De Fuentes Rodericus, Regis Luſita-  
 niæ in Urbe Orator . 95.

## G

**G** Instar literæ C. VIII. XIII. 114.  
 Gallienus . V. *Heliogabalus* .  
 Gauricus Pomponius . 85. 97.  
 Gellius . 5. Ejus nomen, eſti expunxi-  
 mus a Catalogo Veterum Cælatorum  
 Capite I I. pag. 5. poſtquam videre,  
 atque obſervare licuit in *Muſeo Vi-  
 ſtorio* ceram ab exemplari gemma  
 ductam, heic indubiæ antiquitatis  
 honori reſtituimus . In eadem Gem-  
 ma vero legitur ΓΗΑΙΟΥ. non autem  
 ΓΕΑΙΟΥ. & literæ adeo minutæ ſunt,  
 ut viſum fugiant .  
 Gemmarum antiquarum cælatarum ne-  
 gociatores . 15. 75. 99.  
 Gemmæ inſculptæ condebantur olim  
 in ſepulchris . 10. 15. &c. Sed etiam  
 non ſculptæ . 15. His mulieres dele-  
 ſtantur . 16. Eaſdem Cajus Cæſar,  
 & Diocletianus in caligis geſtare  
 conſueverant . V. *Cajus Caſar* .  
 Gemmæ ſcalpuntur *Adamante*, vel *Ro-  
 ta* . 100.

## Q

- ta* . 100. 101. Quomodo scalpuntur?  
*Ibidem* . Quomodo poliantur ? 101.  
 102. Quomodo gemmis utantur Scalptores, ut illas commode tractare possint ? 102.  
 Gemmæ vetustæ perexiguæ, cælataæ ad ostentationem artis . 107.  
 Gemmæ fictitiæ Veterum . 105. 106.  
 Georgius Dominicus laudatur . 44.  
 Gesnerus Conradus . 111. 109.  
 Gorius Antonius Franciscus laudatus . 4. 16. 20. &c. Ejus Opera citantur pluribus in locis .  
 Gorlaeus Abrahamus . 3. 11. 77. 81.  
 Græci gemmas insculpebant . 3.  
 Grævius Jo: Georgius . 33.  
 Gronovius Jacobus . 11. 23. 33. 49.  
 Gruterus Janus 1x. x. 15. 33. 50. Notatus . 21.

## H

- H**eliogabalus . & Gallienus Gemmis insculptis sibi caligas ornant . 17.  
 Hercules cum pueris ludebat . 50.  
 Hieronymus Sanctus Monachum quemdam objurgat . 69.  
 Homeri Poëmata ab Alexandro M. diligenter, atque ornatissime custodita . 66. Conjecturæ de Amiantho Livix *Ædituo* . Item *Lyrissa*, atque *Homeri Lectore* . 62. & seqq.  
 Horatius Flaccus . viii. 52. 54. 68.  
 Hormisda Pontifex Maximus . 58. Quo anno obierit ? 61.

## I

- J**acobi III. Regis Stuardi imago gemmæ insculpta . 94.  
 Imperialis Renati Cardinalis effigies cælata in gemma . 94.  
 Inaures ex auro, olim nobilitatis insignæ . 20. 21. Ex *Ære* . 26. Cuni gemmis . 21. Varius earum usus apud Græcos . *Ibidem* . Ancillæ eas mini-

- strabant, quæ ideo dicebantur apud Romanos *AVRICVLAE ORNATRICES* . *Ibid.* Etrusci, & Romani &c. Numinibus tribuebant . 22. 23.  
 Inautibus imagines Sanctarum ornabant . Christiani . 35.  
 Inscriptiones antiquæ ex vetustis marmoribus in hoc Opere . x. xxiv. 15. 28. 33. 58. 62. 64. 73. 84. 86. 114. 115. 124. 125. Ex *Æreis Tabulis Musei Vidorii* . xi. xiii. In vetustis Cameis, & Gemmis . 1x. x. 90. In Numismatibus . 1x. xxi. xxii. 39. 79. 91. In Vasis vitreis depictis . 41. 43. 44. 45.  
 Joannes Ciampinius . 27. 36. 37.  
 Joannis Apostoli Apocalypsis . 39.  
 Isidorus Hispalensis . 21. 27. 32. 52. 103.

## K

- K**ircherus Athanasius . 77.  
 Kirchmannus Joannes Lubecensis eruditus Scriptor *de Funeribus Romanorum* . 14.

## L

- L**abarum in numismatibus vetustissimis . 44. in numismatibus sequioris ævi . *Ibidem* . In antiquo Vase vitreo *Musei Vidorii* . *Ibid.* Monogrammate Christi a Constantino M. distinctum . 44.  
 Λ. Lambda litera Græcorum pro A . viii. ix. xiii. 114.  
 Lambecius . 31.  
 Lampridius Ælius . 17. 25. 66.  
 Larva argentea in mensis veterum adlata . 73. Quare ? 70. & seqq.  
 Laterculi vetustissimi monogrammatibus frequenter inscripti . 1x.  
 Lectores ad mensam, & ad cœnam adhibebant Veteres . 65. Lectorum Decuriones . *Ibidem* . Conjecturæ de Amiantho Homeri Poëscos Lectore . 65. & seqq.

Libitina



- Libitina eadem , ac Venus . 18. 19. Vide *Venus* .  
 Libri , sive Mortui , OPTIMI CONSILIARII . IV.  
 Licetus Fortunius . 15. 70.  
 Lipsius Justus . 73.  
 Literæ infrequentiores in vetustis lapidibus , Æneisq; Tabulis inscriptis quandoque occurrunt . VII. VIII. XII. XIII. 114.  
 Livii Patavinitas in Historia Romana ab aliquibus deprehensa . VIII.  
 Lucilius antiquus Poëta . 34.  
 Ludi Veterum domestici . 47. & seqq. Ad Collem Testaceum . 83. Gladiatorii . 104.  
 Ludis , quare delectarentur Veteres ? 54. & seqq.  
 Ludus ab *Aulo* expressus in *Gemma Viatoriana* . 9. 75. 76. 97. Quid indicet ? 53.  
 Lyctii Epicureos expellunt . Vide *Epicurei* .  
 Lyristarum officium . 65. Ad mensam , & cœnam adhibiti . *Ibidem* .

## M

- M** Et A. monogrammatice copulantur . IX. XIII.  
 Macrobius . 25.  
 Maffejus Paullus Alexander . 3.  
 Maffejus Scipio Vir cl. laudatus . 80.  
 Maratta Carolus Pictor celeberrimus nostræ ætate . 93. Ejus imago gemmæ insculpta . *Ibid.*  
 Marbodæus Poëta vetustus . II. 12. 100.  
 Marcellinus Ammianus . 31.  
 Marcellus Nonius . 34. 50.  
 Matrucini propriam habebant pronunciationem . VIII.  
 Martialis . 55. 71. 72.  
 Masuccius Augustinus Pictor . 93.  
 Mazzocchius Alexius Symmachus . 63.  
 Medices Alexandri Numisma argenteum . 79. Laurentii Medices . XXI.
- Medicorum indicium præcipuum de sanitate hominum . 30.  
 Menagius Ægidius . 24.  
 Mercerus Josias . 67.  
 Messenii Epicureos eliciunt , atque extrudunt . Vide *Epicurei* .  
 Meursius Joannes . VI. 49. 53.  
*Micare digitis* , Ludus Veterum . 50.  
 Microscopium visui virtutem adauget . 102. Eodem an Veteres uterentur . *Ibidem* ; sed plura in seqq.  
 Minio utebantur Vetustiores in lapidibus , item Cinnabari . 114. Eodem pariter in Voluminibus . *Ibidem* . Lapidibus antiqui *Minio* illiti . XXIV. 114. 115.  
 Molæ figura quænam fuerit demonstratur . 70.  
 Monile ornamentum proprium scœninarum . 27. 29. A Cyro Aspasie dono datum . *Ibidem* . Hominibus etiam donatur . 23. 29. Item Infantibus XI. Geniis quoque , sive alatis pueris . 29. 118. Tribuitur item Animalibus . 30.  
 Monilia in Numismatibus Ævi inferioris . 38. 39. In antiquis imaginibus . 27. 29. Diis tribuebant Veteres Ethnici . 23. Christiani , quare id ornamentum genus sacris imaginibus aptarint ? 39. 40.  
 Monillium artifex PAGVS . ex vetusta inscriptione . 28.  
 Monogrammata , quare inventa a Veteribus ? x. Reperiuntur in vetustis Inscriptionibus . IX. X. XIII. XXIV. 124. In laterculis antiquis . IX. Item in Gemmis inscriptis . IX. X. Ea vero quæ de contrahendis literis per Monogrammata diximus in Præfatione Pag. IX. & potissime in adnotatis ad calcem Pag. x. confirmantur seq. hoc Titulo antiquo adhuc inedito *Musei Victorii* ; Long. Pal. I. Unc. v. Alt. Unc. VII. Et confirmantur item alio Monumento adlato post Indicem Figurarum , Pag. XXIV. num. I. Ceterum , quæ pertinent ad siglas , & notas Veterum , illustrarunt alii :

Q 2.

Nobis

Nobis autem in his locis per monogramma, omnem literarum catenationem libuit indicare, non tantum

verbum, aut nomen compendio descriptum. Tabella marmorea elegantissima super enunciata hæc est.

ONESIMVS . TI . CLAVDI  
GERMANICI . ATRIENSIS  
VINIAE . CONIVGI . SVAE . BENE MERENTI  
FECIT . VIX . ANN . XXVI . ET . CVM . EO  
VIX . ANN . VIII

Morestellus Petrus . 14.  
Mortuorum cadavera olim, cum anulis, vestibus, atque ornamentis cremabantur . 13. & seqq.  
Mundus muliebris, ea quæ ad cultum foeminarum spectant indigitat . 33. 34.  
Muranum Urbs prope Venerias, ibi Vasa crySTALLINA cælantur nostra ætate . 89.  
*Musca cæca*, sive *Ænea*, Ludus Veterum . 49.  
Museum Barbarinium . 23. Capponium . 7. Caroli VI. Romanorum Imperatoris . 24. Ottobonianum . 24. Strozium . 78. 98. Victorium, Vide *Victorium Museum* .

## N

**N**egociatores Gemmarum antiquarum cælatarum . 15. 75. Iidem gemmas cælare faciunt frequenter negociationis causa . 99.  
Nero in Spectaculis utebatur Smaragdo . 104. Fortasse concava superficie. *Ibidem*. Ejus imago nuper Adamanti insculpta . 94.  
Nomina a Diis gentium, ab Urbibus, a Fluminibus, Lapidibus, Floribus &c. auspicabantur Veteres . 114.  
Nonnus . 50.  
Nuces ocellatæ . 48. Nucibus ludere. *Ibidem* .  
Nummus Æreus Veterum Christiano-

rum editus ex *Museo Victorio*. 23. 40.

## O

**O**Cræ unde ita dictæ? 110. Diversimode iis utebantur variæ gentes . 111. 112. Parabantur ex Cortio; item ex Ære attenuato. *Ibidem* .  
Odani Hieronymus Eques laudatur . 69. Eiusdem Gemma insignis proditur, & illustratur . 70. & seqq.  
Officium AD . IMAGINES . 64. AD . VENEREM . 62. & seqq. A . VOLVPTAT . 58. & seqq.  
Orthographiam antiqui Sculptores aliquando neglexerunt . XII: XIII. 23. 114. 115.  
Ornatrices aurium foeminae . 21,  
Osteatini pronunciationem propriam habent . VIII.  
Ostrani Umbriae populi . VII. XII.  
Ottobonus Petrus Cardinalis Decanus. Item S. R. E. Procancellarius . 24.

## P

**P**AGVS . Monilium artifex antiquus . 38.  
Panis figura apud Veteres rotunda, & convexa . 71. Unde ita dictus? *Ibidem*.  
Quadra signare solebant . 71. Variis modis confectus. *Ibidem*. Christiani signabant figura Crucis. *V. Christiani* .

Panvi-

- Panyinius Onuphrius . 112. & seq.  
 Patavinitas in Tito Livio deprehensa .  
 VIII.  
 Patris amor erga liberos . 47.  
 Paulli v. Pont. Max. imago insculpta  
 in gemma . 37.  
 Paulus Diaconus . 32. 110.  
 Pausanias . 13.  
 Peregrinus Camillus . VIII.  
 Petronius Arbitrator . 73.  
 Petrus Apostolorum Princeps Cruci de-  
 fixus inverso capite . 85.  
 Phocilides . 70.  
 Picart Bernardus Ære incisor . 3.  
 Pictores imagines cum vitio effingentes  
 pœna multabantur . 2. *V. Artifices*  
*Figuli , Thebanorum Lex.*  
 PIE ZESSES . Convivalis adclamatio .  
 44. 45. Item ZESSES . 41. 42. BENE  
 VIVAS . 73.  
 Pignoriæ Laurentius . 26. 33.  
 Pilæ Ludus apud Veteres . 48.  
 Pius Joannes Baptista elegans Poëta .  
 81. 82.  
 Plautus . 68.  
 Plinius . IV. II. 14. 17. 21. 25. 31.  
 100. III. 114. Illustratur . 6. 7.  
 103. 104.  
 Plinius junior . 65.  
 Plutarchus . VIII. 19. 47.  
 Polignac Melchior S. R. E. Card. 98.  
 Pollidorus Petrus , Annibalis Card.  
 Albani Auditor . 52. Ejus Epigram-  
 ma in *Gemmam Victorianam* . 53.  
 Pollux Julius . 26. 49.  
 Polycletus Gemmarum cælator . 4. Al-  
 ter , Statuarius . 116.  
 Prænestini vocabula propria habuere .  
 VIII.  
 Pricæus Joannes Vir cl. tribuit Josiæ  
 Mercero latinam Aristeneti interpreta-  
 tionem . 67.  
 Propertius Poëta UMBER . 13.  
 Profodia varia apud Veteres Poëtas La-  
 tinos . 114. Exemplum adtulimus ex  
 antiquo lapide inedito ( alia tamen  
 occasione ) sequenti pagina 115. Cui  
 Rythmicum hoc Epitaphium adden-  
 dum est , quod servatur in *Museo*  
*Victoris* , neque hætenus vulgatum  
 fuit : Obstitit autem angustia loci , ne  
 accentus , quibus insignitur , expri-  
 merentur. Marmor altum est UNC. XI.  
 & semis . Longum Palm. I. UNC. V.  
 Quandoquidem omnis locus aptus est  
 veteribus edendis monumentis .

VIBIA . PHRYNE . VIXIT . TER . SENOS . ANNOS  
 CARA . MEIS . VIXIT . SVBITO . FATALE . RAPINA  
 FLORENTEM . VITA ./. SVSTVLIT . ATRA . DIES  
 HOC . TVMVLO . NVNC . SVM . CINERES . SIMVL . NAMQ . SACRA TI  
 PER . MATREM . CARAM . SVNT . POSITIQVE . MEI  
 QVOS . PIVS . SAEPE . COLIT . FRATER . CONIVNXQ . PVELLAE  
 ATQVE . OBIVM . NOSTRVM . FLETIBVS . VSQVE . LVVNT  
 DI . MANES . ME . VNAM . RETINETE . VT . VIVERE . POSSINT  
 QVOS . SEMPER . COLVI . VIVA . LIBENTE . ANIMO  
 VT . SINT . QVI . CINERES . NOSTROS . BENE . FLORIBVS . SERTIS  
 SAEPE . ORNENT . DICAT . SIT . MIHI . TERRA . LEVIS .

Prudentius Christianus Poëta . 27.  
 Puerorum negocia , jucunditas , risus ,  
 & ludi . 47. Regem per ludum sibi

eligere solebant , quod item fastidant  
 nostra ætate . 53. 54.

Quadra

## Q

- Q**uadra signabant panem Vetusiores Ethnici . 71.  
 Quadratarii , hoc est characterum sculptores in lapidibus . 114. Ita vero appellantur quoque marmorarii . &c.  
 Quintilianus . VIII.  
 Quintus , prænomen apud Veteres . 113.  
**QVINTVS ALEXA** . Sculptor gemmarum . 5. Cælator *Gemmæ Victorianæ* . 108. & seqq. Eiusdem nominis alter , Statuarius . 115.

## R

- R** Pro B. in epigraphe antiqui numismatis . 23.

- Refrigerium Christiani precabantur defunctis . 114.  
 Rhodiginus Cælius . 26. 49.  
 Romani gemmas inculpant . 3. Virtutibus plerumque addicti . 62. Epicureos eliminant . 56. *V. Epicurei* .  
 Rota rerum vicissitudines designat . 70.  
*Rotis* utuntur Scalptores Gemmarum . *V. Gemmæ* .  
 Rubeus Hieronymus . 28.

## S

- S**abinorum pronuntiatio peculiaris , VIII.  
 Sarcinatrices curam gerebant Mundi muliebris . 33. 34. *V. Mundus muliebris* .  
 Sardonychi , quas virtutes tribuant rerum naturalium observatores . 109.

*Scalptores gemmarum a Georgio Vasario , & aliis memorati .*

- |  |  |
|--|--|
| Anichinus , Aloysius . 78.                                   | Misuroni , Gaspar , & Hieronymus . 80.                             |
| Avantius , Nicolaus . 80. Item Jacobus dicitur a nonnullis . | Mondella , Galeatius . 80.   |
| <i>De</i> Benedictis , Matthæus . 81.                        | Moretus , Marcus Actius . 81.                                      |
| Bernardus , Joannes a Castro Bononiensi . 78. 80. 88.        | Mutius . 88.   |
| <i>Il Borgognone</i> . 89.                                   | Nassarius , Matthæus . 80.   |
| Brugia Sforzi , Dominici frater . 80.                        | Nichinus , Franciscus . 81.  |
| Caradossus Ticinensis floruit Julio 11. Pont. Max.           | Nigtolius , Philippus . 80:  |
| Caralius , Joannes Jacobus . 80.                             | <i>De Piscia</i> , Petrus Maria . 80.                              |
| Cesati , seu Cesari , Alexander . 78.                        | <i>Di Polo</i> , Dominicus . 78.                                   |
| <i>De' Camei</i> , Dominicus . 80.                           | <i>De</i> Rubeis , Joannes Antonius . 80.                          |
| <i>Delle Corniole</i> , Joannes . 80.                        | Sanctacrucius , Philippus . 82.                                    |
| Dordonius , Antonius . 84.                                   | Tagliacarne , Jacobus . 81.  |
| Francia ; Franciscus . 80.                                   | Talius a Vasario dicitur cælator . Parte II. pag. 540. primæ edit. |
| Joannes Maria , Mantuanus . 81.                              | <i>De</i> Trezzo , Cosmas , & Jacobus . 80.                        |
| Leonardus , Mediolanensis . 81.                              | Hic dicitur etiam Jacobus Treccia . 81.                            |
| Marmita ; item Ludovicus filius . 80.                        | Vicentinus , Valerius , ejusque filia . 78. 88.                    |
| Michaël , dictus Michelino . 80.                             | <i>Lo Zoppo</i> . 80.  |

*Scalptores gemmarum incerti .*

Natalis , Flaminius . 85. 86.

Severus , Ravennas . 85.

*Scal-*

*Scalptores gemmarum nostræ ætatis .*

Adonius . 89.  
 Constantius , Joannes , Carolus , Thomas . 94. 98.  
 Ghinghius , Franciscus . 95.  
 Graaft , Godefridus . 96.  
 Landus , Dominicus . 94 95.  
 Natter , Laurentius . 96. 97.

Piheler , Antonius . 96.  
 Rey . 90. 91.  
 Rosi , Hieronymus . 96.  
 Sirletus , Flavius 92. 93. Franciscus ,  
 Raymundus . 94.  
 Tufcher , Marcus . 96.

Scalptores gemmarum utuntur *Adamante* , vel *Rosa* . 101. 102. Item *Microscopio* . 102. An Veteribus illud notum fuerit . 103. & seqq. Utrum eodem uterentur in scalpendis gemmis . 107.

Scipio Æmilianus . 47.  
 Schefferus Joannes . 30. 45.  
 Scriptura Sacra miram descriptionem habet Sæctæ Epicuræ . 56.  
 Scyphatus nummus qualis ? 38. Unum Joanni Comneno pertinens illustratur . 38. 39.

Scyphi figura describitur . 43.  
 Segmenta species Monilis erant . 45.  
 Senarius Græcorum numerus . VIII. XII.

Sentinales populi Umbriam incolentes . VII. XIII.  
 Sepulera Ethnicorum nostræ ætate passim diruuntur . 15.

Servius . III.  
 Sigonius Carolus . 42. II2.  
 Silius Italicus . III.

Sinenses gemmas incidunt . Adi Legationem Batavicam ad Magnum Tartariæ Chamum Sinæ Imperatorem , descriptam ab Joanne Niehoff. vernacula , sed latina lingua donatam per Georgium Hornium . Parte ultima . Cap. III. pag. 23. *Materia Sigillorum pretiosa* , ibi ita legitur , *ex Ebore , Lignis odoris , Marmore , Crystallo , Corallis* , GEMMIS , quorum unaquæque materia determinatum requirit artificem &c. Edit. Amstelod. in fol. CI5IOCLXVIII.

Smaragdi varii generis . 104.

Soecis ligneis utuntur Fratres tertii Ordinis Sancti Francisci Assisensis . 85.  
 Socrates cum Lamprocle ludebat . 48.  
 Sortilegi erant etiam templorum ministri . 64.

Speculum antiquum ovatæ figuræ . 42.  
 Item rotundæ , & quadratæ . *Ibidem* .  
 Spinulæ Georgii S. R. E. Card. imago , gemmæ insculpta . 94.

Sponius Jacobus . 3. 28. 57. 64.  
 Statutum Urbis , vetustæ editionis . 83;  
 Stofchius Philippus . 3. 7. & item alibi.  
 Stroza Leo Præsul , Vir cl. 78. De eodem , aliisque , agemus aliquando in Opere . DE VIRIS NOSTRO AEVO EDITIS INGENII MONIMENTIS , VEL ERVDITIONIS FAMA CLARIS .

Suaresius , Joseph Maria . VIII.  
 Svetonius . 17. 25. 28. 48. 60. 63.

## T

**T**Abulæ ex ære inscriptæ rarissimæ sunt . XI. Duæ insignes exstantes Romæ in *Museo Victorio* . VI. XII. XIII.

Tali duo vetustissimi exstant in *Museo Victorio* . 72.

Talorum ludus . 71. 72.

Tempora barbarâ , ab irruptione Gentium barbararum in Romanum Imperium nuncupata . 77.

Terentianus Maurus , vetustus Poëta . VIII. IX.

Thebanorum Lex de Artificibus valde utilis . 2. V. *Artifices , Figuli , Pictores* .  
 Theoderi-

- Theodericus Italiæ Rex . 61. Hujus nominis orthographiam adversus Dausqueium vetustis monumentis adfertam vide apud Fabretum . *Iscript. Domestic.* Cap. vii. pag. 521.
- Theodoræ imago ornata Monili in antiqua pictura . 27. 28.
- Thomasius Jacobus Philippus notatus . 16.
- Thuscorum pronunciatio peculiatis . viii.
- Tiberius Imperator Romanorum instituit Officium A. VOLVPTAT. 60.
- Titus Livius . viii. 14. 31. 52.
- Tripoda aurium ornamenta . 26.
- lorum ludo . 72. A Venere *Venustas* dicta . 51.
- Venus ab *Aulo* sculpta in *Gemma Victoriana* . 9. Sæpe a vetustioribus in aliis gemmis cælata . 74. 75. 76. Item a recentioribus . 97. Quare in gemmis frequenter insculperetur? 20. Veteres aliter scribebant, ac pronuntiabant . viii.
- Victor, Sextus Aurelius . 32.
- Victorium Museum . v. viii. ix. x. xii. xiiii. xxii. xxiv. 9. 23. 24. 26. 38. 41. 44. 72. 74. 79. 87. 89. 90. 92. 94. 105. 107. 108. 114. 124. 125.
- Victorius Petrus laudatus . 49.
- Virgilius Maro . 66. iii.
- Viridis color valde utilis visui . 103. *V. Color viridis.*
- VI A MVS . Adclamatio convivalis . 73. *V. PIE ZESES.*
- Voluptates hominis ingenui, quales . 60. Tacitus nuncupat *Concessas*; item *Honestas* . Ibidem .
- Vopiscus Flavius . 31.
- Vossius Joannes Gerardus . 51.

## V

- V**alerius, Cajus Flaccus antiquus Poëta . 66.
- Varro Marcus Terentius . viii. 71. 110.
- Vasarius Georgius laudatur . 78. & item alibi .
- Vas fictile Etrusci operis ineditum Romæ in *Museo Victorio* . 42.
- Vaticanæ Basilicæ Candelabra, quæ vulgo *Aurea* dicuntur . 87. 88.
- Vegetius Renatus . iii.
- Veneri veteres Ethnici tribuebant principium, & finem humanæ vitæ . 18. Ejus Signum inauribus ornatum in Urbe . 25. Una de numero Parcarum apud Græcos . 19. Quare *Erycina* diceretur . 51. *Epitymbia* nuncupata . 20. Item *Libitina* . 18.
- Veneris nomen fortasse ab Etruscis derivatum . 51. Veneris jactus in Ta-

- X
- X**erxes præmium dat iis, qui novam invenissent voluptatem . 66.
- Xylander Guillelmus . 47.

## Z

- Z**ESSES. Vide PIE ZESES.

## F I N I S.

---

E X C U D E B A T  
ROMAE APUD MONTEM JORDANUM  
JOANNES ZEMPEL TYPOGRAPHUS  
ANNO AB ORBE REDEMTO . CIO IO CC XXXIX.  
MENSE SEXTILI.

Errata typographica, si quæ sunt in hoc Opere (ita ut deficere, vel abundare aliquam literam mediis dictionibus fortasse contigerit); Auctoris incuriæ ne tribuantur, sed qua par est humanitate, qui legent excusent, & corrigant: Hæc autem recognovimus emendanda.

### IN DISSERTATIONE

Pag. 12.	lin. 4.	ademsferit	<i>lege</i>	ademerit
28.	27.	<i>dèstinaffe</i>		<i>destinaffe</i>
56.	19.	<i>exors</i>		<i>exfors</i>

### IN ADNOTATIONIBUS

Pag. 17 (4)	lin. 4.	<i>foculos</i>	<i>lege</i>	<i>focculos</i>
88. (1)	lin. 9.	<i>alli</i>		<i>alii</i>
103. (3)	lin. 3.	<i>lacunaria</i>		<i>lacunaria</i>

*Atqui, ea sunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur.*

Cicero pro Sexto Roscio Amerino.










THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

1900

1900


# SINGULARIA VETUSTA MONIMENTA OSTRANORUM, ET SENTINATIUM POPULORUM UMBRIÆ CULTORIBUS RERUM ANTIQVARVM EXPOSITA IN MUSEO VICTORIO

TABULA ÆNEA I



Alta est Palmos Romanos 111. Uncias 111. cum elevatione tympani.  
Lata Palm. 11. Unc. V. supra, infra Palm. 11. Unc. 111.

TABULA ÆNEA II



Alta est Palmos Romanos 111. Uncias 11. cum elevatione tympani.  
Lata supra, & infra Palmos 11.

R O M Æ

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA JOANNIS ZEMPEL APUD MONTEM JORDANUM . CD . D . CC . XXXIX .

AD PROBATIONE, ET PERMISSU.





DE S A N C T I S

S E P T E M

D O R M I E N T I B U S .





SANCTORUM  
SEPTIMUM  
DORMIENTIUM  
HISTORIA  
EX ECTYPIS  
MUSEI VICTORII  
EXPRESSA.

DISSERTATIONE  
ET VETERIBUS MONIMENTIS  
SACRIS PROFANISQUE  
ILLUSTRATA.



R O M Æ  
EX TYPOGRAPHIO PAGLIARINIANO.  
ANNO REP. SAL. CIO. IO. CC. XLI.

---

SUPERIORUM PERMISSU.

IN HONOREM TRANSIERVNT TRIVMPHI  
ETIAM INSTRVMENTA SVPLICII.

*S. Leo PP. Sermone in Natali S. Laurentii Martyris.*

# PRAEFATIO.



TSI mihi confcius sum ,  
expositionem aliquam  
in Tabulas æreas *Musei  
Victorii* , quæ de OSTRA-  
NIS , & SENTINATIBUS  
populis meminerunt , Vi-  
ris eruditis paullo ante  
spondidisse ; tamen in ea elucubranda , inge-  
nue fatendum est , alio me impulit sacræ ve-  
tustatis studium ( quo mirifice ab ineunte  
ætate delectatus sum , & quod vel integros  
meos libellos occupare solet , vel si non inte-  
gros , saltem partem non modicam implere  
confuevit ) ; ita ut ab incoëptis modo rece-  
dendum esset , occulta vi cogente eundem  
laborem in aliud tempus differre , ut ala-  
crius resumeretur , atque instauraretur ali-  
quando novis curis . Igitur si quis tamquam  
morosum hominem velit me amice repre-  
hendere , habet unde excuset dum hæc edun-  
tur : non enim est mihi animus ab illustran-  
dis illis antiquissimis , ac vere singularibus

Ta-

Tabulis alienus (1), sed prævaluit Sacri Monimenti veneratio, ut priorem locum hæc eadem, quæ scribimus obtinuerint, illa posteriorem. Sacrum Cimelium, quod vulgare constituimus, multas plane meretur piorum, doctorumque Virorum inspectiones, quas fortasse digestas, non sine aliqua studii adfuitate, Deo Optimo Maximo legentes acceptas referent, non nobis, qui illo juvante movemur ad hæc potius eligenda, quam alia quæcumque, & ista illis præferenda. In hac Dissertatione, ut Lectoribus morem gerere videremur, multa Scriptorum testimonia & locos ad Historiam Sanctorum VI I. Dormientium (de qua disquirendum est) explanandam, & illustrandam, pro occasione descripsimus, atque adtulimus ad paginarum extremas oras (2), quo magis expedire duximus, & opportunum. Acta, a quibus lo-

ci

(1) Has æreas Tabulas, ab aliis jam editas, emendatiores vulgavimus Pagina XI I. & Pag. XI I I. post Præfationem ad Dissertationem Glyptographicam, editam Romæ Typis Zempelianis (in 4.) Anno. MD. IS. CC. XXXIX. Sed quam emendatissime illas edidimus eodem anno in folio majori ex eadem Officina Typographica Joannis Zempel, collatis iterum exemplaribus vetustissimis.

(2) Cicero *De Natura Deorum* Libro I. pag. 237. inquit. *Nec vero probare soleo, id quod de Pythagoreis accipimus, quos ferunt, si quid adfirmerent indisputando, quum ex eis quaereretur, quare ita esset, respondere solitos, IPSE DIXIT. Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret austeritas. Ergo ratio præsit opinioni.*

ci excerpti sunt, distinximus, in *Antiquiora*, & *Acta alia*, ut a Bollandianis nuncupata fuerunt, licet priora sint legitime tributa *Jacobo Sarugensi*; alia *Sancto Gregorio, Turonensium Episcopo*, ut faciliori negotio, qui cupiunt, valeant recognoscere cum editis: *Acta longiora*, quod minus sincera putentur, parcius adire curavimus. Ceterum Codices non nullos manu scriptos inspeximus cum Historia eorundem Sanctorum: Vaticanos (1), Vallicellanos (2); sed nihil in his animadvertimus, quod Acta vulgata, atque Historiam magis perspicue illustraret. Tamen ex eisdem aliqua descripsimus, & ea in Appendice vulgabimus, quæ de vetusto cultu illis tributo fidem faciunt. Ciceronis autem

fen-

(1) Codices Membranacei Vaticanæ Bibliothecæ, olim *Reginæ Svecorum Christina*, quos vidimus.

Codex 493. pag. 162.

Codex 542. pag. 81. Ex hoc Codice descripsimus Acta Sanctorum VII. Dormientium, quæ cum in paucis differant ab Actis Longioribus a Bollandianis vulgatis, minime edenda esse decrevimus.

Codex 593. pag. 149.

Codex 622. pag. 1.

Codex 711. pag. 92. In isto Codice legitur Oratio in honorem Sanctorum VII. Dormientium, quam in Appendice edimus.

Codex 1127. pag. 162. Habet Acta Sanctorum Ephesinorum, quæ *Acta alia* a Bollandianis nuncupantur.

Codd. Vaticano-Palatini, quos vidimus.

Codex 477. pag. xii. Ex hoc Codice descripsimus quæ pertinent ad Historiam Sanctorum VII. Dormientium, & ea loco Appendicis vulgantur.

Codex 863. pag. 19.

Codex Vaticanus. 5084. pag. 25.

(2) Codex signatus intus & extra F. 8. Titulo recentiori notatus: *Opuscula varia antiquorum auctorum*. Continens vero *Summam* Joannis Belleit, *de reddenda ratione Ecclesiasticorum Officiorum*, & *de Festis Sanctorum*.

Ibidem legimus, ac etiam descripsimus fragmentum Vitæ Sanctorum VII. Dormientium. Illud tamen edere non ducimus opportunum.

sententiæ, quas indicare oportebat, ad editionem Operum ejusdem a *Petro Victorio* curatam, purgatam, ac publicis typis impressam Venetiis in folio in Officina *Lucæ Antonii Juntæ* respondent. Gemmas tres ex *nostro Museo*, quæ ad ornatum Operis eduntur, neque de iis peculiare aliquid differitur, exprimunt Literæ initiales E. in Præfatione, O. in Epistola ad Lectorem, & P. in Dissertatione Hagiologica. Literam E. ornat Gemma, in qua ADAM. & EVA uxor; ambo stantes in Paradisi medio, ubi arbor ramosa (1) fructibus, ac frondibus dives, atque onusta. Truncum arboris vario ambitu complectitur, adscenditque callidus Serpens, ad Evam capite conversus, ac quasi cum ea loquens. Ea vero contra Dei præceptum, pomum ex eadem arbore, *Scientiæ boni, & mali*, jam decerptum, conspicit comesura; quod deinde, utinam numquam comedisset. Adam adloquitur Evam, & utrimque aliæ arbores spectantur. Historia notissima est ex Divinis Scripturis (2). Eadem in antiquo vitro exciso exstat pariter in *eodem Museo*; ubi in alio vitro antiquo, bracteata auro lamina con-

(1) De specie Arboris, nihil exploratum. (2) Lib. Gen. Cap. 11. & Cap. 111. spi-

spicuo , visitur Arbor cum Serpente circum involuto : Emblemate , eandem ipsam Historiam compendio recludente . Gemma , quam ibi loci exhibemus , *Lapislazulus* nuncupatur . Litera P. Jesum Christum exprimit quum inquit (1) . EGO SUM PASTOR BONUS . BONUS PASTOR ANIMAM SUAM DAT PRO OVIBUS SUIS . (2) EGO SUM PASTOR BONUS , ET COGNOSCO OVES MEAS , ET COGNOSCUNT ME MEÆ : ET ANIMAM MEAM PONO PRO OVIBUS MEIS . Igitur rudi , brevique tunica indutus , & calceis more rusticorum , nullo cultu religatis , Ovem , quæ perierat gestat humeris suis , aliæque duæ de suo ovili sculptæ sunt utrimque ad ejus pedes . Adest *Arbor* parte una ; ex alia *Anchora* , & in ima parte *Piscis* . Omnia plena mysterio . Non nulla ex his explanantur in Nummo æreo Veterum Christianorum (3) , & illustrantur insigni , ac plane magni facienda alia Gemma anulari in *Museo Victorio* adservata , & (4) ad calcem ejusdem Libri edita . Hanc Gemmam cum Pastore Evangelico , dicunt *Carneolam* antiquarii . Alia Gemma ,

b quæ

(1) Joannis Capite x. Versic. 11.

(2) Ibidem. v. 14. &amp; v. 15.

(3) Parte II. Cap. xvii.

(4) Pag. 105.

quæ decorat centrum Literæ O. in Epistola ad Lectorem,

*Auditum Superis, auditum Manibus Orpheum* refert, quo Lyram modulante, ut ait Silius Italicus (1),

*Cum sylvis venere feræ cum montibus amnes.* Hoc autem symbolo veteres Christiani pro Imagine Jesu Christi usi sunt(2), sæpenumero illum ita depingentes in parietinis Sacrorum Coemeteriorum: Cujus rei plura monimenta adferunt Bosius, atque Aringhius, ac postremo de illis testatur Boldettus in Observationibus ad Sacra Coemeteria (3). Ipsam Gemmam a priscis Christifidelibus sculptam fuisse, neque adfirmaturi sumus, neque profecto negaturi. Modus tamen artificis, qui ad inferiorem cælaturæ classem pertinet, facile Christianorum opus fuisse persuadet. Quum Ethnicis plerumque inservirent peritiores artifices, & ipsi quoque Ethnici essent. Nos certe pretiosum hunc anulare lapillum ceteris sacris lipsanis adjunctum

(1) *Bellor. Punic.* Lib. XI. v. 462. & v. 468. Vide Cassiodorum Lib. II. *Variorum*, Epist. XI. Virgil. Lib. I v. *Georgicor.* Ovidium, Horatium, Claudianum &c.

(2) Vide sis Eusebium Pamphilum in Oratione de Laudibus Constantini, ha-

bita in Tricennialibus, Capite XIV.

Utebantur quoque primo ævo Christi fideles musico Lyrae instrumento pro symbolo, ut tradit S. Clemens Alexandrinus, *Pædagog.* Lib. III.

(3) Lib. I. Cap. VII.



Etum religioſe cuſtodimus : lapillum vero nuncupant *Carneolam*. Tabulam æri incifam, in qua Ectypon cum Hiſtoria Sanctorum Epheſinorum Dormientium expreſſum eſt, ornavimus Chriſti Monogrammate, literis A. & ω. utrimque inſcriptis, uti in anulo quodam vetuſto cum aliis ſacris cimeliis vulgato, a nobis proditur (1). Palmas quoque, & Coronam adjecimus, certaminis feliciter conſummati ſymbolas. Demum floſculos Papaveris ſeptenos (quos Somno dicavit antiquitas, ut notum eſt), non tantum ornamenti gratia adpoſuimus; verum etiam, ut quoquo modo vulgarem opinionem ſeſtantes, viſo antiquo Monimento, animadverterent illico Dormientium titulum eiſdem Sanctis tributum non eſſe ſine myſterio. Quum vero in Operis progreſſu non nunquam ſermo occurrat de Vitreis quibuſdam monumentis, quæ ab antiquariis, recentiori vocabulo, *paſtæ antiquæ* nuncupari ſolent. Atque illa ſecus parentur ab iis, quæ a clario Viro Philippo Bonarroſio Senatore Florentino deſcripta ſunt in Opere de Fragmentis

b 2

tis

(1) *Nummus æreus Veterum Chriſtianorum Commentario in duas Partes diſtributo explicatus &c. Parte I. Capite XL. pag. 52.*

tis Vasculorum (1), in quibus imagines sacras ex auro bracteato expresserunt veteres Christiani, & profanas iconas pagani: operæ pretium fore duxi, methodum, qua utendum est ad illa conficienda describere, & posteris memoriam opificii perquam utilis exponere: maxime quia nostra ætate summa in eis perfectio commendatur (2); ita ut Jaspides nigræ, virides, rubræ; Achates varie-

(1) *Osservazioni sopra alcuni Frammenti di Vasi antichi di Vetro ornati di figure, trovati ne' Cimiterj di Roma &c.*

(2) Excellunt modo in Urbe *Carolus Anghier* Romanus Aurifex, filius *Adriani* Lutetiae Parisiorum nati, pariter Aurificis, qui paucis ab heinc annis Romæ vivere desiit, & idem operis genus optime callebat. *Christianus Fridericus Dehn*, Svecus, ex Provincia Pomerania, qui maximam gemmarum copiam hisce vitris effinxit, & eandem quotidie adauget gemmis insignioribus. Harum vero elegantiarum sericis, venalem præbet: sive etiam Ectypa ab illis diligenter ducta, plusquam mille numero. Præterea *Augustinus Menga* Neapolitanus, cujusvis generis fictitias hujusmodi gemmas constat. Hi autem omnes singulari propemodum artificio illas perficiunt; ita ut sive opacas malis, sive translucidas. nisi ad rotam, tamquam ad Lydium lapidem, experimento probaveris, veras esse gemmas putes: & si anulo illas inferueris; quisquis viderit; idemque artis peritus sit, facile decipiatur. Materiam vero ipsis operibus faciendis præstare solet *Alexius Mattioli* (cui potissime de-

bemus egregia opera musiva, quæ ab *Petro Adami* Neapolitano, nuper defuncto; itemque ab Equite *Petro Paullo Christophoro Romano*, Viro nostro avo clarissimo coagmentata sunt. Ab utroque enim multæ tabulæ, præcipue in Sacrosancta Vaticana Basilica, æterno tessellato opere confecta spectantur. *Alexius* igitur vitreas ossas parat gemmis factitiis confandis valde idoneas. Sed ut ingenium viri Extraneis etiam hominibus innotescat; non enim de trivio, vulgaresque homines proponimus. Is purpureum colorem, quo Jaspides factitiæ coloris rubri parantur, suo studio adsequutus est, & in eo ad sexaginta gradus coloris rubri (quam Scalam appellant), nempe a roseo subalbido ad purpureum serici villosi mirabiliter pervenit, sine quibus perpauca præstaret ars musivaria. Porro illic deveneramus, ut quum ejusdem coloris musivarius indigeret, opera vetustiora necesse haberet dissolvere, ac delere. Alia quoque laudabilia, atque utilia præstat *Alexius* felici ingenii sui conatu; ita ut dignus illo honore, & compensatione censendus sit, quem calamitas nostrorum temporum, vel sero, vel minime rependit.

riegati , Carneolæ , Hyacinthi , Amethysti , Chalcedonii affabre exprimantur; positisque in conspectu , veterum anulorum vitreis hifce pastis , cum ipsis gemmis de veritate rei quasi contendendum fit . Igitur parata gemma insculpta , sive exscalpta , si quis velit hujusmodi pastas optime conficere ; sumta ferrea lamina , altitudinis circiter unius digiti , & in circulum , sive in figuram ovatæ formæ sinuata ( circumferentiæ paullo majoris , quam ipsa gemma sit ) ; non utique stamno , sive alia materia solidatur , ne ab elastica vi queat dissolvi , quum ad ignem admovetur ; sed tantummodo perfecte jungitur , perforatis , clausisque reflexo , seu percusso claviculo extremitatibus laminæ , quæ altera alteri , lima admodum imminutæ superponuntur , ut circulum constituent . Tunsa deinde *terra Tripolitana* ( quæ ita ab ea Civitate in Africa regione sita appellatur , quæ *Regni Tripolitani* caput est , & ab antiquis Scriptoribus alio nomine dicitur *Leptis magna* , nunc autem *Tripolis Barbarorum* ) , tertia pars descripti circuli , eadem terra digito pressa impleatur . Reliquum  
ejus-

ejusdem terræ ponatur in catino, aqua multa super effusa, quæ manu, sive rudicula, misceatur, atque agitetur. Effundatur deinde ex ipsa aqua permixta in aliud vas, ut in fundo ejusdem vasis lutum deponat. Interim ex terra crassiori, quæ in catino remansit, pars altera ferrei circuli replenda est, atque calcanda pollice, eaque levior est primo *terræ Tripolitanae* solo. Demum ex eadem terra elutriata, ut diximus, vulgo *decantata*, quæ levissima omnium est (1), aqua jam purgata secus emittetur, & tertia pars superior ferrei circuli, tota ex ea pene efficcata, atque, ut ita dicam, jam impalpabili, impleatur, ita ut redundet. Gemma deinde conversa cælatura premitur, quantum fieri potest super ista terra, & inverso circulo, percutitur leniter bacillo, seu virgula ex latere, semel, bis, aut ter; statimque gemma decidet, relicta impressione sui nitidissima in illa terra circulo ferreo constricta, ac constipata. Attamen, ut quod in desiderio est, perfectionis laudem obtineat, tutius erit in unaquaque gemma vitro effingenda,

(1) *Plane* non aliam terram facile expurgata lapillis, & crassioribus arenæ calculis, ei possit comparari.

genda , opus explanatum iterare sexies , octies , decies . Post hæc vitrum solidum , coloratum , five diaphanum , five opacum , quantum satis est operi faciundo , superponatur circulo ferreo , seu *terræ Tripolitanae* in circulo coactæ , ac typum gemmæ referenti , & ita in furno accensis carbonibus undique æstuante exponitur , donec vitrum liquefieri evidenter adpareat ( caveant autem qui hæc agunt ab usu follis omnino ) . Interea os furni clauditur ferreo repagulo , ut totus calor circa illud opus versetur : aliquando tamen introrsus oportet adspicere , ut vitri mox sequutura liquatio conspiciatur . Tunc temporis ferrea spathula vitrum comprimitur , ac forcipe tandem comprehenso circulo extrahatur a furno , & ponatur in tepidario , donec omni igne consumto , cum tepore paullatim frigescat , & ne per antiperistasin a furno ad aërem frigidum translatum opus facili negotio findatur , & in partes plurimas , ut docet magistra rerum experientia , dilaceretur . Verumtamen , quæ de ferreo circulo , de furno , ac tepidario diximus , clarius ostendent omnia

XVI P R A E F A T I O .  
 na figuræ , quas curavimus incidendas .




FIGURA I.

AA. Circulus ferreus , in quo *terra Tripolitana* cum gemma imprimitur .

B. Vitrum quod in Furno colliquandum est .

FIGU-

## FIGURA II.

CCCC. Vas fictile, figura cylindri, paratum ad opus (1). Alii autem ad fictitias gemmas perficiendas Vase fictili utuntur, cujusmodi in Officinis Aromatariorum, & Spargyricorum adhibetur, in *Furnum*, *Fornacem*, *Cinerarium*, ac *Tepidarium* converso.

D. Caput Vasis fictile, quod movetur ad nutum, ac placitum artificis, ut pars interior carbonibus repleri possit.

EE. Oculi duo in capite Vasis aperti, ut carbonibus repleto capite, aër utrimque permeans ignem alat. Vide Fig. III. Literis PP.

F. Os *Furni* ferreo repagulo occludendum.

G. Ferreum repagulum.

H. Os *Tepidarii*.

I. Ferreum repagulum ad claudendum os *Tepidarii* accommodatum.

K. Os *Fornacis*. Vide sis Fig. III. Litera T.

L. Os *Cinerarii*. Vide Fig. III. Litera X.

c

FIGU-

(1) Fit autem Vas ex creta rubra: ea nempe, qua ollæ coquinariæ conficiuntur. Hæc creta aqua dissolvitur, ac deinde cribro purgatur a lapillis, quibus permixta est; Deinde equino stercore, arefacto, laterculorumque pulvere, ac

ferri limatura, creta miscetur, diciturque *Lutum Sapientiæ*. Non nulli, ut magis constans sit opus, quosdam ferreos circulos, puta tres, aut quatuor, in ipsa Vasis structura, cum creta componunt; coctumque Vas, ab igne non læditur.

## FIGURA III.

- MN. Vas fictile sectum scenographice a summo ad imum .
- MO. Caput Vasis accensis carbonibus exæstuans .
- PP. Oculi duo in ipso capite Vasis aperti , ut in priori Figura II. Literis EE:
- QQ. Lamina ferrea os Vasis cooperiens .
- QR. Pars Vasis vacua , quæ *Furnum* appellatur . Hæc autem pars Vasis a Q. ad R. tota intrinsecus circumvestitur lamina ferrea sinuata usque ad extremitates oris in ipso vase aperti . Os indicatur Fig. II. Litera F.
- RR. Lamina ferrea , cui superimponuntur opera excoquenda , uti ostendit Figura I. Eadem vero lamina RR. ita expansa , sicuti esse debet , satis exprimitur Figura IV. Literis A. B.
- RS. Fornax carbonibus accensis repleta .
- SS. Crates ferrea , quæ Fornacis solum est , & cinerem in inferiorem loculum exonerat , Vase per eam diviso bifariam . Sed ipsam cratem ostendit Fig.v. Literis C. D.
- T. Os Fornacis ad immittendos carbones , & exci-



excipiendum aërem apertum in Vase fornicatus , & ne calor ignis lædat artificem , dextrorsum . Vide Fig.II. Lit.K.

SV. *Cinerarium* æquale Fornaci RS.

VV. Lamina ferrea .

X. Os *Cinerarii* ad emittendum cinerem sinistrorsum patens . Vide Fig.II. Lit.L.

VY. Pars Vasis vacua , quæ *Tepidarium* dicitur , quod in ea , opera jam perfecta tepescunt , & æqualis est Furno QR.

YY. Lamina ferrea , quæ fundum Vasis constituit .

FIGURA IV.

A. Lamina ferrea , quam descripsimus in superiori Figura III. Literis RR.

B. Pars ejusdem laminæ A. sive RR. quæ implet solum oris Furni , indicatum Fig. II. Litera F.

FIGURA V.

C. D. Crates ferrea , quæ indicatur in præcedenti Figura III. Literis SS.

Figuræ adpositæ , ut ad usum opportune reducantur , per partes singulas mensurantur pede , seu palmo architectonico: secus autem Figura I. quæ multo majori modulo delineata

ta est , ut facilius perspiciatur , & operationis ordo , clare , ac dilucide explanetur .

Ceterum qui operi incumbunt , utuntur oculariis , sive conspicio (1), quum introspicere velint , ne calor ignis ab ostio Furni vehementer emanans oculorum aciem lædat . Conspicillum autem nulla arte optica elaboratum esto , ne res minuat , aut adcreseat ; adhibetur enim solummodo vitrum crystallinum aptatum ad formam conspicio li , ne visus irritetur , aut vulneretur . Hæc vero breviter dicenda existimavimus circa institutum opus , prævia adloquutione ; properandum enim modo est , & ad ipsam Historiam Sanctorum Dormientium contendendum . *Horæ quidem cedunt , inquit Cicero (2) , & dies , & menses , & anni , nec præteritum tempus unquam revertitur : nec quid sequatur sciri potest . . . . . Tantum remanet quod Virtute , & recte factis sis consequutus .*

EPI-

(1) Ad Plinium Naturalis Historiæ Libro xxxvii. Cap.v. & ea quæ ad Plinium illustrandum nuper prodere libuit in Dissertatione Glyptographica Capi-

te xxviii. pag. 103. & sequentibus amabo percurras velim, & si vacat, ponderare ne graveris .

(2) In Catone Majore. Pagina 513.

# EPISTOLA

## AD LECTOREM.



OMNIS generis monumenta,  
 quæ latent in scriniis,  
 sive in abditis quibusque  
 locis, viris eruditis im-  
 pervia, vix profunt illi  
 qui possidet (1). Hinc  
 laudibus commendantur  
 rerum antiquarum collectanea publicis ty-  
 pis excusa, licet quandoque prodeant in-  
 vulgus nulla descriptione conjuncta. Nos  
 igitur dum hæc cogitamus, aliqua *Musei*  
 Vi-

(1) Cassiodorus (*Variarum Lib. iv. Epist. xxxiv.*) inquit: *Divitis auri vena similis est reliquæ terre si jaceat: usu crescit ad pretium; quando & apud viros sepulta sunt, quæ tenacium manibus includuntur &c.*

Gemma quoque ab Oriente in Italiam advectæ (quæque splendoris gratia monilibus, atque anulis inseruntur, variæque lucis fulgore, arte magistra, naturam juvante, cominus, eminus intermicant), quousque thecis ocluduntur, pene similes lapidibus quos calcamus reperari possunt, quum nullo lumi-

nis nitore splendeant. Inde Ovidius, rem nostram acu tangens, Lib. II. *Metamorphoseon*, Solis auratum currum describens, ait:

*Per juga Chrysoliti, postaque ex ordine Gemmæ,  
 Clara repercusso reddebant lumina  
 Phæbo.*

Idem pariter dicendum est, de quibusque rebus optimo colore distinctis: color enim, nonnisi coruscante lumine distinguitur. Sunt igitur hæc omnia, quum latent, atque ab usu remouentur, tamquam vere non sint.


*Victorii* singularia cimelia de more illustrantes, alia quoque ejusdem Musei inedita emblemata hac illac in lucem emittenda curamus, parati pluribus vigiliis, sed jucundo labore, aliquando Museum totum vulgare, atque exponere: modo vita suppetat (1), ac Lectoris gratia frui sine invidia concedatur. Porro in studia literarum incumbere e re nostra ducimus, nec quicquam ultra cupimus, nisi a te, Lector benevole, probari, quum aliquid in manus tuas damus. Tu interim hisce nostris lucubrationibus UTERE FELIX (2), & convivali adclamatione, quam ex antiquo vitro (3) nunc primum exhibemus (Urbis hospes sis, vel extraneus), lætare

(1) Ita Plinius *Epistolarum* Libro v. *Epist. v. Occursant animo mea mortalitas: mea scripta: nec dubito te quoque eadem cogitatione terreri . . . Proinde, dum suppetit vita, enitatur, ut mors quam paucissima, que abolere possit inveniat.*

(2) In gemmis anularibus antiquis hæc formula non semel occurrit. Mutuum aliquando accepit anulum aureum, sive potius anularem laminam auream vetustissimam totam circum perforatam hisce literis. UTERE. FELIX. MVLTIS. ANNIS. Sed monumentum adeo elegans, paullo post igne liquatum amisimus. Hæc rem iniquam, & gravissimam! Sed patratam impune.

(3) Hoc insigne fragmentum scyphi veteris ævi, hæcenus ineditum exstat Romæ in Museo *Victorio*. Ibidem literis ex albo legimus in antiquâ carneola HAVE. In alia HAVE SECUNDE. In alia HAVE VITA. & in Anulo aereo ejusdem Musei, cujus lamina superior, sive *pala* (ut inquit Cicero Lib. 111. *De Officiis*, pag. 466.), vestigii, seu calceamenti formam refert, literis excisis legitur VIVAS. Demum in alia antiqua carneola anulari ibidem adservata, persimili, sed græca adclamatione notatum legimus ΖΩ. Scriptum in eleganti tabella utrimque anata. Illius autem explanationem cupientes, petere possunt ab *Juvenale*, Satyra VI. ac *Martiale*, Lib. x. Epigrammate LXVIII.

tare temperate , ac sobrie ; nosque communi  
literarum studio tibi unice devinctos , ama-  
re perge.



*Faciendi aliquid, vel non faciendi vera ratio, cum hominum ipsorum, tum rerum etiam ac temporum conditione mutatur. Nam recentia opera MAXIMI PRINCIPIS præbent facultatem NOVA, MAGNA, VERA censendi (1). Porro nostra ætate FELIX ROMA; tandem, enim aliquando (2):*

IN LATIUM SPRETIS ACADEMIA MIGRAT ATHENIS.

---

(1) Plinius *Epistolarum* Libro vi. *Epistola* XXVII.

(2) Claudianus de Manlii Theodori *Consulatu* vers. 94.

ELEN-

## E L E N C H U S

## C A P I T U M.

## C A P U T I

**D**E utilitate quam adferunt Scriptores,  
maxime de rebus sacris agentes. pag. 1.

## II.

Socii Bollandiani differunt de Sanctis VII. Dormientibus. Proponitur Ectypon Musei Victorii cum imagine eorumdem Sanctorum. 3.

## III.

Quæ sint hujusmodi Ectypa, & quomodo conficiantur exponitur. 3.

## IV

Sancti Septem Dormientes Ephesini ab aliis Sanctis, Dormientibus nuncupatis, diversi. 5.

## V

Describitur Ectypon Musei Victorii. 6.

## VI

De Sanctis Dormientibus Ephesinis disquiruntur. 9.

d

Illu-

*Illustrantur Instrumenta supplicii, & cruciatuum eorumdem Sanctorum Martyrum.* 14.

## VIII

*Toreuma vitreum vetustum cum imagine Sancti Demetrii exhibetur.* 15.

## IX

*Aliud Toreuma antiquum ex Amethysto vulgatur.* 22.

## X

*De Sanctis Martyribus, eorumque differentia. De Sanctis Confessoribus.* 24.

## XI

*Quare Sancti Martyres Ephesini Dormientes dicti sint explanatur. Vetera monumenta indicantur, proferuntur, & illustrantur.* 28.

## XII

*Dormitio mortem significat in monumentis Christianorum.* 32.

## XIII

*Domus aeterna pro sepulcro apud Ethnicos frequenter: raro apud Christianos occurrit. Mysterium non idem utrisque.* 39.

*Multa*



## XIV

*Multa de Somno differuntur . Gemma vetusta editur , & illustratur .* 44.

## XV

*Veterum Christianorum Lucerna cum symbolo Jonæ dormientis vulgatur . Item Vitrum antiquum cum eodem signo .* 52.

## XVI

*Disquiritur an Sancti Ephesini fuerint a Somno excitati .* 58.

## XVII

*Quod in Actis legitur de iisdem Sanctis excitatis a somno , exponitur .* 60.

## XVIII

*Proponitur Auctoris conjectura .* 63.

## XIX.

*De Sanctorum Ephesinorum agnitione .* 67.

## XX

*De ætate hujus Gemmæ . Vetustior Sæculo IX. vel etiam VIII. eadem adseritur .* 69.

**F I G U R A E**  
**ET ANTIQUA MONIMENTA.**  
**IN PRAEFATIONE.**

**I**

*Litera initialis E. ex vetusto Lapislazulo, Evæ Historiam exhibet, ab arbore vetita fructum de serpentis.* Pag.V.

**II**

*Instrumenta, quæ ad vitreas gemmas, vulgo pastas conficiendas necessario requiruntur.* XVI.

**IN EPISTOLA AD LECTOREM.****III**

*Litera initialis O. Orpheum representat in antiqua carneola, cytharæ sonitu feras, atque arbores trahentem.* XXI.

**IV**

*Veterum adclamatio convivialis in fundo cyathi aureis characteribus expressa.* XXIII.

**IN DISSERTATIONE.****V.**

*Litera initialis P. Boni Pastoris imaginem refert*

*fert ex antiqua carneola, aliis quoque symbolis veterum Christianorum distincta.* I.

VI

CAP. V *Ectypon vetustum Musei Victorii cū Historia Sanctorum VII. Dormientium Ephesinorum ex antiqua Gemma.* 6.

VII

CAP. VIII *Vitrum antiquum cæruleum, atque diaphanum cum imagine ectypa Sancti Demetrii.* 17.

VIII

*Aliqua Jesu Christi Monogrammata ex Lucernis fictilibus antiquis.* 18.

IX

*Bulla antiqua summæ raritatis ad firmandam chlamydem a veteribus adhibita.* 19.

X

CAP. IX *Cameum antiqui operis ex amethysto cum imagine ejusdem Sancti Demetrii.* 23.

XI

CAP. XI *Vitrum vetustum viride, ac deauratum cum typo Lazari a Christo suscitati.* 30.

CAP.

## XII

CAP. XII *Plumbeum Toreuma sacris imaginibus utrimque distinctum.* 36.

## XIII

CAP. XIII *Veterum Christianorum titulus literis infrequentioribus insculptus ex adverso profanae memoriae.* 42.

## XIV

CAP. XIV *Inscriptio Caii Licinii Midonis ex antiquo marmore.* 47.

## XV

*Epitaphium Sancti Onesimi ex vetusto lapide Sacrorum Cæmeteriorum Urbis.* 48.

## XVI

*Gemma a veteribus ethnicis incisa, in qua Jupiter, Apollo Phœbus, & Diana.* 51.

## XVII

CAP. XV *Lucerna fictilis veterum Christianorum cum signo Fona decumbentis sub Cucurbita.* 53.

## XVIII

*Vitrum antiquum deauratum cum eadem Historia Fona decumbentis.* 55.

I M P R I M A T U R ,

Si videbitur Rm̃o Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

*Ph. Spada Archiep. Theodosiæ Vicesg.*

---

# ADPROBATIONES CENSORUM.

## I

**S** *Sanctorum VII. Dormientium Historiam ex Ectypis Musci Victorii expressam, & Dissertatione, veteribusque Monumentis illustratam, jussu Rm̃i Patris Fratris Aloysii Nicolai Rodulphii Sacri Palatii Apostolici Magistri a me lectam; quia nihil Catholicæ Religioni, ac bonis moribus adversum in illa reperi: Imo ea eruditione refertam deprehendi, quæ Ecclesiasticæ antiquitatis studiosis prodesse poterit, dignam publica luce censeo. Romæ Idibus Octobris. Anno Domini MDCCXL.*

*Petrus Pollidorus.*

Quum

**Q**Uum jussu Reverendissimi Patris Nicolai Rodulfi Sac. Palatii Apostolici Magistri: *De Sanctis VII. Dormientibus Dissertationem* singulari studio, atque eruditione elucubratam diligentissime expenderim, in ea que nihil, quod a verae Fidei, Christianorumque morum institutis abhorreat, deprehendere potuerim, publici juris fieri posse censeo. Romae ante diem VII. Kal. Novemb. Anno Domini MDCCCXL.

*Franciscus Marianus Vatic. Basilicae Benefic.  
& Bibliothecae Script. Graecus.*

---

**I M P R I M A T U R,**

**Fr. Nic. Rodulfi Ord. Prædicatorum Sacri  
Palatii Apostolici Magister.**

**SAN-**







SANCTORUM  
 SEPTEM DORMIENTIUM  
 HISTORIA  
 DISSERTATIONE  
 ET VETERIBUS MONIMENTIS  
 ILLUSTRATA.



ENE incredibile dictu est  
 quam multæ nostra æta-  
 te in vulgus prodeant  
 eruditorum Virorum lu-  
 cubrationes, quibus Hi-  
 storia prioris ævi, tum  
 Sacra, tum Profana illu-

CAP. I  
 De Utilitate, quam  
 adferunt Scripto-  
 res, maxime de re-  
 bus Sacris agentes.

stratur. Et si velim illa pariter memorare,  
 quæ versantur circa Philologiam, Quæstio-  
 nes Academicas, & Rhetoricas exercitati-  
 ones Oratorum, & Poëtarum, Latino, Thus-  
 coque idiomate publicis typis excusa, profe-  
 cto omne tempus in ipso differendi exordio  
 consumeretur. Siquidem ea omnia ita avide  
 plerumque expetuntur a curiosis, doctisque  
 Viris, ut nova, laudandaque inventionis ra-  
 A tione,

tione, literariarum rerum nuncia Parisiis, Amstæledami, Londini, Genevæ, Bernæ, aliisque variis in locis edenda curarint; maxime vero in Italia, Venetiis, ac Florentiæ; quibus per singulas hebdomadas folium librorum tunc temporis impressorum Epitomen, sive summam promens, per tabellarios continuo euntes, & redeuntes deferri paullo ante constitutum est. Verum enim vero quid utilitatis ab Scriptoribus Ecclesiasticis nostro hoc ævo in describendis Sanctorum Vitæ adfide incumbentibus adpareat; nempe ab Hagiologis Bollandianis, qui singulis Sanctis propria die adsignata, Historiam vitæ prosequuntur, mirari potius licet, quam verbis exponere. Illud sedulo considerare oportet, ab anni initio, videlicet a Mense Januario (quo anni primordia, pene ab omnibus inchoantur), usque ad Diem XIX. Mensis Augusti, Volumina XXXV. jam prodiisse, non sine piorum, doctorumque hominum ingenti solatio; quod admodum nitide edita sint Acta Sanctorum, collatis inter se vetustis manuscriptis codicibus, & summa fide recognitis; præterea, quod prolegomenis lectissimis ornata

nata sint eadem Volumina, additis qua opus esse rati sunt, animadversionibus valde eruditis.

**I**TA porro apud ipsos Mense Julio ad Diem XXVII. legenda occurrunt Acta Sanctorum Septem Dormientium (1), quæ nunc expendimus, vulgare cupientes Ectypa vetustum ex Museo Victorio, in quo iidem ipsi Sancti VII. Dormientes exhibentur in antiqua gemma, fortasse modo amissa, in sculpti.

CAP. II  
Socii Bollandiani differunt de Sanctis VII. Dormientibus. Proponitur Ectypa *Musei Victorii* cum imagine eorumdem Sanctorum.

**H**ÆC autem Ectypa, ut illi etiam, qui minus norunt intelligant, quid istud rei sit, & quam simillima exemplari existant; Vel fiunt liquato aqua gypso, vel sulphure in amula ad ignem admota, colliquato, & cinnabari, sive alio colore mixto. Igitur quodvis horum selegeris, gemmæ, ut dicebam, infunditur, cui, ne undique diffluat, sive sulphur, sive gypsum, fascia tenuis e stamno, non nihil ipsa gemmæ area eminentior, adstringitur, & filo, si opus fue-

CAP. III  
Quæ sint hujusmodi Ectypa, & quomodo conficiantur exponitur.

A 2

rit,

(1) Tomo VI. Mensis Julii. Pag. 375. & seqq.

Vide quoque Martyrologium Usuar.

di apud Bollandianos Tomo VII. Mensis Junii, pag. 428. & in Auctariis pag. 429. & 430.

rit, circumligatur. Jam verò rigente sulphure, densatoque gypso, alterutrum a gemma dividitur, & sic ipsissimam gemmæ imaginem ectypon refert. At ipsa gemma aliquando leniter oleo perungitur, ut facilius gypsum aut sulphur ab illa separetur. Est item aliud genus operis, quo utimur ad exrenda e gemmis cælaturæ exempla, nempe cera, quam *Hispanicam* dicunt. Ea, ut plurimum palmaribus bacillis teretibus, rotundisque constat, & ad ignem candelæ, sive lucernæ propior accenditur, non ut ardeat, sed ut fluat, tantum, quantum sat est ad excipiendam ex gemmis imaginem; magisque probatur, quæ rubenti colore plus nitet, ac facilius fluit. Ceræ itaque liquenti subponitur lamina, sive lignea, sive papyracea, sed satis firma: Optimæ vero sunt chartæ lusoriæ, quæ Massilia ad Centumcellas appulsis navigiis deferuntur, atque inde Romam, & in inferiori, seu adversa parte, totæ sunt albæ; reliquæ enim alearum species in utraque parte sunt impressæ; scilicet signis lusoriis, parte una; altera, typo officinæ. Eundem effectum præstat item cera mollis,  
digi-

digitorum ope interdum compressa, donec in figuram coni exurgat, eaque paullulum madefacta labiis, converso cono, gemmæ incisæ imprimitur. Pene illud de hac cera expressit Ovidius (1) virtutem Solis commendans.

*Cera remollefcit, tractataque pollice, multas  
Vertitur in facies, ipsoque fit utilis usu.*

Ectypon vero, de quo dicturi sumus, constat ex sulphure, & quidem multis ab heinc annis fufo, & ab eadem gemma sumto.

**I**GITUR laudati Bollandiani, ante quam Acta proferant, agunt prævio Commentario de Sanctis Septem Dormientibus in Germania septemtrionali cultis, nempe apud Norvegos. De aliis item in Gallia, sive Turonensibus, quorum nomina sunt CLEMENS, PRIMVS, LAETVS, THEODORVS, GAVDENS, QVIRIACVS, sive CYRIACVS, INNOCENTIVS, quos Cæsar Cardinalis Baronius eosdem cum Septemtrionalibus esse opinatur in notis ad Martyrologium Romanum (2). Ei vero minime adsentiuntur Bollandiani, nec alii plerique in eandem sententiam pedibus

CAP. IV  
Sancti Septem  
Dormientes Ephe-  
sini ab aliis San-  
ctis Dormientibus  
diversi.

(1) *Metamorphoseon* Lib. 2. Fab. VIII. (2) Ad Diem XXVII. Julii.

dibus ire arbitrati sunt, argumentis ab ipsis Actorum collectoribus prolatis moti, atque devincti. Ceterum hæc Historia alia est a Sanctis Septem Dormientibus Ephesinis, qui in nostro Ectypo ad declarandam veritatem adposite sunt expressi.

## CAP. V

Describitur Ecty-  
pon Musci Victorii.

**O**MNES ergo tamquam vere Dormientes repræsentantur, tunica tantum induti; alii sedentes, jacentes alii, storea quadam, sive stramento unicuique subposito. Nimbo rotundo caput illorum ornatur (1), quibus omnibus proxime spectatur ab antiquo artifice formatum instrumentum, quo Martyrium, sive mortis illatæ genus apprehendi possit; scilicet clavæ nodosæ, secures, clavi, faces ardentes (2): E regione autem nomen singulis adpositum est. Sedent duo primi CONSTANTINVS, & MAXIMIANVS. Alter sinistra caput regit, genæ admota; dextra sinistro cubito ad latus quoque finistrum

(1) Hic Orbis capiti circumscriptus, *Venerationis index, & Majestatis, quæ humanam excederet*, dicitur ab Laurentio Pignorio in expositione Mensæ Isaca, pag. mihi 23. sed ad Nummum Æreum veterum Christianorum,

Commentario a nobis explicatum Parte 1. Cap. xxvii. pag. 29.

(2) De his omnibus Martyrum suppliciiis, pœnisque, agit Antonius Gallonius Congregationis Oratorii Presbyter, in *Lib. de Martyrū Cruciatibus*, quem vide.

strum compressa, celataque, & pede lævo post dexterum composito, ejusque post tergum, in area gemmæ clava erecta cernitur, parte graviori superius, tenuiori inferius efficta. Alter dextero cubito coxæ dexteræ innixus, crure non nihil contracto, manu genam fulcit, extensoque magis sinistro pede, aliam manum ad genu protensam tenet. In area, quæ media est inter utrumque cernitur clava longior alia, in ima parte aculeata. Jacent veluti somno indulgentes, supini, alii duo JOHANNES, & MALCHVS. Hic utroque crure, pedibusque æqualiter productis, exporrectisque. Ille cruribus pene decussatis, nisi quod pes dexter longius aliquantulum excurrit. Ambo brachiis ad ventrem usque prolatis. Malcho adjacet securis. Johanni lignum nodosum, sive mavis clava. Demum sedent, ad dexteram admodum reclinatus MARTINIANVS, quem prope jacet securis: ad sinistram SERAPIO, cui fax ardens proxima est. Medius DANESIVS, ut in Ectypo legitur, sive DIONYSIVS, ut aliis placet illum nuncupare (1), ceteris magis erectus, cui ma-

(1) Ad Martyrologium Romanum ad diem xxvii. Julii: Item Acta a Bollandianis congesta, & alios qui eorundem Sanctorum meminerunt.

magnus clavus (1), seu aliquod aliud instrumentum, martyrii symbolum adstat, fascia, ut mihi videtur, circumligatum. Martinianus dextero cubito, dorsoque, & capite stœreæ innititur, manu ad maxillam fulciendam explicata (2), sinistro brachio, manuque dex-

(1) Sanctus Paullinus Episcopus Nolanus, de quo aliqua dixisse non pœnitet in Nummo Aëreo explicato Parte 1. Capite XI. ad calcem pag. 51. num. 3. agens Natali IX. Carmine XXIV. *De adventu Nicetæ Episcopi e Dacia, qui ad Natalem D. Felicis occurrerat*, hæc ait ad rem nostram.

*Vitale, Agricolam, Proculumque Bononia condit,*

*Quos jurata fides pietatis in arma vocavit,*

*Proque salutaribus exit victoria palmis,*

*Corpora transfixos trabalibus incluta clavis.*

Vide in Bibliotheca Patrum Lugdunensi Tomo VI. pag. 289. Illos autem clavos ferreos fuisse existimo, quales in crucifixione Domini nostri Jesu Christi perfidos Judæos adhibuisse scimus. Iisdem utebantur veteres ad opera contignationum in Aedificiis, ut meminit Vitruvius Lib. VI. de Architectura. Cap. III. Ubi Guilelmus Philander monet: *ferreos clavos in intestino opere plurimum valere, æreos in ceteris, atque humido loco præstare, & penè æternos esse*. Duos vere trabales clavos, sed æreos vidimus olim Romæ in Museo Strozio, quum adhuc in vivis esset Præsul eruditus Leo Stroza amicus noster, & eos ex contignatione Porticus Basilicæ Sanctæ Mariæ ad Martyres, quæ Pantheon dicitur (vulgo ab exteriori, atque interiori figura ædificii, *la Rotonda*), erutos, servatosque fuisse nobis exponbat. Alium vidimus quo-

que in Museo Kircheriano: Eadem vero Porticus contignatio tabulis æreis tota constabat, hujuscemodi clavis pariter æreis confixa, quam Urbanus VIII. Pontifex Maximus ad ornandam Principis Apostolorum memoriam evertit Anno MDCXXXI. confato illo ære in Mausoleum miræ pulcritudinis, atque magnificentiæ. De hoc Opere vere mirando disserit Philippus Bonanni Societatis Jesu Presbyter in Historia Templi Vaticani Cap. XXIV. & alii illustratores ejusdem augustissimæ Basilicæ.

Clavos Trabales memorat quoque Horatius Lib. I. *Carminum*, Ode xxxv. & quidem in usum tormenti, sive supplicii; inquit enim:

*Te semper anteit sæva necessitas,*

*Clavos Trabales, & cunctos manæ*

*Gestans abena: nec severus*

*Uncus abest, liquidumque plum-*  
*bum &c.*

(2) Dantes Aligherius Guilelmum Navarraorum Regem, Philippi, cognomento pulcri, Francorum Regis Sorcum in Purgatorio (*Canto VII. in fine*), describens, ait.

*L'altro vedete ch'ha fatto alla guancia*

*Della sua palma, sospirando, letto &c.*

Vide sis Christophorum Landinum in Commentariis loco citato. Horum vero Commentariorum laudatur editio Florentina in folio Nicolai Laurentii *della Magna*. An. M. cccc. lxxxI. quam in privata Bibliotheca servamus æneis figuris r natam



dexteram versus prolabente; pedibus solutis, sed imparibus, nempe sinistro elatiore exprimitur. Serapio, sinistro cubito infistit storeæ, manuque caput excipit: dextero brachio usque ad cubitum ad latus excidente, manu vero sinistram versus. Pes sinister cum crure productus est: dexterum crus cum eo ad suram interferitur. Dionysius brachio dextero ad cubitum flexo innixus genu est sublimiori, manu ad genam expansa: sinistro brachio circa poplitem defluente; crure altero longius prolapso: cunctique repræsentantur capillo breviusculo, atque imberbes.

CAP. VI  
De Sanctis Dormientibus Ephesinis diiquiratur.

**H**OC testimonio adeo illustri, & merito ad nos transmissæ sacrae eruditionis venerabili, adversus Dionysium Jacobitarum Patriarcham (1), & Jacobum Sarugensem (2) tutissime iri potest, qui contra communem, vulgatamque hujus historiæ famam, octo fuisse Sanctos Dormientes scripserunt. Nomina quippe Sanctorum Ephesinorum, atque imagines, septem omnino sunt;

B quæ-

(1) Exstat apud eruditissimum Asemanum Canonicum Basilicæ Sancti Petri de Urbe, & Vaticanæ Bibliothecæ Præ-

fectum, editæ ab ipso Bibliothecæ Orientalis Tomo 1. pag. 336.

(2) Homilia de SS. VII, Dormientibus.

quæque diversimode recitantur a variis Scriptoribus (1), in hoc monumento sine ambiguitate notantur. Constat pariter eodem testimonio de eorundem agone, atque obitu, quos Scriptorum nullus indigitat, nullus describit (2): nam præter quam quod in spelunca clausi occubere, ut testantur Acta (3), quo mortis genere cesserint e vita, indicant secures, faces, ligna nodosa, clavi, in nostro Toreumate conspicua omnia. Constare item potest de illorum sacro cultu vetustissimo post obitum, indice Nimbo rotundo, de quo plura alibi diximus (4). Dubium quoque a Bollandianis excitatum resolvitur ope hujus antiqui monumenti; quum enim in ancipiti ex eo se constitutos esse fateantur, quod in Actis antiquioribus Jacobi Sarugensis a se prolatis, *Pueri* dicantur Sancti VII. Ephesini, suspicari liceat, *num ob juvenilem ætatem*

(1) Vide sis Socios Bollandianos Tomo VI. Julii in Commentario prævio §. I. num. 6. & num. 7.

(2) Baronius in notationibus ad Martyrologium Romanum ad Diem VI. Kal. Augusti, videlicet XXVI. Julii lit. f. scribit. *Quicquid sit optimo jure dicimus, tam Latinos, quam Græcos religiose, ac pie colere, ac celebrare horum Sanctorum anniversariam solenni-*

*tatem, quum gravia passi sint temporibus Decii, atque revera in Domino obdormierint: genus autem suppliciorum præterit, quod & alii ad hanc diem veteri testimonio carentes fecerunt.*

(3) Ad Caput XI. hujus Dissertationis, & quæ ibidem notantur pag. 29. n. I. diligenter expende.

(4) Vide præcedenti Capite in adnotatis ad calcem pag. 6. nu. I.

tem (1), vel ministerium communiter a Græcis aliisque Scriptoribus pueri appellantur. Ipfis enim, ut inquit, præplacet hæc posterior significatio, etsi etiam alia commode intelligi possit. Verum quicquid sit de illorum conditione, quam apud Livium (2), ex eadem *Puerorum* voce eliciunt, conformemque animadvertunt Scripturæ Sacræ consuetudini; in hujus Historiæ illustratione, *Puerorum* appellationem ad ætatem eorundem primo referri oportere manifeste docet insigne id monumentum, ut consideranti patet. Illud etiam observandum in Menologio Græcorum jussu Basilii Imperatoris græce olim edito, sed græce, & latine vulgato Anno MDCCXXVII. Typis Urbinatibus. Ibi enim Parte I. ad Diem XXIII. Octobris (3) in tabula æri incisa Sanctorum VII. Ephesinorum Dormientium imagines conspiciuntur, tamquam Puerorum in spelunca degentium, hoc titulo præposito brevissimæ illi Historiæ. Η ἀνάμνησις τῆς φανερώσεως τῶν ἀγίων ἐπὶ τῶν παίδων τῶν ἐν Εἰφέσω. *Commemoratio manifestationis Sanctorum Septem Puerorum Ephesi.* Referunt

B 2

Acta

(1) Ita in observationibus ad pag. 389, in eodem Tomo VI. Julii.

(2) Libro v. Decade VI.

(3) Pagina 137.

Acta a S. Gregorio Turonensi scripta (1), furente Decio Imperatore eosdem Christi Martyres ferro oneratos in conspectum illius adductos fuisse, & blanditiis tentasse (2); discussoque ferro a collo eorum, quum discederet, liberos dimisisse, donec ad Ephesum rediret: *quia non decet tantam venustatem, ac pulcritudinem corporis subdi tormentis*. Idem confirmatur a nobis ejusdem Gregorii testimonio paullo post in hac Dissertatione adferendo (3). Quis vero decere adfirmet, sive potius quis patiatur? has oris elegantias, & egregium formæ decus in viris ab aliquo celebrari, quæ vix modeste tolerantur, quum de ephœbis se bene gerentibus, ac recte moratis, per otium aliquando sermonem facimus. Illud sane improbare videtur Sanctus Basilius Magnus Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopus, aliqua edifferens de perfecta hominis institutione, in Epistola Prima ad Sanctum Gregorium Nazianzenum Theologum nuncupatum (4). Heinc sæpe miratus sum animadvertens apud eruditissimum Can-

gium

(1) *Acta alia* §. 2. Eduntur a Bollandianis post *Acta Antiquiora* in eodem Tomo VI. Julii pag. 389.

(2) *Ibidem* §. 3.

(3) *Adi Caput XVIII.* in adnotatis ad calcem pag. 65. num. 1.

(4) *Opus Tomo II.* pag. 783. E dit. Parisiis in fol. c. lxxviii.

gium in Dissertatione de inferioris ævi Numismatibus (1), antiquum ab eo proditum monimentum, in quo Septem Sanctorum imagines in orbem expressæ sunt, totidem segmentis distinctæ, quæ seniores, barbatosque viros exhibent cum nimbo rotundo circa caput, statuque veluti dormientes repræsentantur (2). In centro hujus emblematis historia valde obscura continetur; epigraphæ vero partim latinis, partim græcis characteribus, & male delineatis descripta est; ita ut nulla interpretatione declarari possit. Culpam tamen, si qua forte sit, tum in figuris, tum in inscriptionibus, illi tribuit Cangius, a quo ectypon, sive potius graphydem acceperat. Putandum eosdem Sanctos VII. Dormientes in giro artificem exprimere voluisse. Verum ex præmissis rerum ordine, nullo modo quod præsumerat adsequutus est: nisi forte historiam Sanctorum VII. Dormientium in Germania, sive in Gallia clarorum

(1) Vide ad calcem Tomi II. Glossarii mediæ, & infimæ Latinitatis Tabula II.

(2) Ibidem Num. XXXI. Hujusmodi Nummum, ni fallimur, quem se descripsisse ait in Notis historicis, & philologicis ad Alexiadem Annæ Comnenæ Cesarissæ, editum non reperimus in

Opere laudato pag. 322. cum aliis nummis ad Alexium pertinentibus. Id Opus, sive notæ ad Alexiadem exstant post Joannis Cinnami historiarum libros, seu de rebus gestis a Joanne, & Manuele Comnenis Imperatoribus Constantinopolitanis pag. 220. Edit. Parisiis in fol. AN. M. DC. LXX.

rum infulpere conatus sit , de quibus sermo incidit in hac Dissertatione Capite IV. Eam sane perscrutari modo , locus & occasio minime patiuntur , neque Cangius id in mente habuisse alicubi prodit .

## CAP. VII

Illustrantur Instrumenta supplicii , & cruciatuum eorūdem Sanctorum Martyrum .

**F**ACES autem , clavas , five fustes , vatesque , & secures ad Christifideles conterendos , maectandofque sæpe numero adhibitas fuisse , argumentis minime opus est , apud illos præfertim , qui Sacras Historias , atque Acta Martyrum , Martyrologia , ac Menea vetūstissima utquumque Iustrarunt . Quibus etiam omiffis , fat est Antonii Gallonii Opus infigne de Martyrum cruciatibus hac illac infpicere , ubi delineata quoque , ne dum descripta sunt plurima instrumenta ab ethnica impietate adinventā , atque a tyrannis frequenti immanitate , atque odio probata , Martyribus excruciantis aptiffima . Quæ instrumenta aliquando in Cryptis , five Coemeteriis suburbanis prope Martyrum corpora , reperta fuere , & nostra item ætate , licet admodum raro (1) inveniuntur , fidemque rei

fa-

(1) Sacra Coemeteria per singulos cuniculos ita diligenter perquifita Iunt , ut certe parum fupereffe videatur ad explorandum .

faciunt indubiam probati viri, qui ad extrahendas illorum exuvias a Sacris Præsidibus sunt destinati (1), & alii Scriptores rerum Ecclesiasticarum in suis Operibus meminerunt (2): servarique illa solent in sacrariis, thecisque, & piæ fidelium venerationi rite proponi, ut; *quod fuit instrumentum pœnæ*, inquit Eusebius Gallicanus (3), *sit gloriæ testimonium, & dolorum materia transeat ad insigne meritorum.*

**D**UO vetusta monumenta huic loco potissime congruentia adferenda succurrunt.

CAP. VIII  
Toreuma vitreum  
vetustum cum imagine  
Sancti Demetrii  
exhibetur.

(1) Bosius (*Roma sotterranea*) Libro 1. Cap. xx. Lib. II. Cap. II. Lib. IV. Cap. I. Edit. in 4.

Paulus Aringhius Romæ Subterraneæ Tomo 1. Lib. I. Cap. xxix. pag. 151. & seqq. Editionis in fol. Hanc autem editionem ideo recensuimus; est enim alia ejusdem Operis editio in 12. Arnheimiæ. M.DC.LXXI. Apud Fridericum Hagium cum hoc titulo. ROMA SUBTERRANEA NOVISSIMA, &c. ex absolutissimo Opere PAVLLI ARINGHI.

Fabrettus Inscriptionum Antiquarum Cap. VIII. pag. 555.

Boldettus (*Offervazioni sopra i Cimiterj de' SS. Martiri*) Lib. 1. Cap. LX.

(2) Vide sis Baronium in Annalibus Ecclesiasticis variis locis, & in notis ad Martyrologium Romanum, potissime ad diem xxvi. Junii lit. d. Illud idem, quod de instrumentis obitus Sanctorum Martyrum in eorundem locis sepulchralibus

reperitis jam diximus, scite animadvertit Aringhius (*Rom. Subterr. T. 1. Lib. 1. Cap. xxix. §. 12.*) in tumulis quoque Sanctorum Confessorum accidere; nisi quod hujusmodi pœnitentiæ instrumenta, ipsi aliquando experierunt, jufferuntque in suis tumulis post mortem reponenda, ut in eorum Actis, & Historia vitæ monetur. Instrumenta vero Martyrii, vel ab fociis servata, & memoriæ, ac venerationis ergo in oculis apud illos reposita fuerunt; vel Martyrum corporibus non numquam uti infixæ erant relicta, quemadmodum cultri, lanceæ, clavi, &c. ita cum iisdem fuerunt simul tumultata.

(3) Homilia de Sanctis Martyribus Ehipodio, sive Epiphodio, & Alexandro. Exstat in Bibliotheca Patrum Lugdunensi Tomo VI. Locum a nobis indicatum leges, si cupis reperire, pag. 669.

runt . Utrumque fervatur *in Museo Victorio*, atque admodum infigne est . Primum est Vitrum anaglyphum cærulei coloris, atque diaphanum (1), imaginem militis egregie lorricati, sive cataphracta induti exhibens . Is capillos crispas habet, brevesque . Imberbis est, ætatem tamen præferens Viri maturitate præstantis, & majestate gravis . Dexterâ manu (quod maxime notandum velim), lanceam oblique tenet, nempe parte superiori ad

(1) Ad præfationem huic Dissertationi, de Sanctis VII. Dormientibus Ephesinis, præpositam, in qua normam exposuimus ad construenda hujusmodi quavis opera ad veterum imitationem, fortasse non incuriosis fatis utilem . De hisce vitreis cimeliis pauca prædit Bonarrotius in Præfatione ad Numismata majoris moduli Musei Carpinei Pagina XVI. Quod autem ibidem ait tam multa ideo reperiri, quod plebs urbana in anulis, quos deferebat, illis uteretur; quamvis verum esse minime dubita verim: at tamen tunc quoque aliquos fuisse opinari lubet, ac credere (uti modo plures existunt), qui ingenti gemmarum sculpturarum pretio perterriti, hujuscemodi pastis factitiam Dactyliotheam facilius sibi parare studuerint . Rei testimonium nostra ætate præstant anuli aurei magni ponderis, argentei quoque, & ærei deaurati aliquoties reperti, in quibus eadem vitrea gemma a vetustioribus immixta conspicuntur . De hoc vitri genere videndus est Plinius Naturalis Historiæ Libro xxxvi. Cap. xxvi. & de eodem scribit Marbodæus antiquus Poëta, ab Jacobo Gronovio vulgatus post

auctam Abrahami Gorlæi Dactyliotheam (Parte II. pag. 5. edit. Lugduni Batavorum in 4. c. 10. 10. c. xcv.) agens de Gemmis, sive pretiosis lapidibus, illorumque infita virtute .

*Sed fraus intactum quia nil humana relinquit .*

*(Invida naturam, dum scilicet ars imitatur,)*

*Veras a falsis, labor est discernere gemmas .*

*Callida, quas didicit vitro simulare dolose,*

*Dum veram speciem mentitur adultera forma, &c.*

Nuperrime de antiquitate vitreorum emblematum, gemmarumque factitarum, aliqua dixit clarus Gorius in editione Poëmatis Actii Synceri Sannazarij de Partu Virginis, una cum Italica versione Comitum Casaregii (  *Osservazioni sopra iv. Monumenti degli antichi Cristiani rappresentanti il Presespio del nato Salvatore, &c.* ) post Præfationem §. XIII. in fine, & §. XIV. Pag. LXXXVI. & seq. In iisdem autem observationibus, editis scorsim ab ipso Poëmate Sannazarij, Pagina LIV. & LV.



ad dexteram vergente, inferiori sinistram  
versus. Manu læva brachio insertum scu-



Vetri antiqui magnituda.

tum rotundum, sive clypeum gerit (1),  
circulo super aream eminentiori ornatum, in  
quo græca Crux eadem area pariter eminentior,

(1) Porro Scutum a Clypeo distinguebant veteres, quod Clypei rotundi essent; Scuta, longiora. Videndus Titus Livius, Virgilius, aliique plures ex veteribus, & recentioribus. De hac re egimus aliquando in illustratione Aurei Nummi, scu Floreni veteris: Parte IV. Numero xxx. §. 13. pag. 436.

Nostri ætate scutum pro clypeo, & clypeus pro scuto usurpari solet; quum cessaverit usus illorum tum in bello, tum in omni singulari certamine. Itaque ple-

rumque tamquam synonyma censentur. Siquidem armis paribus congressuri, dextera enses gerunt, sinistra hostiles ictus retundunt; neque scutum, neque clypeum, sed neque thoracem, galeamque induunt; non ut facilius mortem declinent (quam nullo defensionis instrumento protecti, pene inevitabilem consequuntur); sed quasi vetustioribus fortiores, vulnerari se minime posse existiment, pensantes agilitate corporis impedimentum armorum.

tior, spectatur (1). Lorica autem, qua induitur; non quidem ex corio, qualem describit Servius apud Virgilium (2), neque lino constare facile adfirmaverim, qualem ex Homero memorat Plinius (3) apud Trojanos usurpatam: Sed potius æream, ornatamque aureis segmentis effinxisse vetustum artificem opinamur; quum iisdem segmentis valde exstantibus expresserit, quæ ferre non solet corium, ac linum. Chlamys post tergum de-

(1) Hanc Crucem aliquando Monogrammate Christi ornatissimo, ita fortasse occultabant Veteres Christiani;

scilicet græca litera P. capite non nihil aperto, ac supertransiente hastam Crucis rectam,



ut in duabus Lucernis scitibus videri potest in Nummo Æreo explicato Parte I. Cap. xl. pag. 53. & 54. in quibus eadem litera P. exprimere potius videtur literas ST. sed græcorum more simul conjunctas. Crux autem græce *σαυρός* dicitur. Quoties igitur hujusmodi Monogramma occurrerit, a Christo Cruci adfixo, ipsam Crucem sanctificatam fuisse, tacite edocemur. Inquit Cælius Sedulius Presbyter, *Mirabilium Divinorum*, sive *Operis Paschalis* Libro IV.

*Neve quis ignoret speciem Crucis esse colendam,*

*Quæ Dominum portavit evans, ratione potens:*

*Quatuor inde plagas quadrati colligit Orbis.*

*Splendidus Autoris de vertice fulget Eous;*

*Occiduo sacrae lambuntur sydere plantæ:*

*Arcton dextra tenet; medium lava erigit axem:*

*Cunctaque de membris vivis natura creantis,*

*Et Cruce complexum Christus regit undique mundum, &c.*

Adi Bibliothecæ Veterum Partum Lugdunensis editionis Tom. VI. pag. 470.

(2) Libro XI. Æneid. v. 679.

(3) Nat. Histor. Lib. XIX. Cap. I.

dependens (1), bulla de more firmata est ante pectus, ad humeri dexteri partem (2).

Ornatur nimbo rotundo circa caput, literis


C 2

utri-

(1) Inquit Isidorus *Originum* Lib. xix. Capite xxiv. *Chlamys est, quæ ex una parte induitur, neque consuitur, sed fibula infrenatur.*

(2) Ita frequentissime in vetustis signis, & hermis marmoreis, æreisque vulgo *Busti*: In imaginibus tum depictis, tum iis, quæ in sarcophagis sculptæ sunt: In Cameis quoque, & Gemmis, in quibus protomæ virorum illu-

strium conspiciuntur, & in vitreis monumentis, quæ supersunt. Illas autem ex quovis metallo, nitide ac studiose elaborato conficiebant; sive lapillis pretiosis rutilantibus immixtis, & non nunquam Cameis, sive Gemmis opere anaglyphico a claris cœlatoribus exsculptis ornabant, parabantque. Rarissimam hujusmodi Bullam ex vitro subviridi, atque opaco hujus moduli.



figuram Alexandri Macedonis galeati, pectore tenus, cum balthæo, plena, ac pene extanti insignitam, ex nostro Museo depromimus; ex ejus enim aversa parte duplici diametro eminentiori æqualiter perforato distincta (quod nullus rei antiquariæ scriptor ad hanc diem studiosus ostendit veteris monumenti testimonio), discimus quomodo Bullam cum chlamyde alternis insimul vicibus inserto loro, sive funiculo fibularent. Hanc eandem Bullam, plane singula-

rem, dono dedimus, veteris amicitiae, ac benevolentiae testæ, Hieronymo Equiti Odam, qui graphydem expressit: Is vero, ut monuit me, hoc eodem anno præbuit heic Romæ *Milord Ovard Carlisle*, qui illam conspiciens mire laudaverat. Fortasse generoso alicui militi inserviebat: sumebant enim antiquiores ab illis imaginibus, quas gestabant virtutis omen, ac certissimam felicitatem in rebus gerendis sibi augurabantur, & promittebant.

utrimque inscriptis Θ ΔΗ ΜΗ ΤΡΗ ΟΥ . Hoc est SANCTVS DEMETRIVS . Porro hujus insignis Christi Martyris, qui Thessalonicæ Proconsulis munus impleverat, mentio exstat in Martyrologio Romano ad Diem VIII. Eidus Octobris (1), & de eodem fusius agunt Beda, Metaphrastes, Lipomannus, Surius. Apud Græcos vero celeberrimum est nomen illius, & in Meneis relatum ad Diem VII. Kal. Novembris . Ita quoque in Menologio Basilii ad eandem Diem, scilicet XXVI. Octobris, certamen Sancti Demetrii Martyris describitur, cui MAGNI titulus adponitur (2). Ἀ΄θλησις τῶ ἀγίῳ μεγαλομάρτυρος Δημητρίῳ . Ad Cangium in Constantinopoli Christiana (3), qui Ædes huic Sancto ibidem Sacras memorat, & locum in eadem Urbe, *ad Sanctum Demetrium*, nuncupatum fuisse, ex Duca, & Leunclavio confirmat, aliaque prodit ad adstruendum Sancti Demetrii cultum valde opportuna . Vide item notas ejusdem Cangii ad Alexiadem Annæ Comnenæ (4), & Joannis Stau-

(1) *Thessalonicæ S. Demetrii Proconsulis, qui quum plurimos ad Christi fidem perduceret, Maximiani Imperatoris jussu, lanceis confossus Martyrium consummavit.*

(2) Parte I. pag. 143.

(3) Libro IV. Cap. VI. §. XXXIII. pag. 122.

(4) Pag. 259. & 384. Id Opus laudatur a nobis iterum in hac Dissert. Cap. VI.

Stauracii Cartophilacis Orationem de Miraculis Sancti Demetrii Proconsulis, quam Petrus Lambecius Hamburgensis, in Bibliotheca Cæsarea commentariis illustrata (1), se descripsisse ait, ex vetustis manu scriptis codicibus in supplemento Historiarum de Vitis Sanctorum. Illud vero Supplementum in nostram Italiam fortasse nondum delatum est; etenim in magnis Urbis Bibliothecis, quæ patent, cum aliis ejusdem Lambecii Operibus, certe non reperitur; neque umquam in editis celebriorum Bibliothecarum catalogis animadvertisse memini: ita ut facile dubitaverim per obitum illius Viri adhuc latere, ineditam illam Orationem. Mortem autem subiit Demetrius lanceis vulneratus atque confossus; unde raritatem sumit hoc monumentum, quod instrumentum martyrii una cum imagine Martyris refert contemplandum. Sed rudiuscule exprimitur in tabula Menologii Basiliani Æri incisa, in qua Demetrius in carcere detentus delineatus est, & adversus eum furit sive miles, sive satelles immissus, lanceaque eundem transfigit:

Quod

(1) *Commentariorum de Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi* To-

mo I. pag. 136. & seq. Sunt vero hujusmodi Commentaria valde utilia.

Quod enim pertinet ad picturam, parcendum (1) illi ævo artibus elegantioribus destituito, & prorsus impolito.

CAP. IX  
Aliud Toreuma  
antiquum ex Amethy-  
stho vulgaratur.

**A**LIUD monumentum materia pretiosiori constat; est enim ex Amethysto, & fortasse eundem Sanctum Demetrium, typo femiexstante exhibet, figura militis galeati, ac thoracati; clypeus vero Cruce haudquam insignitur. Cetera ut paullo ante descripsimus; Nimbo etenim rotundo pone caput exornatur, & chlamyde post humeros effusa, religataque ante pectus bulla, in parte

(1) Cicero de Natura Deorum Lib. 11. pag. 286. inquit. *Quam vero aptas, quamque multarum artium ministras manus, natura homini dedit? Digitorum enim contractio facilis, facilisque porrectio propter molles commissuras, & artus, nullo in motu laborat. Itaque ad pingendum, fingendum, ad scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos ad tibiaram, apta manus est admotione digitorum, &c. Vide quoque Lactantii Firmiani Librum de Opificio Dei, Capite x. in quo agit de membris exterioribus hominis, atque usu illorum. Plinius autem Naturalis Historia Libro xxxiv. Cap. iv. ait. Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium. Atque inde Sallustius, De Bello Jugurthino, fere in principio dixit. Sape audivi Q. Maximum, P. Scipionem, præterea Civitatis nostræ præclaros viros, solitos ita dicere, quum Majorum imagines intuerentur, ve-*

*hementissime sibi animum ad virtutem accendi. Qua plane de causa Effigies Majorum in prima parte Ædis poni consuevisse narrat Valerius Maximus Exemplorum memorabilium Libro v. Cap. viii. Verum quod abusus aliquando obrepere videantur, notandus Ciceronis locus Libro 11. de Oratore, ubi pag. 199. scribit. Valde autem ridentur etiam imagines, quæ fere in deformitatem, aut in aliquod vitium corporis ducuntur, cum similitudine turpioris. De hoc abusu alibi loquuti sumus, Lege Thebanorum multa pecuniaria coercito. Vide Dissertat. Glyptograph. Cap. 1. pag. 2. ubi eandem Legem descripsimus. Neque enim ita generati a natura sumus (ait idem Cicero Libro 1. de Officiis pag. 432.) ut ad ludum, & jocum facti esse videamur; sed ad severitatem potius, & ad quedam studia graviora, atque majora. Sed aliud est ingeniose abuti arte picturæ; aliud præclara pingendo ex imperitia deficere.*

te dexteriori; lancea tamen, quam dextera manu tenet, parte superiori finistram versus, inferiori ad dexteram vergit.



Gemmæ antiquæ magnitudo.

Literæ ad utramque capitis partem olim inscriptæ, detritæ maxime sunt; ita ut vix legi possit ΑΓ...nempe ΑΓΙΟΣ. hoc est SANCTVS; sed reliquæ literæ superstites nomen nullum componunt, lævigata postmodum, vel ab ævo, vel potius ab imperita manu otiosi hominis area hujus monimenti. Verum ex nonnullis literarum (Deo favente), adhuc incorruptarum vestigiis, facile Demetrii nomen excipere quis posset, ut in iconismo adposito demonstrant characteres suppleti, punctis tantum descripti, una cum iis etiamnum  
ma-

manentibus, qui linearum ductu, non punctis exprimuntur.

## CAP. X

De Sanctis Martyribus, eorumque differentia. De Sanctis Confessoribus.

**I**LLI vero, qui citata seu violenta, ac crudeli morte vitam finierunt, testatique sunt pretio sanguinis veritatem Christianæ Religionis, & Fidei, *Martyres* nuncupantur (1): Martyr enim græce testis est. Sanctus Isidorus, duo tantum Martyrii genera distinguit: Unum *in aperta passione*, scilicet in sævitie tormentorum perpeffa; aliud *in occulta animi virtute*, inquit enim (2). *Multi hostis insidias tolerantes, & cunctis carnalibus desideriis resistentes, per hoc quod se Omnipotenti Deo in corde mactaverunt, etiam pacis tempore Martyres facti sunt: qui etiam si persecutionis tempus exsisteret, Martyres esse potuerunt.* Hos tamen, qui mortem in tormentis non consummarunt, sed vitam pœnitentiæ operibus addicti transfegerunt, & heroicis virtutibus claruerunt, etiam si aliqua pro Chri-

(1) Vide sis Ammianum Marcellinum. *Rerum gestarum* Libro XXI. Cap. XI. pag. 326. Edit. Parisiis in fol. ex Officina Antonij Dezallier. M.DC.LXXXI.

Vide item Lib. XXVII. Cap. VII. pag. 492. Ubi loci utiles, ac necessarias ob-

servationes adjecit Hadrianus Valefius.

Adi quoque Ruinart *Acta Martyrum Sincera, & Selecta* in Præfatione generali pag. LXV. Utimur autem editione Veronensi in fol. An. M.DCC. XXXI.

(2) *Originum* Libro VII. Capite XI.



Christo passi sint, Ecclesia Catholica modo Confessores appellat: illosque in Litaniis majoribus secernit a Martyribus, quum eorumdem apud Deum intercessionem flagitat; & in Litaniis minoribus, quæ ad Beatam Virginem Dei Genitricem Mariam propitiorem apud Deum obtinendam recitantur, Reginam Martyrum ipsam dicimus, & item Reginam Confessorum nuncupamus. Confessor autem & Martyr idem significare videtur, si græca unius vocabuli, & latina alterius origo spectetur, licet secus usurpari soleat, ut dicebam. De Sancto Felice Nolano Presbytero, qui certe Confessor occubuit, memoriam agit Martyrologium Romanum ad Diem XIX. Kal. Februarii. De eodem vero Sanctus Paullinus Episcopus canebat (1).

*Cœlestem nactus sine sanguine Martyr honorē.  
Nam Confessor obit, penas non sponte lucratus,  
Acceptante Deo fidam pro sanguine mentem;  
Qui cordis taciti scrutator, ferre paratos  
Æquiparat passis: sat habens interna probasse,  
Supplicium carnis justa pietate remittit.  
Martyrium sine cæde placet; passura voluntas*

D

Suf-

(1) Natali III. Carmine XVIII. Vide mo vi. pag. 272. & 273. sed alibi quoque in Bibliotheca Patrum Lugdunensi Tomo VI. pro libito videris.

*Sufficit ; & summi est meriti testatio voti :*  
Et paullo post de eodem ait :

*Denique nil impar his qui fudere cruorem  
Testibus & titulo simul , & virtute recepta ,  
Martyris ostendit meritum &c.*

Atque infra ibidem .

*Martyris ad tumulum debes & terra coronas.  
Ast illum superi sacra gloria luminis ambit,  
Florentem gemina belli , pacisque corona .*

Porro aliquos *bis Martyres* , aliquos *triplicatos Martyres* vocatos animadvertunt Dominicus , & Carolus Fratres Macri in Hierolexico (1) , quod bis , atque iterum tertio passi sint . De eadem occulta animi virtute Sanctus Cyprianus inquit (2) . *Non enim Christiani hominis corona una est , quæ tempore persecutionis accipitur . Habet & pax coronas suas , quibus de varia , & multiplici congressione*

(1) Verbo *Martyr* .

(2) Libro de *Zelo* , & *Livore* . Vide editionem Venetam in fol. Anni M.DCC.XXVIII. Column. 509. S. Gregorius Homil. xxxii. in Evang. *Sicut arte Medicinæ calida frigidis , frigida calidis curantur , ita Dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis ; ut lubricis continentiam , tenacibus largitatem , iracundis mansuetudinem , elatis præciperet humilitatem .*

S. Isidorus Orig. Lib. IV. Cap. IX. Om-

*nis autem curatio , aut ex contrariis ; aut ex similibus adhibetur . Ex contrariis , ut frigidum calido , vel siccum humido . Sicut & in homine superbia sanari non potest , nisi humilitate sanetur . Ex similibus vero , &c. . . . Nam antidotum Græcæ , Latine ex contrario datum dicitur . Contraria enim contrariis Medicinæ ratione curantur , &c. Morborum igitur animi curatio , quod pravæ naturæ inclinationi obstando consequatur , Virtus occulta animi nuncupatur .*

*sione victores, prostrato, & subacto adversario coronamur. Libidinem subegisse, continentiae palma est. Contra iram, contra injuriam repugnasse, corona patientiae est. De avaritia triumphus est pecuniam spernere &c. Ceterum alia quam multa egregie exponens Sanctissimus Dominus noster BENEDICTUS XIV. PONTIFEX MAXIMUS in Opere de Canonizatione Sanctorum (1), typis impresso quum Archiepiscopi munere Bononiae fungeretur, Martyres in tres classes distribuit; alios enim *designatos* nominat, eos nempe, quibus mortis poena denunciata fuerat, lata in judicio, sive extra judicium sententia, nec tamen a carnifice illata erat; alios Martyres *consummatus*, sive *coronatos*: iique sunt, qui vel in suppliciis, vel paullo post illorum immanitatem toleratam decedebant; alios demum *vindicatos* vocat, illos scilicet, quibus cultus a Sancta Romana Ecclesia, probatis, discussisque eorum actis, decretus exsistit, atque ut par est, rite adhibetur. Sed de Martyrum discrimine vide quoque Ruinart Acta*

D 2

Mar-

(1) *De Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione Authore Prospero de Lambertinis S. R. E. Car-*

*dinali, &c. Bononiae. Tomi iv. in fol. Vide sis Tomo 1. Lib. 1. Cap. 11. §. 8. & §. 9.*

Martyrum sincera, & selecta (1), & Baronium in notationibus ad Martyrologium Romanum (2) erudite differentem.

## CAP. XI

Quare Sancti Martyres Ephesini Dormientes dicti sint explanatur. Vetera monumenta indicantur, proferuntur, & illustrantur.

**A**T enim quare horum Sanctorum memoria, Dormientium titulo recoli soleat, atque ita recenseatur: etsi multi multa loquantur, prout sua eos ducit opinio, ac vulgaris quædam fama consentit ( nihil enim ad aliquid firmandum proferunt), & adhuc in re gravissima fundamentum ab illis quærendum fit, in quo consistant; Duplicem tamen adfert rationem laudatus Baronius (3). Porro nisi stabili fundamento innitatur sententia, rem utilem ceteri hominum plane faciunt, qui pronuntiare detrectant. Quod rei quæsitæ caliginem potius offundant ambagibus verborum, quam claritatem impertiantur. Sed magni Ecclesiasticæ Historiæ parentis verba, & ab eodem expositas rationes promamus, quibus eundem Sanctorum Ephesinorum titulum illustrat: Inquit ergo (4): *Altera ratio, quod hi Martyres temporibus Decii consummarint martyrium intra*  
spe-

(1) In Præfatione generali pag. XLII. XLVII. LXVI. & LXVII. In Opere pag. 176. & 491. in fine.

(2) Ad diem 11. Januarii lit. h.

(3) Ibidem ad diem xxvii. Julij lit. f.

(4) Citato supra loco.

*speluncam clausi (1), ac demum specus ostio resecrato, inuentis eorum corporibus, velut rediuvivi iterum apparuissent; dictique Dormientes consueto Divinae Scripturae loquendi usu (2), quo eos, qui pie, religioseque vita functi sunt, Dormien-*

(1) Acta Antiquiora. §. 5. pag. 388. *Et cogitavit crudelis Imperator illos in spelunca occidere. Praecipit etiam, & venerunt artifices cum machinis suis, atque lapides suis machinamentis devolverunt, & ad ostium posuerunt.*

Acta alia §. 3. *Abierunt in speluncam Montis Celei, &c. . . . Ibidem §. 4. Inclusis igitur Sanctis sub carceris privatim custodia . . . Quibus orantibus . . . Deus exaudivit orationem eorum: suscepitque animas illorum: & erant jacentes super humum, quasi suavi somno dormientes. Ibid. §. 5. Comotus deinde Imperator dixit suis: Ite itaque, & oppilate os caverna, &c.*

Savitiem, atque immanitatem Decii exprimit Lactantius de *Mortibus persecutorum* Capite iv. quum inquit. *Exstitit enim post annos plurimos, execrabile animal Decius, qui vexaret Ecclesiam, &c.* Vide sis Stephani Baluzii *Miscellancorum* Tomo iI. pag. 4. edit. Parisiis in 8. MDCLXXXIX.

Ceterum speluncae in quibus veteres, ut essent tutiores abscondebantur, praefertim in terra Iudaeae frequentes erant, ut ex multis Scripturae Sacrae locis apertissimum est. Legitur Libro 1. Regum Cap. xiiii. vers. 6. *Quod quum vidissent viri Israel se in arcto positos (assictus enim erat populus), absconderunt se in speluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in cisternis. Ibidem Cap. xiv. v. 11. Dixeruntque Philistiim: En Hebraei egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant.*

Sanctus Paullus in Epistola ad Hebraeos Cap. xi. v. 38. inquit quosdam veteris Testamenti Patres: *quibus dignus non erat mundus, diu vixisse, in solitudinibus errantes, in montibus, & in speluncis, & in cavernis terra.* Haec autem ex multis indicasse sufficiat.

(2) Ita porro in Deuteronomio Cap. xxxi. vers. 16. *Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, &c. . . .* Lib. iI. Reg. Cap. vii. v. 12. *Quumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, &c. . . .* Vide item Lib. iI. Reg. Cap. iI. v. 10. & Cap. xi. v. 21. & v. 43. Item Cap. xiv. v. 20. Libro quoque Sapientiae Cap. iII. v. 1. v. 2. & v. 3. In Actibus Apostolorum Capite vii. v. ultimo legitur de Sancto Stephano, quod quum a Iudaeis lapidaretur, *clamavit voce magna dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum; & quum hoc dixisset obdormivit in Domino.* Ibidem Capite xiiii. v. 36. de Sancto Rege David dicitur, quod *quum administrasset voluntati Dei, dormivit: & adpositus est ad patres suos, & vidit corruptionem.* Item in Epistola 1. Sancti Paulli ad Thessalonicenses Cap. iv. v. 12. *Nolumus autem vos ignorare, Fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent.* Vide item v. 13. v. 14. & v. 15. Plura vero testimonia tum Veteris, tum novi Testamenti transferre satius duxi: quum obvia cuique sint.

mientes consuevit appellare (1). Altera vero, quod iidem temporibus Decii, usque ad ultima tempora

(1) Sanctus Marcus Capite v. vers. 39. De filia Archilýnagogi a Christo suscitata inquit *Puella non est mortua, sed dormit.* Vide item Matthæi Cap. ix. v. 24. & 25. Lucæ quoque Cap. vii. v. 52.

Christus de Lazaro quadruidano apud Joannem Cap. xi. v. 11. ait: *Lazarus amicus noster dormit, sed vado, ut a somno excitem eum:* & v. 13. *Dixerat autem Jesus de morte ejus: illi autem putaverunt, quia de dormitione somni diceret.* v. autem 14. *Tunc ergo Jesus dixit eis manifeste, Lazarus mortuus est, &c.*

Hoc miraculum, quo Christus Dominus noster Lazarum (qui postea, ut multi putant, Massiliensium Episcopus

fuit) suscitavit a morte, sæpius veteres Christiani pictura expresserunt in cubiculis Cœmeteriorum. In sarcophagis pariter, atque in antiquis loculorum titulis non semel cęlarunt, & multis quoque operibus aliquando effinxerunt. In imo fundo etiam vitreorum vasculorum observari potest apud Bonarrotium (*Observazioni sopra alcuni frammenti di Vasi antichi di Vetro ornati di Figure. Tav. vii. num. 1. num. 2. e num. 3.*) & Boldettum (*Observazioni sopra i Cimiteri de' Santi Martiri, &c. Lib. 1. Cap. xxxix. Tav. iii. num. 5. pag. 194.*) cujusmodi istud est, quod servatur Romæ in Museo Victorio, neque hæcenus editum fuit.



Christus signum operaturus, elata dextera gerit virgam, nempe *directionis, & regni*, ut in Psalmo xlii. habetur; de qua inquit Sanctus Isidorus (*Exodi Cap. vii.*) *Virga est verbum directum, regale, plenum potestatis, in signe imperij.* Lazarus in stercore involutus ante eum jacet. Cingunt autem illum institæ, non a collo, sed a pedore ad pedes; a collo enim, & infra, fascia duplex se se ante pectus intersecat, uti in fundo vasis vitrei apud Bonarrotium (*Tabula vii. num. 3.*) eadem Historia cernitur: & in alio antiquo vitro apud eundem (*Tab. xxviii. num. 2.*) Genius alatus face inversa

spectatur, ad simili, duplicique fascia ad pectus religatus. De hac fortasse Isidorus (*Originum Libro xi. Cap. xxxiii.*) non nihil edisserit, ut idem Bonarrotius animadvertit in Opere citato (*pag. 187.*)

Plura de Lazaro ad vitam revocato, post veteres Patres dixerunt Bossius (*Roma sotterranea Lib. 1. Cap. xix. Lib. iv. Cap. xxiii.*) Paullus Aringhius (*Roma subterranea Tom. 1. Lib. 1. Cap. xxiv. & Tom. ii. Lib. vi. Cap. xi.*) & Joannes Jacobus Chiffletius (*De Linteis sepulchralibus Christi Servatoris Crisis Historica, &c.*) Deinde Bonarrotius in eodem Opere (*pag. 49. 50. & 51.*) & postmodum Boldet-

pora Theodosii junioris intra specum clausi, somno capti, ad ducentos fere annos revera dormierint. In priorem sententiam idem Baronius declinat (1), inquit vero. *Quid autem in hac re sentiendum sit, ego minime decerno; nec mihi tantum sumo, ut hæc audeam definire.* Eamdem sententiam libenti animo amplectuntur Bollandiani (2), sed nihil definientes; quin potius, circa veritatem hujus Historiæ, ut ipsi subdunt, *utrimque argumenta alienis verbis protulisse sufficiet.* Laudata ejusdem Cardinalis opinio, etsi novis argumentis minime fulcienda videatur, tamen momenta, quæ mox proferam, ad eam juvandam congesta, Lectorem ad judicandum facilius allicient, atque disponent. HÆC

tus (*Lib. 1. Cap. xv. pag. 59. e 64. Cap. xxxix. pag. 196.*) qui nonnullas icunculas, sive ex ossè, sive ex ære, quasi hujusmodi institis involutas (quasque vulgus imperitum, ægyptias putans opellas, vocare solet idola), nonnumquam invenire in Cœmeterijs suburbanis, & a se quoque inventas fuisse declarat; typum vero Lazari, & in eodem plerumque resurrectionem Domini Nostri Jesu Christi, ut inquit S. Ambrosius (*De fide resurrectionis*) miſtice expreſſerunt.

Nostra atate in varijs Urbis Museis, & in magnis Aromatariis Romæ, Florentiæ, Neapoli, alibique servantur aliqua Ægyptiorum cadavera aromatibus condita, quæ vulgo *Mummie* di-

cuntur, & istiusmodi institis inscriptis, quæ papyraceæ sunt, circumvoluta conspiciuntur. Singulæ vero exstant plerumque in singulari arca excavata ex ligno cedri, sive sicomori incorruptibili; ita ut omnis arca duabus partibus constet: Altera quæ corpus excipit; altera, quæ supra contegit. Demum quælibet arca tota calata est, & corpus humanum refert, quale intrinsecus in arca latet, supinum, dormientis imagine figuratum.

(1) Vide notas ad Martyrologium Romanum loco paullo ante indicato.

(2) Tomo vi. Julii ad diem xxvii. In Commentario prævio pag. 383. nempe §. v. num. 37.

CAP. XII  
Dormitio mortem  
significat in moni-  
mentis Christiano-  
rum.

**H**ÆC igitur Dormitionis appellatio pro obitu, post insignia Patrum testimonia, potissime ubi agunt de Beatæ Mariæ Virginis gloriosa migratione in coelestes æternitates, relicta sæculi ærumna (quam hodie una, eademque festiva celebritate, Sancta Romana Ecclesia nomine Adsumptionis in coelum (1) recolit xviii. Kal. Septembris), & postquam multa exempla Ecclesiasticæ Historiæ, licet non ita frequenter, occurrit quoque in antiquis Christianorum titulis inscriptis, erutisque ex cœmeteriis prope Urbem, quæ a constitutis fossoribus jussu præfidum quotannis perquiruntur; Nec quidem remanet dubitationi locus, utrum de somno, an certo certius de morte iidem illi tituli sint interpretandi (2). Spon-  
nius

(1) Quam valde incertum sit, quo tempore post obitum Beatæ Mariæ Virginis, corpus ejusdem adsumtum in Cœlum fuerit, & variæ circumferantur opiniones (non enim eadem ipsa die obitus adsumta est): Ussuardus, & Ado in suis Martyrologiis prædicta die Festum *Dormitionis* Dei Genitricis celebrari consuevisse indicantes; de recto Ecclesiæ judicio statim subdant. *Plus elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid frivolum, & apocryphum, inde tenendo docere.* Videndus Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die

xv. Augusti. Videndus item die xiv. & xxii. ubi de Vigilia, atque Octava ejusdem Festi agit. Adi quoque Bollandianos in Actis Sanctorum Tomo vii. Junii, nempe in Auctariis ad Ussuardi Martyrologium, pag. 468. & seqq.

(2) Notandum nostro ævo pariter loca, in quibus Christianifideles tumulari solent *Κοιμητήρια* nuncupari; & plane ita dicuntur a verbo *κοιμάωμαι*, quod latine vertitur *Dormio*. Igitur Cœmeteria quum dicimus, quasi *Dormitoria*, seu loca Dormitionis exprimimus.



nus in Miscellaneis eruditæ antiquitatis (1) Christianum adfert inscriptum lapidem, in quo legitur . DEP . IVLII . ZACONI . . . . . SI . QVIS . POST . NOSTRAM . PAVSATIONEM . SARCOPHAGVM . APERIRE . VOLVERIT . &c. Haud aliter apud Gruterum reperitur (2), Aurelium Eusebium Matri, Conjugi, & Sorori FIDELITER PAVSANTIBUS titulum posuisse. PAVSAT . IN . PACE . legitur apud Boldettum (3). Idem Sponius inter marmora græca (4) Sarcophagum exhibet latina inscriptione notatum, cujus ultima tantum linea, græca hæc habet . EN IRENAE AI KYMY-SIS AY . . . . . quæ vertit (5). *In pace Dormitio*, five *Depositio ejus*. Si de veterum Christianorum depositione verba facere heic instituat, extra chorum importune versarere, & utramque paginam facile vetustis monumentis implerem, in quibus perquam sæpe DEPOSITIO, five DEPOSITVS IN PACE, occurrit. Sed magis ad nostram Historiam illustrandam faciunt antiqui lapides, in quibus apud Boldettum legitur DORMIT (6). DOR-

E MIT

(1) Sectione IX. pag. 297.

(2) Pag. ML. num. 9.

(3) Lib. I. Cap. VI. pag. 399. Lib. II. Cap. VIII. pag. 436.

(4) Sectione X. pag. 371.

(5) Ibidem pag. 372.

(6) Lib. II. Cap. VI. pag. 396. Item *Ibidem* pag. 399. pag. 400. & pag. 405.

MIT IN DEO (1). DORMIT IN PACE (2). DORMIENTI IN PACE (3). IN PACE DOMINI DORMIAS (4). ZOTICVS HIC AD DORMIENDVM (5). DORMITIONE (6). Quæ formulæ reperiuntur etiam apud Fabretum, ut ad calcem paginarum suis locis adnotavimus: quibus addi possunt eorundem Christianorum haud absimiles voces DORMITIO (7). INTER DORMIENTES (8). Etenim omnes ad indicandum vitæ obitum cum spe futuræ resurrectionis a fidelibus fuerunt, consuetudine a majoribus accepta, excogitatæ. Marmor editum ab eodem Fabretto (9) habet. REQUIESCIT IN SOMNO PACIS. Aliud item apud Boldettum (10), penes quem in alio vetusto titulo legitur (11) RECESSIT IN SOMNO PACIS, & in effracto lapide apud Fabretum (12),  
IN

(1) Lib. II. Cap. VI. pag. 399.

(2) Lib. II. Cap. IV. pag. 362. *Ibid.* pag. 375. & 376. Lib. II. Cap. VI. pag. 395. p. 396. p. 397. p. 398. p. 399. p. 401. 402. 403. 404. 405. 406. Lib. II. Cap. XII. pag. 466. Vide quoque clarissimi Fabretti Inscriptiones Cap. VIII. pag. 552. 553. 554. DORMIT IN PACE legitur quoque in alio vetusto cœmeteriali lapide apud Antonium Mariam Lupi Societatis Jesu Presbyterum in Dissertatione ad nuper inventum Severæ Martyris Epitaphium §. III. pag. 13. Vitam, dum vitam ageret nobis amicissimum, & cujus obitum lugent eruditi.

(3) Lib. I. Cap. XIV. pag. 56. Lib. II.

Cap. V. pag. 332. Lib. II. Cap. VI. pag. 396. Fabret. Inscript. Cap. VIII. pag. 553. num. 36.

(4) Lib. II. Cap. VII. pag. 418.

(5) Lib. II. Cap. VI. pag. 399.

(6) Lib. I. Cap. XIV. pag. 51. Lib. II. Cap. VI. pag. 403. *Ibidem* Cap. XII. pag. 467. Cap. XIII. pag. 490.

(7) Fabret. Inscript. Cap. VIII. pag. 553.

(8) *Idem ibidem*, pag. 554.(9) *Ibidem* Cap. VII. pag. 553.

(10) Lib. II. Cap. III. pag. 345.

(11) Lib. II. Cap. VI. pag. 397.

(12) Inscript. Cap. VIII. pag. 554.

IN PACE SOMNI. Illud pronunciant quoque Sacerdotes in Canone Missæ (1), memoriam agentes fidelium Defunctorum. Ita IN SOMNO PACIS dormiens exprimitur in hoc perantiquo, sed temporis injuria partim exeso plumbeo monumento *Musei Victorii* Beatus aliquis Martyr super arca jacens supinus, quibusdam arcubus Ædem Sacram præsignantibus, in qua ille jacebat. Nimbus pone caput conspicitur, & circa pedes, fortasse Vas Sanguinis adpositum est, circa quæ Vascula videndus plane idem Fabrettus (2): is enim testimonio clariss. Viri Godefridi


E 2 de

(1) *Memento etiam Domine famulorum, famularumque tuarum . . . qui nos præcesserunt cum signo fidei, ET DORMIUNT IN SOMNO PACIS, &c.* Canon vero Missæ vetustissimus est, & ab Apostolica traditione manavit. Vide omnes quosvis editos Missales, quibus utitur sancta Romana Ecclesia. Idem legitur in Libro Sacramentorum Sancti Gregorii Papæ, cognomento Magni, pag. 3. Titulo *super Dyptica*. Edit. Parisiis. M.DC.XLII. in 4. Opera & Studio Fr. Hugonis Menardi: Cujus notæ, atque observationes pag. 13. & 14. accurate legendæ sunt; sed & pagina 20. Inspiciendi quoque *Codices Sacramentorum nongentis annis vetustiores* editi a Venerabili Dei Servo Josepho Maria S. R. E. Cardinali Thomasio, ac potissime Libro III. in Missali Francorum pag. 431. Scilicet in *Canone Actionis*. Inquit vero Vvalafrius Strabo, Libro *de Rebus Ecclesiæ*

*ficis* Cap. XXII. *Actio dicitur ipse Canon, quia in eo Sacramenta Dominica consiciuntur: Canon vero eadem Actio nominatur, quia in ea est legitima, & regularis Sacramentorum confessio: Quere Tomo xv. Bibliothecæ Patrum Lugdun. pag. 193. De Canone, ad rem de qua sermo est, agit Edmundus Martene in Opere eruditissimo De antiquis Ecclesiæ Ritibus. Lib. I. Cap. IV. Artic. VIII. §. XXI. & §. XXIV. pagina 408. & 409. Demum Isidorus in Theologicis, nempe Lib. VI. Originum, Cap. XIX. ait MISSA, tempore sacrificii est: QUANDO CATHECVMENI FORAS MITTUNTUR, clamante Levita, SI QVIS CATHECVMENS REMANSIT, EXEAT FORAS, & inde MISSA: quia Sacramentis Altaris interesse non possunt, qui nondum regenerati nascuntur.*

(2) Inscript. Cap. VIII. pagina 555. & 556.

de Leibnitz (olim eterodoxi (1), qui physico experimento probaverat), verum sanguinem in hisce vasculis reperiri demonstrat. Ornatur arca tribus majoribus anulis in anteriori facie, & duobus item encarpis, quorum extremitates ab anulo medio dependentes, reliquis anulis religantur. Pendet ab arcu Ædis triumphali super corpus Martyris lampas, & sub arca facies Cherubin alata spectatur, quasi illam regat expansis alis. Legitur circum in peripheria † BEATVS . . . YR † Martyris nomine omnino deperdito, ab ævi diuturnitate obeso plumbo in illa circumferentiæ parte superiori.



In parte alia, ut puto, Spiritus (2) defuncti

(1) Eundem *Godefridum Boldetus*, *Georgium* appellat (*Osservaz. sopra i Cimiteri de' SS. Martiri Lib. I. Cap. xxxviii. pag. 186.*) atque obiisse in gremio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ scribit citato loco.

(2) In vetustissimis Ethnicorum picturis, ac cœlaturis, defunctorum ani-

mæ representantur ad formam fœminarum. Vide *Romanar. Antiquitat. vestigia. Tab. lxxvii. num. 17.* Sæpius vero alis papilionum ornabantur, ut in gemmis, aliisque monumentis frequentissimum est. Adi Bonarrotium in observationibus ad *Vitreæ Fragmenta*, pag. 196. & 197.

cti Martyris in Angelica figura exprimitur, non sine aliorum veterum monumentorum exemplo, tamquam puer alatus, diademate redimitus, & stantis habitu, super pulvinari, quod genu altero sustinent duo Viri, altero genu flexo effecti. Brachia expansa tenet, eademque honoris, ac majestatis causa (1), fulciuntur ab aliis duobus viris stantibus, ac barbatis, capillatisque, & longa tunica indutis, ad latera religata; quorum alter ad latus dexterum habet marsupium. In giro legitur SAMVEL. TOBIAS. ANSE.... reliqua prorsus consumta sunt. Antonius Fran-

(1) Vide sis Aringh. Rom. subterr. Tom. II. Lib. IV. Capite XIV. pagina 117. Ibidem Lib. IV. Cap. XVIII. pagina 137.

Bonarrotius in Observationibus ad Vitrea fragmenta pag. 121. putat molitiei scinarum tribuendum quod exprimunt veteres picturæ Cœmeteriorum ab Aringhio adlatę; ut quum orarent (imminuto jam primęvo spiritus fervore), brachia de more expansa, sustineri sinerent a servis: sed pace tanti Viri, cujus amicitiam colui dum viveret, & judicium magnopere existimandum est; putamus aliquas scēmas, vel senio confectas, vel aliquo morbo laborantes, ne quicquam recederent a communi illius cętatis orandi consuetudine, a quibusdam viris adjutas aliquando fuisse, prout necessitas exigebat.

Pugnante Amalec cum Israëlitis, vincebat Israël quum levaret Moyses manus.

*Manus autem Moysi erant graves (Exodi Cap. xvii. v. 12.): sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem, & Hur sustentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum est, ut manus illius non lassarentur usque ad occasum solis, &c.* Fugatusque est Amalec ab Israëlitis, adprobante Domino eandem Molis orandi consuetudinem. Profecto ita legimus in Viris non nullorum Sanctorum, & Virorum pietate insignium: eos nempe in aliquo opere piissimo diu exercitatos, quum jam viribus fracti essent, ne ab inceptis discederent, juniorum sibi ministrantium auxilio eadem opera peregisse. Quod quum minime dicendum sit de puero alato in nostro monumento veteri expresso: alatus enim non indiget ope alterius: potro honoris, ac majestatis causa, ita ab artifice effectum concedendum videtur.

Franciscus Gorius editis multis Voluminibus clarus, nobisque amicitiae vinculo conjunctissimus, in egregio Opere Doniano (1) refert quoque non nullos hujusmodi lapides, quos, ne nimius sim, suis locis videas (2). Porro mysticum hunc sensum aperit Prudentius (3), quum inquit.

*Quid nam sibi saxa cavata?*

*Quid pulcra volunt monumenta?*

*Res nisi quod creditur illis,*

*Non mortua, sed data somno.*

Ideo in tumulto Sancti Martyris Alexandri, qui Antonino Pio Imperatore martyrium consummavit scriptum est. ALEXANDER MORTVVS NON EST SED VIVIT SVPER ASTRA. Marmor ab Antonio Bosio (4) adlatum primo fuit, & postea ab eodem descriptum alii vulgarunt (5). Hæc autem veteris

(1) Classe xx.

(2) Pag. 525. num. 9. pag. 528. n. 22. pag. 533. nu. 48.

Alios edidit nuperrime Joannes Marangoni Presbyter Vicentinus in Appendice ad Acta Sancti Victorini Episcopi Amiterni, & Martyris illustrata. Roma. M.DCC.XI. Apud Joannem Mariam Salvioni Typographum Vaticanum. Utinam vero hoc Opus prodisset in lucem emendatius. Illud quidem Opus hoc loci dissimulare facile poteram, ut

idem auctor plurium clarorum Virorum nomina in ipso Opere proferre minime studuit, qui non nullos lapides ab eodem vulgatos alias ediderunt, & notis crudicissimis ornaverunt.

(3) Hymn. Defunctor.

(4) Roma sotterranea Lib. II. Cap. xxiii. pag. 299.

(5) Aringh. Tomo I. Lib. II. Cap. xxii. pag. 524.

Boldet. Libro I. Capite XLV. pagina 232.

ris ævi parum culta monumenta recensuimus, & hoc ordine commemoranda decrevimus, ut Septem Sanctos Pueros Ephesinos, Dormientes nuncupatos, vere mortuos fuisse ostendamus, & martyrio quoque coronatos fuisse, licet ab omnibus Græcis, & Latinis, aliisque, *Dormientes* soleant appellari; utque de mortuorum resurrectione (1) quantam fidem haberent Christi fideles liquido pateat, qui mortuos, sæpe dicto Dormientium titulo (2), ab ipsis usque primordiis, atque institutione Ecclesiæ, consueverant nominare.

**E**T quidem Ethnicorum vulgus nequam, & veterator, qui tum divino fidei lumine destitutus, tum etiam, ut omnibus deliciis frui plenissime posset (nulla prohibente exitus sollicitudine), cum ipsa vita corporis, animæ communem futurum interitum præ-

## CAP. XIII

Domus æterna pro sepulcro apud Ethnicos frequenter: raro apud Christianos occurrit. Mysterium non idem, utrisque.

(1) Paulo Gentium Doctore Athenis in Areopago prædicante, ut in Actis Apostolorum habemus Cap. xviii. v. 32. *Cum audissent . . . resurrectionem mortuorum; quidam quidem irridebant: quidam vero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum.* Versiculo autem 34. *Quidam vero viri adhaeren-*

*tes ei crediderunt, in quibus & Dionysius Arcopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis.*

(2) Revera sicuti viventes a somno excitamur; ita post mortem ad vitam redituri sumus: similitudine Mortis ac Somni non abhorrente, ut paulo post dicendum erit.

po-

postere, atque improbe rebatur (1), sepulcrum *Domum aeternam* dicere solebat. Confule

(1) Vide quæ diximus nuper in Dissertatione Glyptographica Capite xviii. potissime pag. 55.

Stoici, qui igneas animas esse credebant, cavebant quam maxime ab aquis, ne scilicet ab elemento eterogeneo suffocarentur, quod fortasse innuit Ovid. (Lib. i. *Trist. Eleg. I.*) de se ipso loquens.

*Non mortem timeo, genus est miserabile lethi.*

*Demite naufragium, mors mihi minus erit.*

Eademque de causâ exclamat Hippomedon apud Statium Lib. ix. Thebaidos.

... *Fluvione (pudet!) Mars inclyte merges*

*Hanc animam? segnesque lacus, ac stagna subibo,*

*Ceu pecoris custos, subiti torrentis iniquis*

*Interceptus aquis? Adeone occumbere ferro*

*Non merui? &c.*

Putabant enim animam ita penitus extinguî posse. Vide notas doctissimi de la Cerda ad illud Virgilii carmen (Lib. i. *Aeneid. v. 97.*)

*Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas, &c.*

alibique (Lib. vi. *Aeneid. v. 730.*)

*Ignæus est ollis vigor, &c.*

Primo loco *Aneam* præsentî naufragio ingemuisse memorat Virgilius, ut ait Servius, non propter mortem, sed propter mortis genus: grave enim est, secundum Homerum perire naufragio, quia anima ignea est, & extingui videtur in mari, idest elemento contrario. Multa vero congestit Stephanus Morinus Cadomenfis (Dissertat. v. ad D. *Le Moine datam*, pag. III. & seqq.

*Genevæ. M.DC.LXXXIII.*) ad Stoicos pertinentia. Viri tamen sapientes, politioresque, animæ immortalitatem nullo modo negabant, in quibus clarum apprime est Ciceronis testimonium (*Tusculanarum Quæstion. Lib. I. pag. 144.*) Itaque, idem inquit, unum illud erat insitum præcis illis, quos cascos appellat Ennius, esse in morte sensum, neque excessu vitæ sic deleri hominem, ut funditus interiret: idque quum multis aliis rebus, tum e pontificio jure, & ceremoniis sepulcrorum intelligi licet, quas maximis ingenii præditi, nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent, nisi hæssisset in eorum mentibus mortem non esse interitum, omnia tollentem, atque delentem, sed quamdam quasi migrationem, commutationemque vitæ; quæ in claris viris, & feminis dux in cælum soleret esse, in ceteris humi retineretur, & permaneret tamen. Ex hoc, & nostrorum opinione.

*Romulus in cælo cum Diis agit ævum.*

ut fama adseniens dixit Ennius, &c. & paullo post idem Cicero (pag. 155.) in eodem sensu ait. *A malis igitur mors abducit, non a bonis.* Plura item differit in Catone majore, sive Libro de senectute (pag. 515.), quem vide. In somnio Scipionis, & alibi. Pari sententia Cajus Cornelius Tacitus de morte Julii Agricolæ (In *Vita Cap. XLVI.*) dixit. *Si quis piorum manibus locus si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnæ animæ, PLACIDE QUIESCAS.* Neque haud secus legitur in Museo Equitis Odam in urnula cineraria marmorea. PAMPHILES. ANIMA. SANCTA. SALVE.



fule sæpe laudatum Fabrettum (1), apud quem in lapide cujusdam Manlii legitur. SOMNO ÆTERNALI: aliosque plures titulos eadem prorsus elegantia notabiles alibi exhibet (2). Adī, si de re ipsa multa cupis noscere, Aldi Manutii Commentaria in Somnium Scipionis (3), & Jani Gruteri Thesaurum antiquarum Inscriptionum, in quo ethnico more persæpe occurrit. DOMVS ÆTERNA, SOMNVS ÆTERNVS, atque ÆTERNALIS. QUIETI ÆTERNÆ, SECVRITATI ÆTERNÆ. DOMVM PERPETVAM &c. Nec dissimiles adfert Thomas Reinesius in Syntagmate antiquarum Inscriptionum (4). Heinc res pretiosæ pro conditione hominum in sepulcris recondebantur, quibus expiscandis frequenter diruuntur Gentium Mausolea, quæ nostro ævo remanserunt. Certe aurum, argentum, gemmas in monumentis reponabant, quod quum sacra reputarentur, tutiori loco servare nesciverint, putantes inibi perpetuo duraturas esse divitias (5). Conve-

F niunt

(1) Inscript. Cap. II. pag. 165. n. xxxi.

(2) Fabret. Inscript. Cap. II. pag. 84.

num. 145. Cap. III. pag. 182. num. 385.

Cap. v. pag. 391. num. 257. Cap. VII. pag. 555. num. 58.

(3) Pag. 260.

(4) Claf. XI. n. 72. 119. Claf. XVII. n. 179.

(5) De his Divitiis amplissimis inquit Horatius Epistolarum Lib. I. Epistola VI. ad Numicium.

*Et Dominum fallunt, & profunt futuribus.*

niunt cum hisce dicendi modis tres antiqui lapides, quos offendi apud Boldettum in Observationibus ad Sacra Coemeteria. Primus parte una veterum Christianorum memoriam præfert; parte altera vero ethnicam, habet inscriptionem (1). Utramque ex eo-

SOMNO. AETERNALI. SACRVM.  
SEVERO. FILIO. DVLCISSIMO  
QVI. VIXIT. ANN. VIII. MESES. III  
IANVARIA. MATER. FECIT. INFELICISSIMA  
OS

BENEMERENTI MARITO FVRMINO IN  
PACE DEPOSITVS IDIBVS ZVLI



dem antiquo lapide, qui modo exstat in Museo  
Vi-

(1) Hunc lapidem edidit Boldettus *Libro 11. Cap. x. pag. 453.* ex eo describens (non tamen servato linearum ordine), Ethnicorum Epitaphium, cui in averfa parte aliud veterum Christianorum adtexuit, sed non suum. Vulgavit vero suum *Lib. 11. Cap. v111. pag. 431.* ab æp̄fis schedis suis fortasse non opportune occurrentibus deceptus. Ethnicam hanc inscriptionem ex Museo, in quo pridem exstabat, vulgavit quoque Fabrettus (*Inscript. Cap. v111. pag. 555. n. 58.*), de

parte averfa a Christianis inscripta, nec verbum quidem prodens. Eandem vero partem posteriorem incidi fecimus, quod literas nonnullas infrequentiores habeat; scilicet. B.F & S. de quarum corruptione agit erudite Bonarrocius in Præfatione ad *Observationes Vitreorum fragmentorum pag. x1x. xx. xx111. & xxv.* Occurrit etiam in eadem veterum Christianorum Inscriptione Z. pro litera I. de quo scripturæ vitio, videndus idem Bonarrocius in Opere laudato pag. 52. 53. & 54.

*Victorio* descripsimus, atque evulgandam curavimus ad vetustum exemplar, longum palmos romanos v. altum, palm. i. cum dimidio. Secundus (1) Ethnicam tantum referens memoriam, in Coemeterio Cyriacæ repertus fuit calce contectus. Tertius demum, qui Aurelii Gemelli triennis infantis loculum occludebat in Coemeterio S. Agnetis (2), Christianorum veterum lapis est, habetque SOMNO HETERNALI. Alia quoque (neque enim istud reor dissimulandum, huic non dissimilia marmora pariter Christianorum, cum expressa phrasi. DOMVS AETERNA, adjecto non numquam Sacro Christi Monogrammate, edita reperio a Fabretto (3): subdit vero statim Vir eruditissimus (4). *Domus æternæ commemorationem, non a Gentilitate, sed a Sacra potius Pagina desumptam opinari debemus. Quippe in Libro Ecclesiastici (5), ita habetur. IBIT HOMO IN DOMVM ÆTERNITATIS SVÆ. & Psalmo XLVIII. (6) SEPVL CRA EORVM DOMVS ILLORVM IN ÆTERNVM.*

F 2

Quam-

(1) Lib. II. Cap. XI. pag. 464. Hoc Epitaphium græce scriptum est a quadratario antiquo.

(2) Ibidem pag. 463.

(3) Inscriptionum Antiquarum Capi-

te II. pagina 112. & pagina 113. & item pagina 114.

(4) Cap. II. pag. 112. & pag. 113.

(5) Cap. XI. vers. 5.

(6) Vers. 12.

*Quamquam igitur Ethnici spe resurrectionis orbati, ita & ipsi loqui soliti fuissent; aliter tamen hanc loquendi formam accipere poterant Christiani, ut explicat ex Sanctorum Patrum sententia P. Cornelius a Lapide ad illum Ecclesiastici locum. Et paullo supra idem Fabrettus, de eadem re loquens, erratumque, sive lapsus excusans, si quis vellet ita accusare Epitaphium veterum Christianorum versibus concinnatum, ait (1). Facile siquidem erat tunc ex inextinctæ Gentilitatis phrasibus, poëtico præsertim stylo aliqua imitari, inconsiderate potius, quam impie, quæ adultæ jam veræ Religionis temporibus rescata sunt.*

CAP. XIV  
 Multa de Somno  
 differuntur. Gem-  
 ma vetusta editur,  
 & illustratur.

**S**OMNUM certe Ethnici finxerunt Mortis fratrem, utriusque vero matrem Noctem; quod per similitudinem, & quamdam rerum connexionem, Dormientes mortuis comparari possint, æque in obscuro jacentibus utrifque (2). Somnum fratrem,

Mortis

(1) Inscript. Cap. II. pag. 112.

(2) De Orode a Mezentio occiso ait Virgilius Lib. x. Æneidos. v. 745.

*Olli dura quies oculos, & ferreus urget  
 Somnus, in æternam clauduntur lu-  
 mina Noctem.*

Et Catullus, quem elegantissimum Postarum nuncupat A. Gellius Noct. Attic. Lib. VII. Cap. xx. in lepido carmine ad Lesbiã:  
*Nobis, quum semel occidit brevis  
 lux,  
 Nox est perpetua una dormienda.*

Mortis appellat magnus Homerus in Iliade (1); alioque modo utroque nuncupat gemellos, quod idem designat (2). Pausanias autem Noctis imaginem filiorumque describit (3), nempe Mortis, & Somni, quæ imago apud Eleos spectabatur in templo. Vide notationes Ludovici de la Cerda, aliorumque ad illud Virgilii carmen (4).

*Tum consanguineus Lethi Sopor &c.*

Rem ipsam magis magisque illustrant adnotata Joannis Schefferi in Æliani varias Historias (5). Petrus Sancti-Bartolus ex antiqua sepulcrali Lucerna (6), Noctis imaginem vulgavit æri sculptam viriculo elegantissime. Proinde Cicero in Catone Majore, sive Libro de Senectute (7). *Fam vero videtis, inquit, nihil morti esse tam simile, quam Somnum, & in Quæstionibus Tusculanis (8). Habes Somnum imaginem Mortis, eamque quotidie induis, & dubitas, quin sensus in*  
*Morte*

(1) *Κασίγνητον*. Lib. xiv. pag. 267. Edit. Joannis Spondani Græco-Lat. in fol. Basileæ. clō lbcvi.

(2) *Διδυμάωνε*. Iliad. Lib. xvi.

(3) In Eliacis, sive Libro v.

(4) Æneid. Lib. vi. n. 278.

(5) Lib. II. Cap. xxxv.

(6) *Le antiche Lucerne Sepulcrali fi-*

*garate*. Parte I. num. 8.

(7) Pag. 515.

Plinius Hist. Nat. Lib. vii. Cap. I. paullo secus scribebat: *Æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisque spatio vitæ suæ vivit; pars æqua, morti similis exigitur* &c. eundem vide Lib. xxxvi. Cap. I.

(8) Lib. I. pag. 157.

*Morte nullus fit, quum in ejus simulacro videas esse nullum sensum?* Lucius Annæus Seneca, ipse quoque dixit (1). *Somnus refectiōni necessarius est: hunc tamen si per diem noctemque continues, Mors erit.* Ita Plato (2), & alii Philosophorum: Inde Ovidius (3) cecinit:

*Infelix tota quicumque quiescere nocte  
Sustinet; & somnos præmia magna vocat.  
Stulte, quid est Somnus? gelidæ nisi Mortis  
    imago:*


*Longa quiescendi tempora fata dabunt &c.* Infirmitas igitur humanæ conditionis, sive potius, ut dicebam, necessitas est Somnus, eademque necessitas homini est Mors. Insignem, atque ineditum lapidem, græca simul, ac latina inscriptione distinctum, ex Museo Victorio, in quo adservatur, diligenter descriptum heic subjicimus: quippe hoc ævo hujusmodi monumentorum exempla ab ruderibus ornatissimæ vetustatis deprompta, maxime probantur ab amatoribus politioris literaturæ. Lapis autem duram Mortis  
ne-

(1) Libro de Tranquillitate animi  
Capite xv.

(2) Lib.vii. de Legibus.

(3) Amorum Lib.2. Eleg.18.

necessitatem (1), sed Animæ quoque immortalitatem diserte exprimit. Curavimus ergo illum incidi; ars enim typographica nescit, quemadmodum opus est, fideliter exhibere.




Alium etiam singularem lapidem vulgabo, extractum prope Urbem, ex Cœmeterio Callisti, una cum corpore Sancti Onesimi, vitreoque vasculo, Sanguine ejusdem Christi Martyris consperso. Quem lapidem luben-

(1) Hæc marmorea Tabula occludendo Sepulcro minime videtur interviisse, quum alta sit Palm. i. Uncias x. Lata Palm. i. Unc. iv. & nullum unquam calcis adhærentis signum, in quovis ejus latere adpareat. Quin immo ferreis catenulis in aliqua monumenti, sive sepulcri

cellula adpensam fuisse putandum est. Etenim in utraque angulari parte superiori lapidis adhuc extant duo veluti globuli ex plumbo fuso in crassitie marmoris excisa (incolumi tamen averſa parte), in quo plumbo catenulæ infixæ reliquæ conspiciuntur.

bentius proferre decrevi, quod nullus Sacrorum Coemeteriorum illustrator ediderit, & eandem Mortis necessitatem (1), atque immortalitatem Animæ prodat. Lapis altus



sc

est plus minus, Palm. Rom. i. Unc. iv. Latus Uncias circiter x. Eundem expressum ab exemplari heic exhibemus: Chartam vero

(1) Græcum Sancti Onesimi Epitaphium, legendum, fortasse est, ut indicat vetusta marmorea tabula. ΕΥ ΜΥΡΗ ΟΝΗΘΙ ΜΕ ΟΥ ΔΙΟΑΘΑ ΝΑΤΟC ΠΙΡΓΕΕ. atque ita nobis vertendum videtur. MILLIES BENE, ONESIME. NVLLVS IMMORTALIS IN TERRA. Corpus ejusdem S. Martyris cum ipso lapide inscripto, & Vase Sanguinis, dono datum ab Episcopo Porphyriensi Fr. Thoma Cervonio, Sacelli Pontificii Præfesto, literis authenticis munitum Eñno Petro Octobono Sacri Cardinalium Collegii Decano, Romæ defuncto Die xxviii. Februarii Anno Bissextili mcccxl. Sede

Pontificali vacante, servatur apud Mariam Carlottam Lenzinscki, Serenissimam Galliarum Reginam, cui idem Cardinalis exhibuit in urna quadam ornatissima ex ære inaurato confecta, ac obscurata in parte anteriori tabula crystallina, mire sinuata ad modulum urnæ; consignataque una cum membranaceo suo diplomate D. Paulo Hyppolito De Beauvillier Duci de Saint' Agnan, Lud. xv. Galliarum Regis, tunc temporis magno Oratori apud Summum Pontificem, qui Roma Parisios transmisit. Notandus in hoc lapide Sancti Martyris Onesimi Palma: ramus ab antiquo cęlatore expressus.



ro super ipso antiquo lapide (quod sæpe desiderare solent eruditi, raro tamen consequuntur), summa cura impressam, ante quam ab Urbe pretiosum monumentum extraheretur, apud nos servamus, rerum antiquarum æstimatoribus ostendendam. Edidit autem Fabrettus (1) ex Museo Carpineo fragmentum Tabulæ alabastritis; idemque vulgavit Bonarrotius (2), in quo legitur id ipsum humanæ infirmitatis testimonium: NEMO IMMORTALIS, ut in ambobus vetustissimis epitaphiis mox adlatis. Morti nigras dabant alas, teste Horatio Flacco (3), Somnoque pariter, ut ait Albius Tibullus (4).

*Postque venit tacitus furvis (5) circumdatus alis*

G

Som-

(1) Inscript. Cap. x. pag. 736.

(2) *Osservaz. sopra alcuni Frammenti di Vasi antichi di vetro* pag. 106.

(3) Lib. II. Satyrarum Ecloga I. v. 57. & v. 58.

..... *seu me tranquilla senectus,  
Exspectat, seu Mors atris circumvo-*  
*lat alis.*

(4) Lib. II. Eleg. I.

(5) *Furvis* legendum certe est, non *fulvis*, ut male habent vulgaræ editiones. Ita emendatum reperio Librum editum VENETIIS IN ÆDIBUS ALDI. MENSE JANVARIO. M. D. II. (in 8.), qui Catullum, Tibullum, & Propertium, omnes lepidos Latinos Poëtas complectitur, & pene innumeris ad utrumque marginem variantibus lectionibus notatus est manu

*Petri Victorii*, cujus fuit olim hic Liber, qui exstat modo Romæ apud illius abnepotes in privata Bibliotheca *Victoriorum*. Collatis enim veteribus Codicibus, pro instituto habebat Vir doctissimus, in suis libris quæcumque facerent ad illustrandos antiquos Scriptores, ad oram ipsorum librorum suis locis referre. Id vero testatum, adsertumque volumus selectioris elegantix cultoribus. Sunt quippe multi hujusmodi libri in illa Bibliotheca, perpetuis manu scriptis notis, ab eodem in literis consummatissimo Viro distincti; Quorum in fronte (ut is erat comis, & omnes juvandi cupidus), sæpe latinis, sed ut plurimum græcis characteribus scribebat. *Petri Victorii Jacobi filii, & amicorum.*

*Somnus*, & incerto *somnia nigra* (1) *pede*.  
Inde Virgilius (2) *Somnum volucrem* dixit, describens *Æneam*, dum infomnis, *Patris Anchisæ* imaginem frustra amplexari non semel tentaret. *Orpheus* (3) *Regem Deorum*, & hominum *Somnum* appellat, quod omnia eidem subjiciantur. Heinc *Statius* (4) *virgam* illi adtribuit, potestatis signum (5), quumque aliquando nequiret quiescere, illum enixe ita precabatur.

..... *extremo me tange cacumine virgæ,*

*Sufficit; aut leniter suspenso poplite transi.*

Virgilius quoque (6) cum eadem *virga* describit *Somnum*, *Palinuro* quietem, ac soporem impertientem. Eundem *Ovidius* ap-  
pel-

(1) In eodem Libro reperitur adnotatum *Somnia vana*. In superiore enim carmine ad aliam oram libri notatum quoque est, ut putamus, ex alio vetusto Codice: *nigris circumdatus alis*. Ita aliquando canebat Vir clarissimus *Joannes della Casa* in sequenti jucundissimo carmine.

*O Sonno, o de la queta, umida, ombrosa*

*Notte placido figlio. O de'mortali*

*Egri conforto; Oblio dolce de'mali*

*Si gravi, ond'e la vita aspra, e noiosa.*

*Soccorri al core omai, che langue, e posa*

*Non have; e queste membra stanche, e frali*

*Solleva. A me ten vola o Sonno, e l'ali*

*Tue brune sovra me distendi, e posa.*

*Ov'è'l silenzio, che'l di fugge, e'l lume?  
E i lievi sogni, che con non sicure  
Vestigia di seguirti han per costume?  
Lasso, che n'van te chiamo, e queste  
osure*

*E gl'ide ombre in van lusingo. O  
piume*

*D'asprezza colme. O notti acerbe,  
e dure.*

(2) Lib. vi. *Æneidum* v. 700. & seqq.


(3) Hymn. in *Somnum*. Ad *Homeri* quoque *Iliadon* Lib. xi v. pag. 267.

(4) *Sylvarum* Lib. v.

(5) Ad *Cap. xi*. hujus *Dissert.* ubi in *Adnot.* ad pag. 30. aliqua adtulimus de re sacra; deque signo potestatis in *virgâ*; non nulla quoq; diximus nuper in *Dissert. Glyptographica* *Cap. xvi*. & *Cap. xvi i*.

(6) *Æneidum* Lib. v. v. 458.

pellat (1) Deorum placidissimum. Homerus (2) omnes homines, Deosque dormientes finxit præter Jovem; non enim decebat rerum omnium moderatorem dormire (3).



Magnitudo Gemmar.

Ipsum Jovem, tamquam diei, noctisque rectorem (4), fortasse ab antiquo artifice expressum fuisse putamus in anulari chalcedonio, in quo idem Jupiter in solio sedens videtur,

G 2

situr,

(1) Metamorph. Lib. II.

*Somme Quies rerum, placidissime Somne Deorum:*

*Pax animi; quem cura fugit; qui corpora duris*

*Fessa ministeriis mulces, reparasque labori &c.*

Porro Veteres, ne Somno indulgentes importune turbarentur SILENTIARIOS adhibebant, seu QUIETIS MINISTROS, quos etiam AD SOMNUM nuncupabant. De his agit Laurentius Pignorius in Commentario de Servis pag. 180. & 181.

(2) Iliad. Lib. II. v. 1. & 2. pag. 27.

(3) Probe Somnum a Junone pluribus

muneribus olim sollicitatum fuisse, ut Jovem sopire conaretur, meminit idem Homerus (Iliad. Lib. XIV. Vide pag. 267. citata edit.) Illud tamen semel tantum evenisse narrat: suo enim periculo cavebat, ne fortasse iterum in mare præceps daretur.

(4) Nos cum Ecclesia Catholica Deo Optimo Maximo; uni, trinoque Domino illud tribuimus, ut in Cantico laudis habetur.

*Æterna rerum conditor,  
Noctem, Diemque qui regis &c.  
& in Psalm. LXXIII. v. 17. Tuus est Dies,  
& tua est Nox &c.*

fitur, fulmen (1), & hastam longam tenens (2), pedibus innixus scabello (3), adstante Aquila. A dextris stat Apollo Phœbus, nudus, & radiata coma, Orbem dexterâ manu, ferulam sinistra gerens, quod est diei symbolum. A sinistris Diana, scilicet fœmina velata, sustinens utraque manu velum, crispatum, & aura leniter inflatum, elatumque ad modum arcus supra caput, & in reliqua area superiori, plures stellæ comparerent (4); signum, & quasi depicta imago nocturni luminis. Sed plura de his ad Mythologos (5), & descriptores imaginum Deorum gentium (6) pertinent.

## CAP. XV

Veterum Christianorum Lucerna cum simbolo Jonæ dormientis vulgarur. Item Vitrum antiquum cum eodem signo.

**I**TAQUE ad nostra gradum facientes, Sacram Historiam ex suburbanis Christifidelium cœmeteriis, nempe ex antiqua Lucerna fœtili

(1) Inquit Ovidius Lib. 111. *Fastorum*.  
*Fulmina post ausos cœlum affectare*  
*gigantes*

*Sumta Jovi: primo tempore inermis*  
*erat &c.*

(2) Vide sis quæ de virga, sive hasta diximus paullo ante in hoc Capite, nempe pag. 50. num. (5). illustrantes adlatum Statii carmen.

(3) Quod Græci dicunt *ἰσκαπέδιον*: dixerunt Latini *Scabellum*, & alii dixerunt *Suppedaneum*, quod sub pedibus sit. Ita Isidorus *Originum* Libro xx. Ca-


pite xi.

(4) Lactantius Firmianus *de Origine Erroris* Lib. 11. Cap. v. agens de cultu veri Dei. *De Elementis, & Astris*, ait: *Cur autem excogitaverit illa Deus, nempe Astra, quis non intelligit? Scilicet, ne Solis lumine decedente nimium cæca nox tetris, atque horrentibus tenebris ingravesceret, noceretque viventibus.*

(5) *Natalis Comitum Mythologia, sive explicationis Fabularum Libri x.*

(6) *Immagini degli Dei degli Antichi di Vincenzo Cartari.*

etili *Musei Victorii* (1) proferamus. In ea videre licet Ionam in solo stratum multo som-



no præ mœrore, & lassitudine oppressum, qua-

(1) Lucernam fictilem haud longe ab-  
similem vidimus in *Collectan. Romana-*  
*rum Antiquitatum* Antonii Borioni, *Ta-*  
*bula* 101. qua tamen, ubi nam hodie  
sit, quum ibi minime indicetur (*vide*  
*pag. 71.*), prorsus ignoramus.

qualem sacræ paginæ describunt (1), sub umbra cucurbitæ reclinatum, & qualem non raro ostendunt antiqua picturæ, & sculpturæ præclara monimenta ex ipsis adhuc multa pietate cultis cœmeteriis veterum Christianorum depromta, & apud Bosium (2), atque Aringhium (3); Ciampinium item (4), & Bonarrotium (5) edita, atque illustrata adnotationibus, & commentariis eruditissimis. Veterem aliam fictilem Lucernam pluribus sacris mysteriis insignem vulgavit Petrus Sancti-Bartolus (6), & in his Jonæ quoque eadem Historia repræsentatur: Aliam item, sed æream Lucernam idem protulit (7), quæ pensilis est, in eaque Christi Monogramma (8) Ionæ dormienti superstat, & circum cucurbitæ. In nostra fictili Lucerna Lauri ramus spectatur in orbiculo inferiori

(1) Ionæ Cap. IV.

(2) *Roma Sotterranea*. Lib. III. Cap. XXI. Tab. III. Cubiculi primi Cœmeterii Callisti. Vide sis Lib. IV. Cap. XXI.(3) *Roma Subterranea*. Tom. II. Libro V. Cap. XXI.(4) *Sacra Historica Disquisitio de duobus Emblematis, quæ in Cimelio Em. & Rev. Domini Gasparis Card. Carpinei adservantur &c. Auctore Joanne Ciampinio Romano*. Romæ. MDCXCI. (in 4.)

Vide pagina 4. &amp; pag. 8. usque 10.

(5) *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di Vetro &c.* Tav. I num. 1. pag. 2. pag. 3. e pag. 18.(6) *Le antiche Lucerne Sepolcrali figurate*. Parte III. num. 29.(7) *Ibidem* num. 30.(8) Illud pluribus illustrare conati sumus in Nummo Æreo *Musei Victorii* Parte I. Cap. XL. & item Parte II. Capite XI.

riori impressus (1). Demum Vitrum antiquum ineditum majoris moduli, atq; orbiculare (2), cum eadem Jonæ dormientis ima-



gine Viris eruditus proponam, quod infigne  
fa-

(1) In averfa parte Lucernarum fictilium perſepe figuli nomen ſuum, vel Dominorum officinæ imprimēbant; ſepe etiam memoriam alicujus publici operis, puta Ludos ſæculares, aut ſignum aliquod figlina proprium, quo ab aliis teſtaceorum operum officinis diſtingui commodè poſſent, tum ab emtoribus, tum ab illis omnibus, in quorum manibus verſarentur.

(2) Vitrum antiquum, de quo loquitur, ex eo genere Vaſculorum eſt, quæ

deſcribuntur a cl. Bonarrotio Pag. 111. in Præſatione ad Opus ſæpiſſime a nobis laudatum: & pridem ab eodem deſcripta fuerant Pag. xv11. in Præſatione ad Obſervationes Hiſtoricas ad Numiſmata majoris moduli, vulgo *Medaglioni*, quæ extant in Muſeo Carpinco. Ejuſdemque notæ eſt illud cum Lazaro a Chriſto ad vitam revocato, quod exhibuimus in adnotatis ad Caput xi. hujus Diſſertat. Et item illud in Epistoſa ad Lectorem.

facræ vetustatis cimelium accepi ab Hieronymo Odam Equite elegantis ingenii, atque amico nostro singulari (1). Hujus auctoritate monumenti, sive de Hedera, sive de Cucurbita Prophetam ab æstu protegente quæstionem jamdiu agitatum a Sanctis Patribus, & divinarum Scripturarum Interpretibus, facile definire valemus: quum cetera a nobis, aliisque recensita, plerumque a vetustate haud modice corrupta sint; id vero potissime maxima conservatione polleat, nitidissima adhuc vitri superficie (2); atque ideo folia, & fructus dependentes, adeo accedere discernuntur ad formam cucurbitarum, ut dubio procul adfirmandum sit, vere cucurbitam prodigiose illic succrevisse, ubi Jonas decubuit. Porro frondes, & fructus nihil cum Hedera, baccisque Hederarum commune habent, ut inspicienti manifestum est. Ipse

autem

(1) Ejusdem ornatissimi Viri elogium legimus aliquando pag. 259, & 260. apud Fr. Peregrinum Orlandi ex Ordine Carmelitarum (Vide *l'Abecedario Pittorico &c. ristampato, corretto, ed accresciuto &c. Bologna. MDCCXIX. in 4.*). Et jure meritoque laudatur a clariss. Viris Boldetto, Crescimbenio, Gorio, Guidio, Vitale Jordano, Lupio, Maffeo, Emmanuele Martinio, Muratorio, Storchio, aliisque.

(2) Quoniam hoc Vasculum, & alia

similia (ut docet Bonarrotius indicatis modo locis) ex vitreis duabus laminis constat ad ignem fornacis inter se compactis, bractea ex auro intermedia, quæ graphio trita, imaginem Ionæ refert, unusquisque de conservatione hujus monumenti per se conjicere valet, quum superficies lucida adhuc sit; nihilque detrimenti acceperit (quod rarum est), seu ab ævo, seu ab humiditate, aut siccitate loci, præter cyathi surgentis labrum.



autem mœror, etsi ad distrahendum soporem magis idoneus esse videatur: quod inquietis curis, ac vigiliis animum pulsare, ac sollicitare soleat: attamen quum nimis angustiis pressus est animus, destitutus viribus, cogitur tandem quiescere, ne penitus succumbat. *Somnus enim*, ut ait Aristoteles (1), *ocium animæ est*. Profundiores somnos a laboribus provenire, scribit utique Galenus (2): Idque Hieronymus Mercurialis in Opere de re Gymnastica (3) animadvertit. Narrat Plinius in Naturali Historia (4), *Puerum æstu, & itinere fessum in specu VII. & L. dormisse Annis: rerum faciem, mutationemque mirantem, velut postero experrectum die*. Certe mœrorem homines maxime exercitatos, fractosque viribus constituere, melius norunt, qui fortunæ casibus commoventur. Jonas equidem hoc inquieto sopore sub umbra cucurbitæ obdormivit: quod vaticinium suum adversus Ninivitas, contra disponente Domino, non adimpleretur. Ita plane in Actis longioribus Sanctorum VII. Dor-

H mien-

(1) Ethicor. Lib. I. Αῤῥησία γὰρ ἐστὶν ὁ ὑπὸ τῶν λυγῆς.

(2) Lib. I. de Alimentis.

(3) Lib. IV. Cap. I. pag. 193. Exercerantur enim ad tuendam sanitatem.

(4) Lib. VII. Cap. LII.

mientium apud focios Bollandianos (1) legitur, quod fumto ab ipsis cibo (2), *quum tristes sederent, & inter se colloquerentur, dormire cœperunt: erant enim eorum oculi propter mœrorem gravati.*

CAP. XVI  
Disquiritur an Sancti Ephesini fuerint a fomno excitati.

**T**ANDEM cogitanti mihi, & ea mente revolventi, quæ de Sanctis VII. Ephesinis exponuntur in Actis pervulgatis circa eorumdem Sanctorum dormitionem (cujus occasione vagandi modum dissertatio fumsit, deque Martyrio vere ab illis exanthlato aliqua adtigimus): modo ad reliqua omnia, quæ circa excitationem a fomno narrantur descendendum videtur, & si quid aliud superest observatione notandum, aliqua animadversione cognoscere, ac perscrutari. Contigit illorum Martyrium Decio Romanorum Imperatore, ut narratum est Capite XI. Sæculo III. circiter dimidio excurrente. Excitatio a fomno, ut præfertur, imperante Theodosio juniore, nempe Sæculo V. post annos fere ducentos. Perpenfis vero difficultatibus a Baronio potissime propositis in ad-

110-

(1) Tomo VI. Mensis Julii.

(2) Ad Diem XXVII. §. 7. pag. 393.

notatis ad Martyrologium Romanum (1) circa somnum tam diuturnum horum Sanctorum, insigni miraculo, ut asserunt, a Deo excitatorum, ut Hæresim resurrectioni carnis refragantem extingueret (2); quum nullus Theodosii ævo hujusmodi error serperet, per se infirmatur illorum ratio, qui ista hæc adfirmant. Præterea dormientes a somno excitati fidem facere nequeunt mortuorum ad vitam redeuntium, quam ipsi miraculi occasionem produnt. Infirmari quoque videtur, quoniam nullus coævus miraculo Historicus Scriptor illius meminit, quod silentio prætereundum profecto non fuerat; quum aliæ quam multæ minoris momenti res gestæ, & illo ævo descriptæ reperiantur.

## H 2

## VERUM

(1) Sexto Kal. Augusti. Vide sis lit. f.

(2) Theodosius junior floruit Sæculo v. eodemque imperante Sancti VII. Dormientes Ephesini innotuere. Tunc autem, ut notum est, Vigilantii errores, Pelagii, & Eutychetis, discipulorumque: maxime vero Nestorii Episcopi Constantinopolitani impia Hæresis grassabatur, & Orbem exitiosa, ac lethali peste conficiebat. Itaque quicquid in Actis Gregorii Turonensis nomine vulgatis legitur (quæ *Acta alia* nuncupantur a Bollandianis), scilicet de Secta Saducæorum tunc temporis excitata, ut §. 6.

occurrit, error insignis est. Gregorius plane, qui Sæculo VI. vivebat, & ni fallor, obiit Anno DLXXXVI. cum homine disputationem habuit, qui resurrectioni carnis adversam opinionem disseminabat, quæ est Saducæorum sædæ sententia, Catholicæ religioni, & sanctioribus constitutionibus turpiter repugnans. Constat illud ex Historia Francorum ejusdem Gregorii Episcopi Turonensis Libro x. Capite XII. pag. 443. Inter Scriptores Historiæ Francorum Andreae Du Chesne Tomo I. Edit. Lutetiæ Parisiarum in fol. m. DC. XXXVI.

CAP. XVII  
 Quod in Actis legitur de iisdem  
 Sanctis excitatis a  
 somno, exponitur.

**V**ERUM, quod ajunt, Theodosii ætate omnibus uno die, eodemque tempore expergefactis (1), & aditu speluncæ, in qua se continuerant, referato; tamquam una nocte dormijissent, communi suffragio unum eorum, nomine Malchum (2) ad Urbem mittunt, ut panem obsoniumque sibi, & fociis compararet. Miratur ille interim ad portas Civitatis descendens, Crucis signum venerabile hic illic exaltatum (3); quum præcedenti die, ut sibi videbatur, tam ingens persecutio in Christi fideles defæviret, illorumque neminem toto itinere se vidisse, qui pridie Urbem ipsam, & vicinia incolebant. Pretium igitur emti panis, & paratarum rerum ad vitæ

(1) Acta Antiquiora §. 6. *Transiit ætas Imperatorum paganorum, eorumque simul imperia abierunt; & voluit Deus filios lucis suscitare &c.* Reliqua habes Capite XVII. descripta ad calcem paginæ 64. num. (1).

Acta alia. §. 6. *Mortuo Decio per succedentia tempora in Theodosium Arcadii filium Imperii summa collata est &c.*

Ibidem §. 7. *Dominus autem jussit reverti spiritus in corpora Sanctorum, & surrexerunt &c.*

(2) Acta Antiquiora. §. 6. *Unus qui aderat ex ipsorum numero, & Jamlicus dicebatur, ipse dixit: Ego descendam &c.*

Acta alia. §. 7. *Conversique ad Malchum dixerunt &c. . . . Accepta itaque pecunia abiit &c.*

Notandum cum Bollandianis *Jamlicum* a Græcis dici hunc Puerum, qui a Latinis *Malchus* nuncupatur; de qua commutatione istius nominis aliqua præmonuerunt iidem ipsi focii Scriptores in Commentario prævio num. 6. & num. 35. quos consule.

(3) Acta antiquiora. §. 7. *Levatisque oculis, vidit Crucem super portam, & inclinavit caput suum, & cum gemitu adoravit illam &c.* Et intra. *Quid istuc est? Quia ecce à vespera Crux abscondebatur a paganis, & ecce hodie palam super portam fixa est? &c.*

Acta alia. §. 7. *Appropinquans autem ad portam Civitatis vidit signum Crucis super portam, & stupefactus, miratus est.*

vitæ opportunitatem soluturus, monetas (1), quæ Decio imperante in commercio fuerant, tradit venditori (2), qui illico in suspicionem adductus, inquit: Unde es tu? Thesaurum certe invenisti peregrinus homo, & dissimulas. Itaque ante Judicem, seu Præfectum, & Marinum Episcopum Civitatis eum sistit (3). Ille se Ephesinum esse testans, & Decii monetas, quæ heri, & nudius tertius solvebantur tradidisse, easque de domo Patris sui Rufi, qui ex Optimatibus ejusdem Civitatis est, sumfisse respondens (4): Irridetur, & veluti reus mendacii, ac thesauri occultati

con-

(1) Quæstio est inter eruditos de monetis, ac numismatibus veterum: Rationem vero cudendæ monetæ, ita descripsit Cordubensis Poëta Lucanus in *Pharsalia* Lib. vi. v. 402. & seqq.

*Primus Thessalica rector telluris Iconus  
In formam calida percussit pondera  
massæ.*

*Fudit & argentum flammis, aurumque  
moneta*

*Fregit, & immensus coxit fornacibus  
ara.*

(2) Acta antiquiora. §. 8. *Ad forum divertit, ut panem emeret, & sicum auferret. Pecuniam e crumena extraxit dedit &c. . . Infra. Per manus quinque hominum pecunia illa traducta est, eamque contemplati, mussitare ceperunt intra se &c.*

Acta alia. §. 7. *Accepta itaque pecunia abiit: Erant enim argentei ex nomine Decii superscripti &c. . . Et paullo post. Accedensque ad nundinas protulit ar-*

*genteos, deprecans sibi dari escas &c.*

(3) Acta antiquiora. §. 9. *Vox cecidit intra forum Ephesorum, quia ecce Puer thesaurum reperit: & continuo apprehenderunt eum. Ingressum est verbum ad Sanctam Ecclesiam ad Episcopum &c.*

Acta alia §. 8. *Hic homo thesauros reperit antiquos, nam ecce argenteos de temporibus Decii profert &c. . . Viri autem apprehensum ducunt ad Episcopum Marinum, atque Præfectum Urbis &c.*

In Actis longioribus Cap. II. §. 16. nominantur Proconsul, & Episcopus Stephanus, non utique Marinus.

(4) Acta antiquiora. §. 9. *Ex ipsa Epheso ego sum, sumque filius Rufi Electi, qui est ex Optimatibus.*

Acta Alia. §. 8. *Ex Epheso, inquit; si tamen hæc Civitas est Ephesorum &c. . . Et infra. Unde, ait Præfectus, hos argenteos habes? Respondit: de domo Patris mei sumfi eos &c.*

consciis, pene tormentis subicitur (1). Tandem se, & locum ubi degebant, & socios suos indicaturum spondens, a quibus veritatem rerum omnium perciperent, & falsum conatum ad objecta sibi apertissime intelligerent; illuc progressi cum Episcopo Præfectus, Optimates, atque omnis populus (2), transactæ rei certiores prorsus fiunt. Imperator quoque monitus, rei novitate perspecta illac se confert, eosque cum hilaritate, ac stupore

(1) Acta antiquiora. §. 8. *Accessit vir qui panem vendebat, & apprehendit Puerum dicens: Dicit mihi Puer; Unde es tu, & quenam est terra tua? Atque thesaurum, quem invenisti tradito &c. . . . Si autem revelare recusas, carceri te tradam &c.*

Ibidem §. 10. *Hæc audiens Sophista vehementer miratus est, & excanduit adversus Puerum illum, qui profunda ipsi monstrabat. Vilis & insane, ait, reusque mortis, me ne irrides? &c.*

Acta alia §. 8. *Manifestum est, quia venisti illudere Sapientes Ephesinorum; ideoque subjiciendus eris tormentis, quoadusque aperias veritatem &c.*

In Actis longioribus Cap. I. §. 16. inquit Proconsul: *Fortasse insanus est; alii dicebant: nequaquam insanus est, sed insaniam simulat, ut pericula effugiat &c. . . His de causis jubeo te in vincula conjici, & flagellis verberari, donec constiteris ubinam sit thesaurus iste.*

Immerito vexari videtur hic Puer; licet enim thesaurum absconditum invenisset (quod minime adfirmaturi sumus), quomodo Præfectus, alique adversus eum defevire tentaverint, non video.

Quandoquidem thesauros primo occupanti Leges concedunt. Igitur Digestorum Libro XI. Titulo I. *De acquirendo rerum dominio*, Legge xxxi. Paullus Jurisconsultus Libro xxxi. *ad Edictum*: inquit: *Thesaurus est quadam vetus depositio pecunia, cujus non exstat memoria, ut jam Dominum non habeat: sic enim fit ejus qui invenerit, quod non alterius sit &c.* Nostra vero, qui Sanctorum Ephesinorum Historiam expendimus & de Actis illorum inquirimus, non interest Legum interpretes, atque expositores, sive earumdem Legum Commentaria hæc recensere: Fecerint magis oportune juris periti.

(2) Acta antiquiora. §. 11. *Congregati sunt Optimates, & Senes, & Nobiles, atque Pueri ut ascenderent, & viderent thesaurum vitæ, qui revelatus fuerat illis &c.*

Acta alia. §. 9. *Sequimini ergo me, & ostendam vobis fratres meos, qui mecum surrexerunt. Tunc stupefactus Episcopus cum Præfecto, & omni populo, sequentes Malchum venerunt ad speluncam &c. . . & cognoverunt, quia vera sunt, quæ a Malcho dicebantur.*

re adloquitur (1); Sed illi paullo post in Domino dormierunt (2). Hæc testantur Acta vulgata.

**I**NTEREA exercitationis gratia conjecturam meam exponam, non ut Lectorem cogam, atque compellam ad illam amplectendam, neque ut ingenii mei (qui obscurus esse gestio), tenues conatus volitent per ora hominum; sed quod mihi videatur fortasse non spernenda, & aliquando huic Historiæ illustrandæ profuturam confidam. *Ea fallit fortasse non numquam*, ut ait Cicero (3); *sed tamen ad veritatem sæpissime dirigit*. Regnante igitur Theodosio II. Imperatoris Arcadii, & Liciniæ Eudoxiæ filio (4),

CAP. XVIII  
Proponitur Auctoris conjectura.

(1) Acta antiquiora §. 11. *Et continuo scripserunt Epistolam Imperatori Theodosio &c. . . .*

Ibidem §. 12. *Festinauit Imperator &c.*  
Acta alia. §. 10. *Episcopus vero cum Praefecto miserunt nuntios ad Theodosium &c.*

Ibidem. §. 11. *Hæc audiens Theodosius Imperator &c. . . . adscensis equis cum summa festinatione venit ad Ephesum &c.*

Acta longiora. Cap. II. §. 20. *Ea regavisus Imperator &c. . . . Et infra. Ad eum locum ex Urbe Constantinopoli cum multis hominibus profectus est &c.*

(2) Acta antiquiora §. 12. *Tunc vero Imperator invitavit illos, ut secum de-*

*scenderent Ephesum, cogitans adificare templum super ossa eorum.*

Acta alia. §. 12. *Multaque alia loquentes cum eo, iterum prostrati in terrâ obdormierunt, tradentes animas suas Regi immortalis Deo Omnipotenti &c.*

(3) Libro 1. de Divinatione. pag. 314.

(4) Hoc Principe Codex Theodosianus conditus fuit. Hæretici autem Theodosiani dicti sunt a quodam Theodosio, superbiæ typo inflato homine, qui una cum Gajo Alexandria Episcopatum usurpavit imperante Justiniano, cujus conjux Theodora opem illis ferebat. Fratres Marci in Hierolexico V. Eutychniani, hanc Theodosiam, illum Theodosianum, Gajum quoque perperam appellant Gajanum.

putamus aliquem hominem, five causa venationis ( ut mos est, animi laxandi studio ), five alia magis vera (1), aliquando circa Ephesum diverfantem, propius ad ea loca, non sine divino instinctu accessisse, in quibus Crypta horum Sanctorum Christi Martyrum occultabatur. Itaque factum est, ut viso specu multis lapidibus occluso, viam sibi aperire tentaverit ad explorandum aditum faciliorem, non sine spe aliquid inveniendi. Conscenso lapidum acervo, & ad ima revolutis eminentioribus, hiatus pandit, quo se insinuat in interiora; ibique Septem Pueros maectatos reperit, veluti dormientes, unumquemque suis vestibus coopertum, ut in vetusto *Musei Victorii* Toreumate spectatur (2), & in Actis eorundem Sanctorum describitur

(1) Acta antiquiora. §. 6. *Erat in eodem loco Vir locuples in Epheso, voluitque tectum adificare pecori suo in summitate montis, collegitque lapides, & pecori suo in eo loco septum exstruxit: & vidit lapides dolatos, eosque disposuit. Intravit lux, & Filios lucis suscitavit, & excusserunt se a somno suo, sederuntque super terram.*

Acta alia. §. 6. *Erat autem tunc apud Ephesum Delius quidam valde dives in pecoribus, qui circumiens Montem Celeum, jussit pueros suos, dicens. Preparate hic caulas ovibus nostris, quia opportunus est hic locus ad pascenda peco-*

*ra. Ignarus enim erat quid ageretur in spelunca. Operantibus autem pueris, & revolventibus ingentia saxa, venerunt ad os spelunca, inveneruntque lapides magnos, quos revolventes, facientesque murum, non tamen introierunt in antrum.*

Ibidem. §. 7. *Dominus autem jussit reverti spiritus in corpora Sanctorum, & surrexerunt &c.*

(2) Ad Caput v. hujusce Dissertationis, & Tabulam ari incisam inspicito, ac contemplare; putamus enim eosdem Sanctos ita repertos fuisse, ut in antiquo *Musei Victorii* Emblemate sunt expressi.



tur (1). Perquirat circum avide, compertitque ibidem non nullis argenteis, secum abstulit, & ad propria revertitur. Reliqua Capite præcedenti narrata circa monetarum agnitionem, & rerum, quæ postea consequuntur, si huic homini aptentur, vera fortasse sunt: Dum enim illæ monetæ expenduntur, retegitur ex imagine Decii ævum vetustum. De thesauro ab eo invento dubitatur. Torquetur (2), sive supplicia illi in-

## I

ten-

(1) Acta antiquiora. §. 11. *Intravit Puer, stetitque apud illos, & Episcopus, atque Optimates una cum illo ingressi sunt: viderunt Pueros sedentes super terram &c.*

Acta alia. §. 7. *Putantesque se unum tantum nocte dormiisse, sederunt alacres, atque robusti: erant enim non modo corpora eorum venusta, atque pulcherrima; verum etiam ipsa vestimenta integra, atque inlæsa, sicut ante annos plurimos fuerant ab illis induta &c.*

Ibidem. §. 10. *Tunc ingressi invenerunt Beatos Martyres in angulo speluncæ sedentes, & erant facies eorum tamquam rosæ florentes, & sicut Sol in virtute fulgentes: nihil enim diminutum erat, neque de vestimentis, neque de corporibus eorum &c.*

Sanctus Gregorius Turonensis (cujus sunt etiam Acta alia superius descripta), Libro I. de Gloria Martyrum Capite lxxxv. inquit. *Viri autem usque hodie palliis sericis, aut carbasinis cooperti, in ipso loco requiescunt, quod Passio eorum, quam Syro quodam interpretante in latinum transfulimus, plenius pandit &c.*

Acta longiora Capite II. §. 12. *Surrexerunt igitur & Deum laudantes confecerunt . . . nam & vestes tales erant,*

*quales & antea quam obissent: corpora etiam ipsa florebant, hilaritatem præseferentia &c.*

Ibidem. §. 20. *Ingressi vero in speluncam, Sanctos illos sedentes invenerunt, quorum facies instar luminis effulgebat.*

(2) Vide sis quæ diximus Cap. xvii. pag. 62. n. (1) in adnotatis post Acta Antiquiora, Acta alia, & item Acta longiora, a nobis descripta; istud enim illi ævo minime conveniebat, quum thesauri primo occupanti a Legibus permittantur.

Refert ex Philostrato Sponius in Miscellaneis eruditæ Antiquitatis Sectione x. pag. 326. Atticum Herodis Atheniensis Patrem invento amplissimo thesauro, ita scripsisse ad Nervam Imperatorem. *Thesaurum Imperator, domi mea reperi, quid ergo de illo jubes? Cui Imperator. Utere his, quæ reperisti.* Atticus vero indicavit Nervæ, thesaurum excedere conditionem suam. Responditque Nerva. *Abutere etiam inopinato lucro, nam tuum est.* Non igitur illum regio ærario inferendum, neque ad Principem pertinere judicavit. In Dissertatione autem hæc non inferuntur, ne turberentur importune Acta Sanctorum Ephesinorum, & eorumdem explanatio.

tentantur . Indicat locum repertæ pecuniæ .  
 Accedunt ad Specum Episcopus , Præfectus ,  
 & reliqui omnes , & sic manifestantur Sancti  
 Dei , quorum memoria quoque pene obsoleta  
 delitescebat . Siquidem miris modis aliquan-  
 do Deum manifestasse Sanctorum suorum re-  
 liquias , opinamur fatis notum esse illis , qui  
 legere delectentur ecclesiasticas historias , in  
 quibus exempla quam plura facile occurrunt .  
 Cur autem de aliquibus Sanctis suis ita Deus  
 decreverit , ut in obscuro loco , ac sine cultu  
 non numquam permaneant , quum alios sum-  
 mis honoribus venerari permittat , ipse pro-  
 fecto scit , qui cuncta suo regit imperio : ne-  
 que nobis datum est occulta Dei judicia co-  
 gnoscere , qui solus novit tempus & modum  
 illustrandi eos . Sed hæc fortasse nimis mul-  
 ta . Porro si hæc conjectura probetur , habe-  
 mus unde Acta antiquiora , & recentio-  
 ra vitiata sint , Octavo , de quo modo lo-  
 quuti sumus inter Dormientes admisso (1) ,  
 & reliqua omnia de cessatione somni prolata  
 argumenta (2) omnino extenuantur , peni-  
 tusque corruunt .

AGNITI

(1) Ad Caput vi. hujus Dissertatio-  
 nis pag. 9. num. (1). & num. (2).

(2) Videndum Caput xvi. & Caput  
 xvi i. hujus Dissert. Sed & Cap. xvi i i.

**A**GNITI vero Sancti VII. Ephesini, ut præcedenti Capite monuimus, & TABVLIS PLVMBEIS imperante Decio scriptis, ibidem fortuito repertis (1), ac Deo ita permittente, signis sequentibus illustrati (2), dicti sunt impostherum *Dormientes* vetusto Christianorum more, ut supra (3) fuse a nobis fuit expositum. Accedit, quod veluti *Dormientes* reperti fuerint; & quod renovata post annos bis centum, & ultra illorum memoria, veluti a somno excitati, iterum

I 2 cum

CAP. XIX  
De Sanctorum Ephesinorum agnitione.

(1) Acta antiquiora. §. 5. *Et cogitavit crudelis Imperator illos in spelunca occidere. Præcepit etiam &c. . . Et infra. Aderant ibi duo Sophista, filii Optimatum; & venit eis in mentem, quod futurum esset, ut Dominus eos suscitaret: atque TABVLAS PLVMBEAS fecerunt, easque apud illos posuerunt, & scripserunt in eis nomina Filiorum lucis, & quam ob causam ingressi Pueri in speluncam eose abdidissent, & quonam tempore a facie Decii fugissent.*

Ibidem §. 12. De Imperatore Theodosio illuc accedente scriptum est, quod *Accepit TABVLAM illam PLVMBEAM, cæpitque legere &c.*

Acta alia. §. 5. *Abeuntibus autem quos spelunca deberent oppilare, præcesserunt eos duo Viri THEODORVS, & RVBEN Christiani &c. . . . Hi scribentes in TABVLIS PLVMBEIS omnem Historiam Sanctorum, posuerunt eas in introitu cavernæ intrinsecus, nemine sciente &c.*

Ibidem. §. 9. *Ingressus Episcopus reperit scrinium duobus sigillis argenteis præsignatum; Egressusque foras convo-*

*cans multitudinem Civitatis cum Præfecto, aperuit sigilla, & invenit duas TABVLAS PLVMBEAS &c.*

In Actis Longioribus. Capite I. §. 10. Duo Viri, qui in TABVLIS PLVMBEIS scripserunt Acta horum Sanctorum, dicuntur THEODORVS, & BARBVS, iique fuerant a cubiculo Imperatoris Decii, clam tamen Christianam Religionem profitebantur. De earumdem Tabularum inventionione, vide eadem Acta Capite II. §. 19.

Plumbeis vero Voluminibus scribi consuevisse publica monumenta, testatur Plinius *Naturalis Historiæ* Lib. XIII. Cap. XI. & meminit Alexander ab Alexandro *Genialium Dierum* Lib. II. Capite xxx.

(2) Tomo VI. Julii apud Bollandianos ad Diem XXVII. in Commentario prævio ad Acta horum Sanctorum. §. 11. multa reperies de posthuma eorumdem Christi Martyrum gloria.

(3) Vide sis Cap. XI. & XII. Maxime vero quod veluti *Dormientes* reperti fuerint adhuc integris illorum corporibus, ac vestibus.

cum Ephesinis civibus converfarentur (1): Frequens enim de illis ubique sermo; frequens ad Cryptam populi concursus, & exterarum quoque gentium adventus: frequens cultus (2) adhibitus; ædificata perinde ibidem loci ab Imperatore Theodosio (3)

Æde

(1) Ea loca, in quibus multa Martyrum corpora quiescebant, CONCILIA, verbo Ecclesiastico nuncupabantur: Exemplum videat Lector in Martyrologio Romano ad Diem xxiiii. Junii. Ibi plane tamquam simul coirent, & viventes adhuc operarentur, illos reputabant, & quasi etiam tunc docerent, suoque patrocinio, & vigili apud Deum cura tuerentur. Illustrat Martyrologium Baronius citato loco lit. c. & Sancti Gaudentii Episcopi Brixienfis Sermonem habitum in die dedicationis BASILICAE CONCILII SANCTORVM a Molano pridem animadversum memorat. Vide neptam Collectionem Veterum Patrum Brixianæ Ecclesiæ ab Angelo Maria Cardinali Quirino Sedis Apostolicæ Bibliothecario, typis Brixienfis nitidissime paratam in folio Anno. M.D.CC. xxxviii. pag. 336. & lege notas eruditas ad calcem ejusdem pag. lit. a., & lit. b. Inquit S. Isidorus Episcopus Hispalensis *Originum* Libro vi. Capite xvi. *Concilii autem nomen tractum est ex Romano more. Tempore enim, quo causæ agebantur conveniebant omnes in unum, communi- que intentione tractabant. Unde & Concilium a communi intentione dictum.* Præterea in eodem Sancti Gaudentii Sermone legitur pag. 345. *Habemus ergo, & hos quadraginta, & prædictos decem Sanctos ex diversis terrarum partibus congregatos; unde hanc ipsam Basilicam eorum meritis dedicatam, CONCILIVM SANCTORVM nuncupari oportere decernimus. Dignum est enim, ut ad tantorum*

*Martyrum venerandas reliquias processuri, ad CONCILIVM SANCTORVM nos procedere fateamur &c.*

(2) Consule Bollandianos in Commentario prævio §. 11. Græci enim, Mœsci, Æthiopes, Syri, Maronitæ, ac demum Latini illorum festum diem concelebrant.

(3) Acta antiquiora. §. 12. *Tunc vero Imperator invitavit illos, ut secum descenderent Ephesum, cogitans ædificare templum super ossa eorum.*

Acta alia. §. 12. *Tunc Imperator fabricavit super eos Basilicam magnam, & fecit ibi receptaculum pauperibus, imperans eos alere de publico. Convocatisque Episcopis celebravit festivitatem Sanctorum &c.*

Acta longiora. Cap. 11. §. 21. *Sancti vero Martyres, quum sua capita in terram declinassent, & Deum precarentur dormierunt; & ideo divino nutu suos spiritus Domino tradiderunt. Imperator igitur iussit septem aureas arcas componi, quibus vii. illorum juvenum corpora conderentur.*

Jacobus Sponius (*Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grece, & de Levant &c.* Tom. 1. Livre 111. pag. 327. & 328.) Cryptam in qua dormierunt Sancti vii. Ephesini se vidisse memorat. De Basilica tamen Theodosiana nihil profert; quare dirutam ab ævi diuturnitate; seu potius ab infidelibus, qui ea loca incolunt, in odium Christianæ Religionis everfam, dicendum arbitramur; si tamen a Theodosio ædificatam fuisse ultro affirmetur.

Æde Sacra Deo in honorem ipsorum VII. Christi Martyrum, & illi proximum amplum Xenodochium, alendis ex ærario regio pauperibus destinatum.

**H**ÆC vetusta Gemma, multis imaginibus, signis quoque, & characteribus decorata, quum cælatoris nomine careat, neque ullam temporis notam ab ipso artifice impressam expromat; vix non temere de ævo cælaturæ ipsius quicquam adfirmari posse aliquis fortasse dicet. Quandoquidem Fleetwodius (1) antiquas percurrens inscriptiones, inquit (2). *Nec aliquid certi his de rebus ex istiusmodi monumentis potest proferri: immo nec ætatem inscriptionis alicujus de hac, vel illa scriptionis ratione aut forma certo licet conjicere. . . . . quum & antiquiora, & multo posteriora sæcula eandem scribendi rationem sint sequuta; immo quum ipsa augustæi sæculi scribendi ratio multum diversa fuerit, & sæpe sui dissimilis &c.* Nos autem, quum in quibusdam papyraceis Diplomati- bus, seu Voluminibus manu scriptis in cor-  
ti-

CAP. XX  
De ætate hujus  
Gemme. Vetustior  
Sæculo IX. veletiam  
VIII. eadem ad-  
feritur.

(1) *Sylloge Antiquarum Inscriptionum.* (2) Vide sis Epist. Dedicatoriam pag. 3.

tibus arborum (1), quæ sunt summæ antiquitatis, & maxime in vetustissimis musivis operibus adhuc exstantibus, iisdemque a claro Ciampinio magna ex parte editis (2), adverterimus aliquando non nullas literas simul copulatas, atque compactas, formatasque illarum instar, quæ in nostro monumento visuntur; & non numquam nomina quoque monogrammatice (3) contracta (quæ omnia inferiori ætate usurpata sunt maxime in

(1) Consule edita a claris viris Diplomata tabulis æreis incisa, in quibus non semel occurrunt nomina propria, seu etiam alia verba majoribus characteribus exarata. Item consule Codices membranaceos antiquos M. SS. ejusdem notæ, qui certe cum vetusto monumento *Victoriano* magis conveniunt.

Duo papyracea Diplomata servantur modo Romæ in Museo *Victorio*. Unum fuit olim egregii Viri *Petri Victorii*, quod edidit Vir eximius nostro ævo Scipio Marchio Maffæus in *Historia Diplomatica Num. XI v. pag. 172. & seqq.* Aliud superiori anno accessit eidem Museo, & olim servabatur Florentiæ apud cl. Virum Joannem Baptistam Donium, vulgavitque in Opere Doniano clarissimus amicus noster Antonius Franciscus Gorius Classe *XIX. Num. XIV. pag. 502. & 503.* Primum longum est Palmos Romanos *XII. Uncias VII. semis*, & ultra. Altum est Palm. I. Unc. v. pleniore. Aliud longitudine æquat Palmos Romanos *VI. Uncias VII.* Altitudine illud æquat, quod supra descripsimus. Utrumque scriptum est lineis longioribus; ita ut non nisi explicato toto Volumine unaquæque linea

legi possit; quod, ut notum est eruditis, in hisce præstantissimis Monumentis, minus frequenter contingit. Huic secundo Volumini adfuturum est fragmentum aliud papyraceum, latum circiter Uncias *v.* Altum Palm. I. Unc. I. editumque fuit ab eodem Gorio una cum Papyro veteri, cui junctum est.

(2) Veterum Monumentorum Parte I. & Parte II.

Hoc opus anno superiori, studio alicujus Bibliopola, iterum excudit Joannes Zempel; ea cura, ut nova editio nullatenus a prima impressione distingueretur; imitata paginarum forma, servatisque numeris; quin etiam erroribus in eadem vetustiori editione fuis: Anno quoque veteri expresso, ac Typographia non sua.

(3) Adi nostræ Dissertationis *Glyptographicae Præfationem Pagina IX. & Pagina X.*

Item Corollarium post Præfationem, Pag. *XXIV.* & in Indice illius Operis Tabulam marmoream inscriptam, quam addimus pag. *124.* eaque a nobis illic exposita de *Monogrammatum origine*, atque usu.

in Nummis Pontificum Romanorum (1), ac etiam in Nummis Principum sequioris ævi, ut in *Museo Victorio*, & alibi quoque, copiose videri potest, & apud editores ipsorum Nummorum (2) luce meridiana clarius patet). Facile in eam opinionem devenimus, ut hæc Gemma monumentis vetustioribus ad censenda sit. Horum enim Nummorum species, vix ætatem Caroli Magni Imperatoris attingunt, rarique sunt, qui parum excedant. Præferunt vero imagines, atque apices characterum Romanorum Pontificum, & Principum adeo informes, ut illorum temporum imperitiam, & artis ruditatem nimis molestant, agrestemque, & in-

con-

(1) *Antiquiores Pontificum Romanorum Denarii &c. Auct. Jo. Vignolio. Roma. MDCCIX. Apud Rocchum Bernabegum. in 4.*

Justi Fontanini &c. *Discus argenteus Votivus Veterum Christianorum &c. Cap. XIV. pag. 42. & seqq.*

Nonnulli ex his Nummis exstant in *Museo Victorio*, & etiam alibi.

(2) Le Blanc. *Traité Historique des Monnoyes de France &c. Item. Dissertation Historique sur quelques Monnoyes de Charle Magne, de Louis le Debonnaire, de Lothaire, & de Leurs Successeurs &c.*

Claude Bouteroüe. *Recherches curieuses de Monnoyes de France &c.*

P. ulli Petavii. *Veterum Nummorum*  
**ΓΝΩΡΙΜΑ.**

Cangius in Glossario mediæ, & infimæ Latinitatis.

Claudius Molinetus. *Gabinet de la Bibliothéque de Sainte Genovieve &c.*

Samuel Guichenon. *Histoire genealogique de la Royale Maison de Savoye.*

Georgius Hiccius in Thesaurio veterum linguarum Septentrionalium, in quo Andreas Fontaine Numismata Saxonica, & Denosaxonica edidit.

Elias Brennerus. *Thesaurus Nummorum Sueogothicorum &c. Hormæ MDCCXXXI. in 4.*

Ludovicus Antonius Muratori in Antiquitatibus Mediæ ævi, & alii quibus multi; quos omnes heic describere, ut aliud agendo inquit Cicero. *Tusc. Quæst. Lib. I. pag. 140. esset profecto Leminis intemperanter abutentis otio, & literis.*

concinnam patefaciant . Profecto quoquo modo cohærent istiusmodi nummi cum Basilii Menologio , cujus picturæ ratio gentium barbararum totam Europam pessum dantium memoriam exhibet , atque aperte prodit . Gemma vero artem Italæ vetustioribus conformem redolet , a quibus certe didicerunt Barbari , non quidem a Barbaris Itali (1) , ut vulgares homines inscite dicitant , quoties de hac re incidit sermo . Quamvis igitur de ævo cælaturæ sacri Toreumatis usque adeo illustrati ad amissim judicare , haudquaquam audeamus , ex ipsis tamen cælaturæ notis Sæculo IX. & fortasse VIII. vetustiore eandem Gemmam placet adserere .

(1) Ita Scipio Marchio Maffei Vir fol. Parte 1. Lib. XI. Columna 306. & clarus , in sua Verona illustrata. Edit. in 307. & etiam alibi in eodem Opere .



APPEN-



A P P E N D I X  
AD HISTORIAM  
S A N C T O R U M  
SEPTEM DORMIENTIUM  
EX  
MANU SCRIPTIS CODICIBUS  
V A T I C A N I S  
SEQUIORIS ÆVI.

K

ISTI . . . . SUNT DEI MARTYRES , NOSTRI PRAESULES ,  
SPECULATORES VITAE , ACTUUMQUE NOSTRORUM . NON  
ERUBESCAMUS EOS INTERCESSORES NOSTRAE INFIRMITATIS  
ADHIBERE , QUI ET IPSI INFIRMITATEM CORPORIS , ETIAM  
QUUM VINCERENT , COGNOVERUNT .

*S. Ambrosius Lib. de Viduis. pag. 380. Operum  
Tomo IV. Edit. Rom. in fol. An. M. D. LXXXII.*

APPEN-

Codex membranaceus PALATINO-VATICANUS signatus numero 477. continens manu scriptas Lectiones ad usum Chori, quotidie de more recitandas in honorem Sanctorum, in persolvendis Divinis Officiis, hæc habet Pagina xii.

## L E C T I O I I I

D E S E P T E M

*Literis  
rubricis*

## D O R M I E N T I B U S .

**M**AXIMIANUS, MALCHUS, MARTINIANUS, DIONYSIUS, JOHANNES, SERAPION, & CONSTANTINUS, Officiales palatii Imperatoris Decii, & Christiani, videntes ipsum Imperatorem in Christianos sævire, venditis omnibus suis: acceptis tamen paucis ad necessaria victui; apud Ephesum in spelunca Celi montis se occultantes, omnes obdormierunt. Quos cum Imperator percepisset in fugam conversos, jussit os speluncæ grandi muro claudi. Mortuo autem Decio, & Rege post Regem surgente, temporibus Theodosii Imperatoris Christianissimi,

K 2

aper-

aperta spelunca , Beati Viri evigilabant , mittentes Malchum Ephesum ad panes emendos . Cum autem egressus esset ille speluncam , & per totam civitatem videret signum Crucis apparere , dubitavit Ephesum esse : sed tamen progressus est ; & extractis argenteis ut emeret panes , tentus est , & ductus ad Proconsulem . Requirens igitur Proconsul ab eo , si thesaurum reperisset , dixit quod ex sacculo suorum parentum illos haberet , Proconsul autem dixit . Hæc superscriptio est plusquam trecentorum septuaginta duorum annorum , & primorum annorum Decii Imperatoris . Malchus itaque audiens a Marino Episcopo , & ab aliis Decium diu mortuum , præcessit eos usque ad ostium speluncæ . Ubi in parte dextera invenerunt tabulam plumbeam , continentem quomodo a facie Decii Viri prædicti fugierunt illis diebus : & intrantes speluncam , invenerunt eos vigilantes , & facies eorum tamquam rosas vernantes . Unde Marinus Episcopus cum universis civibus proni corruerunt ad pedes illorum : Et nuntiaverunt hæc Theodosio Imperatori . Qui ventus , multa locutus

tus est , & de antiquis multa percepit ab eis . Quo facto Viri Dei inclinato capite suo obdormierunt in Domino . Tunc surgens Imperator , cecidit super eos , & flens osculabatur sanctas reliquias eorum : Tollenſque purpuram ſuam , miſit ſuper corpora ſanctorum : & loculos aureos , in quibus ponerentur corpora eorum , fieri præcepit . Sicque reconditi quieſcunt . Tu autem Dñe &c.

Hæc autem Lectio ab eodem Codice deſcripta , venerationem ab ævo vetuſtiori Sanctis VII. Dormientibus Ephelinis præſtitam aperte prodit . Quum in Horis Canonicis publice recitaretur . Compilata ea eſt , atque concinnata ex Actis vulgatis ; & quidem ( ut credibile eſt ) , ab iis , qui ex inſtituto peculiari ſervientes unice Deo , Monasticam vitam ſequebantur ; a quibus pariter *Acta longiora* fortaſſe conſcripta ſunt : Hoc enim exercitationis genere a Præpoſitis ſuis detinebantur occupati , quum ab oratione interdum vacarent illi , qui magis ingenio , atque arte valerent ; ut ſive Codices vetuſtos deſcriberent ; ſive Sanctorum Vitas exponerent ; ſive ipſas ad uſum Chori redigerent in compendium .

Eandem piam Chriſti fidelium venerationem teſtatur quoque Codex VATICANUS CHRISTINÆ SVECORUM REGINÆ  
nota

notatus numero 711. in quo pagina 92. legitur Oratio, quæ sequitur, pro fidelibus defunctis recitanda.

**I**N nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. In Monte Celio ubi requiescunt Sancti Septem Dormientes: iidem MALCHUS, MAXIMIANUS, MARTINIANUS, DIONYSIUS, JOHANNES, SERAPION, CONSTANTINUS, quorum meritis, & precibus REQUIESCAT, ET DORMIAT iste Dei famulus, *seu* famula &c.

Verum de cultu eorundem Sanctorum, non nulla diximus in Historica Dissertatione Capite VI. & iterum Capite XVIII. & Cap. XIX. Alios Codices, licet a nobis descriptos (ut in Præfatione jam dictum est), duximus omit- tendos. Etenim quamvis alter ab altero, tum enarratio- nis ordine, tum verbis, ac phrasibus diversus sit, & nul- lus Codex cum Actis Longioribus editis a Bollandianis in illis conveniat; tamen factis, seu rebus gestis, parum, aut nihil inter se discrepant; eaque ab eisdem Sociis Scri- ptoribus animadversa sunt in Commentario prævio, sive in adnotationibus explanata. Itaque si hæc edidissem, ple- risque fortasse videretur, ad augendam libri molem prædi- ctorum Codicum editionem potius comparatam, quam ad utilitatem legentis, sive ad Historiam Sanctorum VII. Dor- mientium illustrandam.

# I N D E X R E R U M

79

In quo nonnulla ad Dissertationem quodammodo  
spectantia proferuntur.

*Numeri Romani locum in Præfatione designant:  
Barbari in Dissertatione, atque Appendice.*

## A

- A** Dam, & Eva in antiqua gemma. v. VIII.  
Adclamations veterum. XXI. In anti-  
quo vitro. XXIII. Item in pluribus  
gemmis. XXII.  
Adsumtio in Cælum Beatæ Mariæ Vir-  
ginis. *Vide* Festum Adsumtionis &c.  
S. Agricola Martyr, magnis clavis  
transfixus. 8.  
S. Alexander, Antonini Pii ætate mar-  
tyrio coronatus. 38.  
Alexander Macedo, galeatus in antiqua  
Bulla. 19. Ita plerumque in vetustif-  
simis signis, in nummis, & gemmis.  
*Ibidem*.  
Ammianus, Marcellinus. 24.  
Amstaiedami nuncia rerum literariarum  
proferuntur. 2.  
Anchora in antiqua gemma cū aliis sym-  
bolis veterum Christianorum. IX. I.  
Animæ immortalitas in duobus antiquis,  
adhuc ineditis lapidibus expressa. 47.  
48. In primo quidem lapide Animæ  
*felicitas* auguratur. In secundo,  
ONESIMO Christi Martyri, *Omnia bona*.  
Animas esse mortales putabant Ethni-  
ci. 39. 40. Non tamen omnes. 40.  
Imaginem illarum alis papilionum in-  
structas effingebant. 36. Stoici animas  
igneas esse censebant. 40.  
Anuli veteres aurei, argentei, atque  
ærei cum vitreis gemmis reperti. 16.  
Apollo Phœbus in antiqua gemma. 51. 52.  
Arbor *Scientiæ boni, & mali* in antiquis  
monimentis expressa. v. VIII. IX.  
Aringhius, Paullus. x. 15. 30. 37. 38. 54.  
Ars imitatur naturam. 16.  
Artifices antiqui peritiores, Ethnici  
plerumque erant. x. Ethnicis infer-  
viebant. *Ibidem*.

---

*Artifices nostræ ætatis in hoc Opere memorati.*

### M V S I V A R I I.

- Adami, Petrus. XII. Christophorus, Petrus Paullus Eques. XII.

---

### VITREIS EMBLEMATIBVS CLARIORES.

- Anghier, Adrianus: Carolus. XII. Menga, Augustinus. XII.  
Dehn, Christianus Fridericus. XII.

---

### MECHANICIS OPERIBVS.

- Mattioli, Alexius. XII.

---

Atticus

Atticus, Herodis Atheniensis pater, invento thesauro ditissimus. 65.  
Aurum absconditum, simile terræ. XXI.  
Auspicium captabant Ethnici ab imaginibus, quas secum gestare solebant. 19.

## B

**B** Conversum in b. in vetusto lapide. de. 42.

Baluzius, Stephanus. 29.

Barbari ab Italis multa didicerunt. 72.

Baronius Cæsar. 5. 7. 10. 15. & alibi passim. Laudatus. 28. & seqq. Nihil decernit de Sanctis Septem Dormientibus. 31.

Basilii Menologium. II. 20. 21. Inculce depictum. 21. 72.

Basilius Magnus. 12.

Beauvillier D. Paullus Hyppolitus Dux de Saint' Agnan Galliarum Regis Orator ad Summum Pontificem. 48.

BENEDICTVS XIV. PONT. MAX. Auctor Operis de Canonizatione Sanctorum. 27.

Bernæ nunciæ rerum literariarum excuduntur. 2.

Bibliotheca Vaticana. VII. 75. 77. 78. Vallicellana. VII.

Bibliotheca privata *Victoriorum* Romæ. 8. 49.

Boldettus, Marcus Antonius. X. 15. 30. 33. 34. 36. 38. 42.

Bollandiani laudantur. VII. 2. 3. & passim in Opere. Edunt Acta Sanctorum Septem Dormientium Ephesinorum. 3. De Sanctis Septem Dormientibus nihil definiunt. 31.

Bonarrotius, Philippus. XI. XII. 16. 30. 37. notatus. 37. Laudatur. 42. 49. 54. 56.

Bononiæ exstant corpora Sanctorum Martyrum, *Vitalis*, *Agricola*, & *Proculi*. 8.

Bosius, Antonius. X. 15. 30. 38. 54.

Brachia Matronarum, orantium statu depictarum, ut ait Bonarrotius, obsequii causa fulciebant servi. 37. Fortasse (ex nostra opinione), quod essent

senio debilitatæ, vel infirmitate defessæ. 37. In antiquo monumento duo viri sustinent brachia pueri alati. 36. 37.

Bullam cum chlamyde quomodo colligerent antiquiores. 19. Ex varia materia eadem parabantur. *Ibidem*. In plerisque monumentis vetustis depictæ, atque exstantes occurrunt. 19.

## C

**C** Alidum humido temperatur arte medicina. 26.

Cangius notatus. 12. 13. laudatus. 20.

Canon Misæ antiquissimus. 35. Quid sit ipse Canon, *Ibidem*.

*Della Catà*, Joannes, Poëta clarissimus. 50.

Cassiodorus Senator. X. XXI.

Cedrus, lignum incorruptibile. 21. *Vide* Sicomorus.

Celeus, Mons apud Ephesum, in quo laeterunt Sancti VII. Dormientes. 29. 64.

Cera Hispanica, ad Ectypa e gemmis excipienda valde idonea. 4. Item cera mollis. *Ibidem*. *Vide* Ectypa.

Chartæ lusoriæ Massilienses optimæ sunt ad gemmas imprimendas. 4.

Chiffletius, Joannes Jacobus. 30.

Chlamydem cum Bulla quomodo veteres ligarent, nodarentque. 19.

Ciampinius, Joannes. 54. 70.

Cicero, Marcus Tullius. VI. VII. XX. 22. 40. 63.

S. Cypriani opinio de Martyrio. 26.

Clavi, quibus Jesus Christus Dominus noster Cruci adfixus fuit, ferrei. 8.

Clavi ferrei ad opera fabrilis opportuni. 8. Ærei, in operibus, quæ ab humiditate facile læduntur. *Ibidem*. Magnæ molis, in Porticu Pantheon a Marco Agrippa constructa. 8.

Clavi instrumenta supplicii. 8. dicti *Trabales* a S. Paullino. *Ibidem*. Item a Cicerone Actione VII. in Verrem. *Trabalibus telis* quorundam capita discissa fuisse, scribit Ammianus Marcel-  
cel-



- cellinus, *Rerum gestar.* Libro XVI. pagina 149. citatę edit. in fol. M. DC. LXXXI. Porro eadem *trabalia tela* memorantur a Valerio Flacco Lib. VI. *Argonauticorum*. Vers. 301. & Statius *Thebaidos* Lib. IV. *Hastam trabalem* tribuit Bellonę Vers. 8.
- S. Clemens, Alexandrinus. x.
- Clypeorum a scutis differentia. 17.
- Cœmeteria, quasi dormitoria dicta. 32.
- Color cessante lumine non comparet. XXI. *Vide Sol*.
- Concilia, loca in quibus multi Martyres conditi. 68.
- Concilium a communi intentione dictum. 68.
- Sanctor.* Confessorum nomine, qui denotentur? 24. 25.
- Conjecturę ad veritatem conducunt. 63.
- S. CONSTANTINUS unus ex VII. Dormientibus Ephesinis. 6. 75.
- Contraria contrariis curantur. 26.
- Creta rubra. XVII.
- CruX aliquando expressa literis Monogramma Christi constituentibus. 18.
- Cucurbita, non Hedera Jonam ab æstu Solis defendit. 53. & seqq.
- Curaciones, aut ex contrariis, aut ex similibus fiunt. 26.
- D**
- D**actylithecę scititię apud veteres. 16. Eadem apud recentiores. *Ibidem*.
- Dantes, Aligherius. 8.
- Decius Imperator scivit in Christi fideles. 29. In Sanctos VII. Dormientes Ephesinos. 12. 29. 58.
- S. Demetrius Proconsul martyrio coronatus. 20. 21. Ejus imago in antiquo vitro. 17. Item in antiqua gemma. 23. Ædes in honorem ejusdem Deo dicata. 20. Locus ad S. Demetrium nuncupatus. *Ibidem*. De miraculis ejusdem Oratio, fortasse inedita. 21.
- DEVS OPT. MAX. Diei, noctisque auctor, & rector. 51.
- Diana noctis typus. 51. 52.
- S. DIONYSIVS. unus ex VII. Dormientibus Ephesinis. 7. 75. 78.
- Dionysius, Patriarcha Jacobitarum, notatus. 9.
- Diplomata papyracea. *Vide Papyracea Volumina* &c.
- Dissertatio Glyptographica, qua illustrantur gemmę duę vetustissimę *Musei Victorii*. VI. XX. 22. 40. 50. 70.
- Divitię, quare in sepulcris conderentur ab Ethnicis. 41.
- DOMVS AETERNA pro sepulcro in lapidibus Ethnicorum. 39. 40. Item in lapidibus Christianorum. 43. Explicatur veterum Christianorum mens divinis Scripturis. 43. 44.
- Donius, Joannes Baptista, Vir clarus. 70.
- SS. VII. Dormientes in Gallia. 5. 13. Alii in Germania. 5. 13. Alii apud Ephesum. 6. & seqq.
- SS. Dormientes Ephesini in antiqua gemma, alii sedentes, alii jacentes expressi. 6. 7. & seqq. 65. Fuerunt Septem. 6. 9. 66. Pueri dicuntur. 10. Ita representantur in vetusta gemma. 3. 9. 11. In Menologio Basilii. 11. Laudatur in Actis illorum venustas. 12. 65. Passi sunt multa Imperante Decio. 10. 28. 29. 30. 58. In spelunca clausi. 10. 29. 60. 64. 65. & seqq. Alii securibus, alii facibus ardentibus, lignis nodosis, clavisque necati. 7. & seqq. 10. 14. 15. Innotuerunt imperante Theodosio juniore. 31. 59. 63. Post obitum culti. 10. 68. Signis & prodigiis a Deo illustrati. 67. Velut Dormientes reperti, integris illorum corporibus, ac vestibus. 65. Coruscante circa faciem lumine. 65. Quomodo reperti. 63. & seqq. Aureis thecis conditi. 68. Basilica a Theodosio excitata in honorem eorumdem Sanctorum. Item Xenodochium. 68. Quare Dormientes dicti? 28. & seqq. 39. 67. Vere Martyrio coronati. 6. 14. 28. 39. 58. & alibi.

Dormitio pro obitu aliquando in vetustis lapidibus reperitur . 32. & seqq. Utuntur hac voce Divinæ Scripturæ ad indicandam mortem fidelium . 29. 30. Item Sancti Patres . 32. Occurrit quoque in Canone Missæ . 35. Fidem resurrectionis exprimit . 38. 39.

## E

**E**ctypa ex gemmis fiunt gypso, vel sulphure . 3. Utrumque quomodo perficiatur . 3. 4. Fiunt cera Hispanica . 4. Quomodo illa adhibenda . *Ibid.* Fiunt quoque cera molli . 4. 5. Horum vero Ectyporum series aliqua methodo disponere, & in certas classes distribuere primus instituit clariss. Vir Leo Stroza, a quo ceteri didicerunt. Ectypum vetustum, ac singulare *Musei Victorii* cum Historia Sanctorum VII. Dormientium . XI. 3. Constat ex sulphure . 5. Describitur . 6. & seqq. Ethnici imagines secum deferebant, quibus auspicia felicitatis captabant . 19. Animæ immortalitatem negabant, non tamen omnes . 39. 40. Sepulcrum DOMINI AETERNAM dicebant . 40. & seqq. Divitias in illis abscondere consueverant . 41. Eva cum Adamo in antiqua gemma . v. VIII. Eusebius, Gallicanus . 15. Pamphilus . x. Experientia rerum magistra . xv.

## F

**F** Vitiatum in antiquo marmore . 42. Fabrettus, Raphaël . 15. 34. 35. 36. 41. Notatus . 42. Laudatur . 43. 49. & alibi . S. Felix Nolanus . 8. Confessor dictus, atque etiam Martyr . 25. 26. Festum Assumptionis in Cælum Beatæ Mariæ Virginis summa devotione colendum . 32. Non eadem die assumpta

in Cælum, qua occubuit . 32. In Opere Venerabilis Servi Dei Josephi Mariæ Thomasi S. R. E. Cardinalis, cui titulus: *Codices Sacramentorum non-gentis annis vetustiores &c.* Lib. III. pag. 290. legitur in Missali Gothico. *Missæ in Assumptione Sanctæ Mariæ Matris Domini.*

Flectuvodius, Guilelmus, de ævo veterum inscriptionum nihil certi profecti posse putat . 69. Florentiæ nuncia literariorum rerum, eduntur per singulas hebdomadas . 2. Florenus aureus antiquus commentarius illustratus . 17. Frigidum arte Medicinæ calido moderatur . 26.

## G

**G** Allonius, Antonius . 6. 14. Gemma vetusta cum Historia Sanctorum VII: Dormientium, quo ævo calata creditur . 69. 72. Gemmæ anulares antiquæ *Musei Victorii* faustis adclamationibus insignitæ, & in hoc Opere adlatæ . xxII. Gemma a natura lucem quamdam accipiunt, ab arte mire perficiuntur . xxI. Fictitiæ difficile distinguuntur a veris . 16. *Vide* Pastæ antiquæ . Genevæ nuncia rerum literariorum emanant . 2. Gypsum ad Ectypa e gemmis excipienda, qua ratione adhibeatur . 3. 4. Gorius, Antonius Franciscus . 16. 38. 56. 70. Goræus, Abrahamus . 16. Gregorius Turonensis scribit Acta Sanctorum Septem Dormientium Ephesiorum . VII. 12. & alibi. Historiam Francorum . 59. Floruit Sæculo Sexto . 59. Notatus, *ibidem* . Gregorius, Nazianzennus . 12. Gronovius, Jacobus . 16. Gruterus, Janus . 33. 41. Guilelmus Rex Navarraeorum . 8.

## H

**H**æresis Nestorii vigebat Sæculo quinto . 59.

**H**AVE adclamatio veterum in aliquibus gemmis *Musei Victorii* . xxii.

Hedera a non nullis creditur, quæ Jonam ab æstu protegebat . 53. & seqq.

Herculis mors in vetusto lapide *Musei Victorii* memorata . 47.

Herodes, filius Attici Atheniensis, valde dives . 65.

Hiccius, Georgius . 71.

Historia Sanctorum Septem Dormientium . vi . 2. & seqq.

Homines ad honestatem, gravitatem, severitatemque formati . 22.

Humilitas superbiam sanat . 26.

## I

**J**acobus Sarugensis Actorum antiquiorum Sanctorum Septem Dormientium Auctor . vii . notatus . 9.

Imagines hominum, non nisi clarorum, exprimebant veteres . 22. Et quidem ad virtutem animorum excitandam .

*Ibidem* . In atriis ædium collocabantur . 22. Vitiosæ, damnatæ . *Ibidem* .

Imago Mortis, Somnus . 44. & seqq.

Imago Noctis in gemma . 51. 52.

Imago Martyris viri functi . 36. Illius spiritus expressus figura pueri alati in antiquo monumento . 36. 37.

Inscriptiones antiquæ in hoc Opere vulgatæ . 47. 48. Emendatiores . 42.

Instrumenta supplicii reperta aliquando in tumulis SS. Martyrum in ipsis Cœmeteriis prope Urbem . 14. 15. Publicæ venerationi proposita . 15. Reperta quoque in tumulis SS. Confess. *Ibidem* .

S. JOANNES unus ex Septem Dormientibus Ephesinis . 7. 75. 78.

Joannis Stauracii Oratio de miraculis Sancti Demetrii, fortasse inedita . 21.

De ea mentionem facit Lambecius in Bibliotheca Cæsareæ . *Ibidem* . Sed me-

minit quoque Daniel de Nessel in Catalogo, sive speciali recensione omnium Codicum manu scriptorum Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, edit. in folio Vindobonæ, & Norimbergæ. Anno M. DC. XC. Vide in Codice notato cclxxxiv. num. septimo pag. 390. De eodem S. Demetrio agit quoque in Codice cxxiii. num. 34. pag. 205.

Jonas dormiens sub umbra Cucurbitæ, in antiqua lucerna fictili expressus . 53.

In antiquo vitro . 55. In aliis quoque veteribus monumentis . 54. Mœrore oppressus dormit . 53. Quare dolore, sive tristitia premeretur . 57.

S. Isidorus Hispalensis Episcopus . 19. 24. 26. 30. 35. 52. 68.

Italia barbaras gentes edocuit, nullo modo secus accedit . 72.

Jupiter semper vigilans . 51. Rector noctis & diei . *Ibidem* . Hoc typo exprimitur in gemma . 51. Cum fulmine . 51. 52. Aliquando inermis fuit . 52.

## K

**K**ircherianum Museum . 8. 84.

## L

**L**actantius, Firmianus . 29. 52.

Lambecius, Petrus . 21.

Lampades vetusto ritu in Ædibus sacris accensæ . 36.

Lapides antiqui . *Vide* Inscriptiones antiquæ .

Lazarus a Jesu Christo suscitatur a morte . 30. 31. Sæpe in vetustis Cœmeteriis, aliisque monumentis expressus . 30.

Quid vellent hoc emblemate demonstrare . 31.

Leibnitz, Godefridus, experimento facto, sanguinem hominis reperit in Vasculis vitreis ad oculos Martyrum re-

pertis in Cœmeteriis prope Urbem . 36. De eodem experimento mentio est

L 2 apud

apud Alexandrum Plovvierium in *Apocriſis* in Epistolam Eusebii Romani ad Theophilum Gallum *de Cultu Sanctorum ignotorum* pag. 33. §. v. Edit. Rom. in (8). An. 1700.

Lepcis magna, modo *Tripolis Barbarorum*. xlii.

Litanæ, Majores, Minores. 25.

Literæ infrequentiores in vetusto lapide *Musei Victorii*. 42.

Lyræ symbolum apud veteres Christianos. x.

Londini nuncia rerum literariarum produnt. 2.

Lorica ex corio, lino, atque ære. 17. 18.

Porro vario structuræ genere Lorica constabant. Videndus Justus Lipsius [*de Militia Romana Lib. 11. Dialogo vi.*] Fabrettus in Syntagmate de Columna Trajani Capite iv. & item Cap. vii. Stevvechius in Vegetio, & alii.

Ab antiqua, ac parvula ex ære lamina, quam vidimus olim apud V. cl. Dominicum Vallarsium Presbyterum Veronensem, heic Romæ descripsimus ineditam adhuc inscriptionem, quæ sequitur.

O R T H R I  
A V G . L . P R O C  
A . L O R I C A T A

Aliam huic simillimam, pariter ex ære, sed rotundæ formæ nuper vidimus forte fortuna advenientes Museum Kircherianum, eamque ibidem describendam perhumaniter concessit P. Contucius Contucci Musei custos, & ita se habet.

H E C H I  
A V G . L . P R O  
A . L O R I C A T A  
E X . R A T I O N E  
P E C V L I A  
R I

In utriusque superiori parte expressa est corona vittis expansis, & in ima parte duplex palmæ ramus.

Putamus hos Augusti libertos A. LORICATA, fuisse Procuratores ejusdem A. LORICATA. VESTE; ita ut ad bellum profecturo *Loricam* ministrarent, & eam custodire tenerentur pacis tempore. Fortasse idem officium gerebat ALCI-MVS Neronis fervus A. VESTE. CASTRENSI, memoratus a Fabretto in antiquo lapide Cap. iv. pag. 317. n. 409. Aliarum vestium Procuratores, seu Custodes, vel Præpositos ex antiquis titulis edidit Gruterus, & eos recenset Gorius in Columbario, pag. 134. & 135. nempe A. VESTE PRIVATA, MATVTINA, REGIA, VENATORIA. SCAENICA, GLADIATORIA: Item TRIVMPHALLI, cujus antiquum lapidem testem olim descripsimus, & ad eumdem misimus ut ederetur, quem etiam edidit loco citato.

Alia quoque interpretatio horum Procuratorum officio tribui posset; quum de *Statua Loricata* Caesaris Dictatoris in foro posita mentio exstet apud Plinium [*Hist. Nat. Lib. xxxi v. Cap. v.*]. *Togata effigie*, inquit ille, *antiquius Statuæ dicantur. Placere & nudæ tenentes hastam ab Ephæborum gymniciis exemplaribus, quas Achilleas vocant. Græca res est nihil velare. At contra Romana, ac Militaris, thoracis addere. Caesar quidem Dictatur LORICATAM sibi dicari in foro passus est &c.* Itaque Procuratores ad illam Statuam custodiendam fortasse destinati erant ab Augusto. Plane AGRYPNVS, Caesaris Augusti. A. STATVIS dicitur in vetusto marmore Columbarii pag. 157. & SYNEROS Tyberii AD. IMAGINES pag. 158.

Igitur sive ad *Loricatam vestem*, sive ad *Statuam* Caesaris *Loricatam* custodiendam adhibiti erant hi duo Libertij; & quidem HECHVS, ut mihi videtur, ex privilegio singulari.

Ludovicus XV. Francorum Rex. 48.

Lupi, Antonius Maria. 34.

Lutum Sapientie ignem diu perfert sine damno. xvii. Quomodo conficiendū. *Ib.* Masc.

## M

**M** Affejus, Scipio . 70. 72.  
 S. MAICHVS . unus ex Septem Dormientibus Ephesinis . 7. 75. 78. Filius Rufi ex Optimatibus Ephesinorum . 61.  
 Manus multarum artium ministræ . 22.  
 Marbodæus, antiquus Poëta . 16.  
 Maria Carlotta Lenzfinkéi, Regina Francorum . 48.  
 Martene, Edmundus . 35.  
 S. MARTINIANS . unus ex Septem Dormientibus Ephesinis . 7. 75. 78.  
 Martyres, qui dicantur? 24. 25. In tres classes distributi . 27. Bis Martyres aliquos nuncupatos invenimus . 26. Nonnullos Triplicatos . *Ibidem*. Eorum intercessio apud Deum . 74. 77. 78.  
 S. MAXIMIANVS . unus ex Septem Dormientibus Ephesinis . 6. 75. 78.  
 Maximianus Imperator in Christianos defævit . 20.  
 Medicina contrariis aliquando curare solet . 26.  
 Menologium Græcorum, jussu Basilii Imperatoris editum . 11. 20. 72.  
 Mercurialis, Hieronymus . 57.  
 Missa, quare ita dicta? 35.  
 Mæror plerumque somnum perturbat . 57. 58. Gravissimus comparat . 57.  
 Monachorum veterum occupatio . 77.  
 Monetæ eudendæ ratio apud veteres . 61.  
 Monogramma Christi nomen referens . x1. 18. 42. Alio quoque mysterio insignitur . 18. Arcanum explicatur exemplis sacræ vetustatis . *Ibidem* . Hoc Monogramma, sed decusata Christi Cruce, adpositisque utrimque literis A. & Ω. Spectatur in averfa parte cusi numismatis ærei, ac dicati memoriæ clarissimi Viri Antonii Augustinii Archiepiscopi Tarracensis, olim Ilerdensis Episcopi : & hoc est lemma, quod legitur circa Monogramma . FNΩΘI CAYTON KAI ΘEON . hoc est . NOSCE TE IP. SVM ET DEVM . Circa imaginem

vero, adeo affabre elaboratam, ut plane nihil supra desiderandum . ANT ATTOYCTIN EPICK IAEPA . Scilicet ANTONIVS AVGVSTIANVS EPISCOPVS ILERDENSIS . Numisma elegantissimum, & adhuc ab omni labe immune servatur in Museo Victorio . De eodem hoc loci utquumque meminimus, quod eruditus notum non sit .  
 Monogrammatum usus vetustissimus . 70.  
 Mors Dormitio dicitur in Scriptura Sacra . 29. 30. Heinc mortui Dormientes dicti . 29. Eadem est migratio quedam, commutatioque vitæ . 40. Infirmetas, & necessitas humanæ conditionis . 46. Apud Ethnicos Noctis filia dicebatur . 44. Item Somni soror . 44. 45. Nigras illi tribuebant alas . 49. 50.  
 Mosis orandi consuetudo a Deo insigni miraculo adprobata . 37.  
 Mumia Ægyptiorum cadavera aromatibus condita . 31. Nostra ætate in variis locis adservata . *Ibidem* .  
 Muratori, Ludovicus Antonius . 71.  
 Museum Carpineum . 42. 49. 55. Kircherianum . 8. Odam . *Vide* litera O. in hoc Indice . Strozium . 8. V. Strozium Museum . Victorium . V. Victorium Museum .  
 Musiva opera vetustioris ævi . 70. Aliquando deleta . x11.  
 Mulivarii, hoc ævo insigniores . *Vide* Artifices &c.

## N

**N** Aufragium metuebant Stoici . 40. Quare metuerent . *Ibidem* .  
 Nervæ Imperatoris responsum ad Atticum Herodis Atheniensis patrem . 65.  
 Nestorii hæresis nefanda . 59.  
 Nimbus circa caput, insigne venerationis, & majestatis, quæ humanam exsuperat . 6. Rotundus circa Sanctorum Septem Dormientium imagines . 6. 10. In aliis veterum Christianorum monumentis . 17. 23. 36.

- Noctis imago apud Pausaniam . 45. In antiqua lucerna. *Ibidem* . Mater Mortis , & Somni apud Ethnicos. 44.
- NVLIVS IMMORTALIS . Elegans sententia in aliquibus vetustis lapidibus . 47. 48. 49.
- Nummi Decii ævo cusi , & ejus nomine signati. 61. 65.
- Nummus æreus Veterum Christianorum editus ex *Musæo Victorio* . x1. 6. 18. 54.
- Nuncia rerum literariorum in variis locis nostra ætate eduntur : 2.

## O

- O**bitus Beatæ Mariæ Virginis , *Dormitio* dicitur . 32.
- Ocularis , sive conspicio utendum in confectioe vitreorum Emblematum . xx.
- Odam Hieronymus Eques . 19. 40. Laudatur . 56. Contigit autem , dum hæc prælo committerentur ( diutius , quam oportebat expectantibus nobis hujus novæ Typographiæ commoditatem ) , amici Viri mors , defuncti Kalendis Martiis Anno MDCCLXI. neque apicem tollere de hoc scripto volentes , heic jacturam illius lugendam proponimus . Etenim , pene dixerim , nulla veteris elegantiæ pars illum latebat , qui Scientiarum quoque omnium fuit appetentior , & abdita perferutari curiose , neque sine fructu tentavit . Sane Mathematicas disciplinas , & in his potissime Opticam , & mechanicas exercitationes , quæ ab illo fonte manarunt , tractare familiare habuit , scivitque cum fundamento earundem rerum originem , & quadam occulta narrare , atque agere , artis peritioribus plerumque singularia . Picturam , Architecturam , Cælaturam , genio suo indulgens coluit . Itaque non nullas amicorum suorum imagines pinxit , potissime solidis coloribus , qui apud nos Italiæ incolæ dicuntur *pastelli* , & alia pariter solutis oleo colo-

ribus , ut mos est ceteris . Ædificia suis inventis exornavit . Tabulas areas cælavit . Poësim amavit quamplurimum , & inter Arcades DORINDVS NONACRINVS nuncupatus fuit . De eodem adhuc vivo non nulla diximus in hac Dissertatione Capite XV. atque etiam alibi . Plura tamen dicenda essent , sed non exponenda compendio . Verum ut amici Viri memoria perennet , accepta ejus imagine ab Eq. Petro Leone Ghezio , Viri pictura insigni , atque amico nostro . De numismate cogitavimus , hoc lemmate adposito circa imaginem . HIERON . ODAM . ROM . EQ . ORD . CONSTANTIN . adjecto in aduersa partis area , circa Minervæ signum emblemate . MILLE . DEA . EST . OPERVM . Sumto eodem ab Ovidii Libro III. Fastorum : Ubi de ipsa Minerva inquit Poëta .

*Mille Dea est operum . Certe Dea carminis illa est .*

*Si mereor studii adstet amica meis .*

- S. ONESIMVS . Martyr . 47. 48. Corpus ejusdem una cum antiquo lapide , & Vase sanguinis dono datum Petro Cardinali Ottobono . 48. Ab eodem Regniæ Francorum exhibitum . *Ibidem* . Notandus in lapide Palmæ ramus . 48.
- Orpheus in antiqua gemma sculptus . xx1 . Typus Jesu Christi apud veteres fideles . x . Fortasse ab eisdem Christu fidelibus insculptus . *Ibidem* .
- OSTRANI , Populi in vetusta ænea Tabula *Musæi Victorii* memorati . v .
- Ottobonus , Petrus Cardinalis . 48.
- Oves in antiqua gemma , una cum Pastore evangelico . 1x . 1 .
- Ovidius Poëta clarissimus , & Philosophus Stoicorum sectator . 40 .

## P

- P**alma , & Corona Martyrii symbola . x1 .
- Papaver Somno ab Ethnicis dicatus . x1 .
- Papyracea Volumina sunt maxime vetustatis .

- statis. 70. Rarioſa, quæ lineis longio-  
ribus ſcripta ſunt. *Ibidem*. Duo ex his  
exſtant Romæ in *Muſeo Viſtorio*. 70.
- Parifiis nuncia rerum literariarum emittuntur. 2.
- Paſta antiquæ reſerta in Anulis &c. *Vi-  
de Anuli veteres &c*. Noſtro ævo imi-  
tatione mirabili perficiuntur. x11. 16.
- Quomodo perficiantur. x11. x111. &  
ſeqq. Opacæ, item translucidæ. x11.
- Paſtor Bonus in antiqua gemma. 1x. 1.  
Typus Jeſu Chriſti. 1x.
- S. Paullinus Nolanus Epicoſopus. 8. 25. 26.
- Paufatio pro obitu in vetuſtis monimen-  
tis. 33.
- Peccata contrariis virtutibus curan-  
tur. 26.
- Phœbus dici ſymbolum. 51. 52. *V. Sol*.
- Pictura vitium, ſive deformitates expri-  
mens damnata. 22. Illud autem, quod  
de vitioſa pictura diximus, de ſermo-  
ne quoque prolato, ac etiam de nutu  
oris, oculorum, capitis, atque hu-  
meri alterius, digitorumque, ad ir-  
ridendos homines quoquo modo extra  
ordinem urbanitatis excitato, intelli-  
gendum eſt: Omnis enim huiuſmodi  
actio pictura eſt, hominem cum vitio  
repræſentans. *Pictura autem*, ut in-  
quit Iſidorus ( *Orig. Lib. x1x. Capi-  
te xv1.* ), eſt imago exprimens ſpeciem  
alicujus rei, quæ dum viſa fuerit ad  
recordationem mentem reducit.
- Pignorius, Laurentius. 6. 51.
- Piſcis in antiqua gemma veterum Chri-  
ſtianorum inſculptus cum aliis ſymbo-  
lis. 1x. 1.
- Plebs Romæ utebatur in anulis, gem-  
mis fictitiis 16. Idem & alios majoris  
Ordinis pro lubito feciſſe putandum.  
*Ibidem*. Noſtra ætate ille idem mos re-  
novatus eſt. 16.
- Plinius junior. xx11. xx1v. Senior. 22.  
57. Dicitur illius inſigne circa ſom-  
num. 45. Aliquid ſimile dixit Ariſto-  
teles de felicitate, atque infelicitate  
hominis. *Vide Ethic. Libro 1. pag. 66*.  
Edit. *Petri Viſtorii* in fol.
- Plumbeis Voluminibus ſcribebantur olim  
publica monumenta. 67. 76. Boldettus  
quoque non nullas Tabulas plumbeas  
inſcriptas ſe aliquando reperiſſe in  
Cœmeteriis, narrat; eaſque inflexas,  
ſive contortas in modum Voluminis.  
De illis meminit Libro 1. Cap. ix. pa-  
gina 324. Tab. 11. num. 3.
- Porticus Pantheon ab Urb. VIII. Pont.  
ornamentis expoliata, converſis illis,  
in ſplendorem Vaticanæ Baſilicæ. 8.
- S. Proculus Martyr, ingentibus clavis  
transfixus. 8.
- Pythagoræ magna auctoritas. v1.

## Q

- Quæ latent nulli profunt. xx1.
- Quæ ſigna in inferiori orbiculo  
ſictilium lucernarum obſervare  
contingat. 55. Quare illa imprimeren-  
tur? *Ibidem*.
- QUIETIS MINISTRI apud veteres. 51.
- Quirinus, Angelus Maria Cardinalis  
S. R. E. Bibliothecarius. 68.

## R

- Regnum Tripolitanum ita dictum a  
Civitate illius Regni Principe. xx11.  
Renelius, Thomas. 41.
- Religio vera Chriſtianorum purgata  
omnino a gentilitate eſt. 43. 44. Ab  
infidelibus odio habita. 68.
- Reſurrectio mortuorum fidei momen-  
tis roboratur. 34. 39. Fortaſſe anula-  
ris Chriſtianorum gemma eſt, quam  
paullo ante vidimus hiſce literis ex al-  
bo ſcalptis, area nigricante. **ΦΟΥΤ-  
ΚΙΝΕ ΕΑΠΙC**. ſcilicet **FVSCHINE  
SKES**. nempe *Reſurrectionis*. Quid  
aliud enim innuit hæc gemma reper-  
ta in loculis deſunctorum?
- R. Græca litera in Monogrammate Je-  
ſu Chriſti, aliquando non caret ſin-  
gulari myſterio. 18. Illud illuſtratur  
veteribus monumentis. *Ibidem*.
- Romanorû Pontificû nummi veteres. 71.  
Ro-

Romulum vetusto, sed falso ritu, in coelo collocabant Romani. 40.  
Ruinart, Acta Martyrum. 24. 27.

## S

**S** In antiquo epitaphio, non semel vitiatum. 42.

Saducæorum hæresis circa resurrectionem carnis versabatur. 59.

Schefferus, Joannes. 45.

Scutum differt a clypeo. 17.

SENTINATES populi in antiqua, æneaque Tabula *Musei Victorii* memorati. v.

Sepulcrum, *Domum æternam* dicebant Ethnici. *Vide* DOMVS AETERNA. In sepulcris divitias reponebant. 41.

S. SERAPION. unus ex Septem Dormientibus Ephesinis. 7. 75. 78.

Sicomorus, lignum incorruptibile. 31.

Ex hoc ligno Ægyptii arcas sepeliendis cadaveribus parabant, & illas construere mos erat ex duabus arboris partibus, excavato utrimque ligno ad mensuram corporis reponendi. *Ibidem*.

Siquidem naves pariter excavato ligno fabricatas fuisse memorat Virgilius in *Georgicis* Lib. I. Vers. 262. & in *Æneide* lib. II. Vers. 190. inquit: *Hanc quoque deserimus sedem;*

*paucisque relictis*

*Vela damus, vastumque cava trabecurrimus aëquor.*

Plinius quoque *Naturalis Historiæ* Libro XVI. Cap. XL. de eadem navium specie ait: *Germaniæ prædones singulis arboribus cavatis navigant, quarum quadam, & triginta homines ferunt &c.*

SILENTIARIi ministri quietis nocturna apud veteres. 51.

SOL, sive Apollo Phœbus. 51. 52. Ab effectu vario dicitur *aureus, purpureus, igneus &c.* Vide quæ de colore per eum rebus impertito diximus in *Epist. ad Lectorem* pag. XXI. num. (1). Ait Cicero in *Somnio Scipionis* pagina 375. *Deinde subter mediam fere*

*regionem Sol obtinet Dux, & Princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio; tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret, & compleat &c.* Et *Cassiodorus, Variarum* Lib. VI. *Epist.* 18.

*Solorius, corporum colores fugata nocte detegit &c.* Prudentius Libro I. contra *Symmachum* inquit de eodem.

*Hoc Sydus, currum, rapidasque agitare quadrigas*

*Commenti, & radios capitis, & verbera dextra,*

*Et frenos, phalerasque, & equorum pectora anhela &c.*

Unico tamen versiculo Solis effectus mirabiles expressit Leo Stroza, alibi a nobis laudatus.

*Scalda, Aggiorna, Colora, Orna, e Produce.*

Ad SOMNUM, Ministri quietis apud veteres. 51.

Somnus apud Ethnicos, filius Noctis, Mortis frater. 44. Nigras habet alas.

49. Deorum placidissimus. 51. Virgam illi tribuebant. 50. Jovem aliquando sopore oppressit, ab eoque

multatus. 51. Papaver illi facer. XI.

Fere dimidiam vitæ partem aufert. 45.

Somnus profundior a laboribus sumitur. 57. Animæ ocium. *Ibidem*.

Somnus pro obitu. 32. & seqq. Somnus pacis in antiquis monumentis Christianorum. 34. 35. 38. Item in Canone

Missa. 35.

Spelunca in Judææ regione frequentes erant. 29. Veterum asyllum, seu refugium. *Ibidem*. In spelunca clausi, &

reperiti Sancti Septem Dormientes. 28. 29. 60. 65.

Spiritus defuncti Martyris tanquam puer alatus exprimitur in antiquo *Toreumate*. 36. Ethnici alis papilionum

decorabant animas. 36. Papilio plane animæ symbolum apud illos. Utrumque vero; Papilio nempe, atque Anima,

Λύχην dicebatur. Sed plura apud Bonarrothum in *Observationibus* ad vi-

treorum vasculorum fragmenta, p. 196.

Sp-



Sponius, Jacobus . 32. 33. 68.  
 Stoicorum opinio de Anima . 40. Nau-  
 fragium timebant. *Ibidem*.  
 Strozium Museum . 8. Leo Præful erudi-  
 tus . *Ibidem*. Vide in hoc Indice *Ety-  
 pa* . Vide *Sol* .  
 Sulphure , ad ætropa conficienda , quo-  
 modo utendum . 3. 4.  
 Superbia sanatur humilitate . 26.

## T

**T**Abula marmorea *Musei Victorii*  
 insculpta græce , ac latine , cate-  
 nulis olim adpenfa . 47.  
 Tabulæ æreæ singulares *Musei Victorii*.  
 v. Ab aliis editæ . vi. A nobis in Præ-  
 fatione ad Dissertationem Glyptogra-  
 phicam , & iterum in folio majori . vi.  
 Tabulæ plumbeæ inscriptæ , repertæ in  
 spelunca Sanctorum Septem Dormien-  
 tium . 67. 76. Scriptæ Decii avo. *Ibi-  
 dem* . Qui scripserint illas . 67. In his  
 scribebantur publica monumenta. *Ibid.*  
 V. supra litera P. *Plumbea Volumina*.  
 Terra Tripolitana , levior ceteris . xiv.  
 Thebanorum Lex de abusu picturæ . 22.  
 Theodosiani hæretici , a quo ita nuncu-  
 pati . 53.  
 Theodosius Imperator , ut in Actis legi-  
 tur , Ephesum proficiscitur Sanctos  
 Septem Dormientes visurus . 63. Ta-  
 bulas plumbeas repertas ubi manebant  
 iidem Sancti , legit . 67. Basilicam in  
 honorem illorum ædificat ; Item Xe-  
 nodochium . 68. 69. Item aureas arcas  
 ad condendas eorundem reliquias . 68.  
 77. Floruit Sæculo quinto . 59. Eodem  
 imperante Codex Theodosianus ema-  
 nat . 63.  
 Thesaurus quid sit ? 62. Est primi occu-  
 pantis . 62. 65. Repertus ab Attico  
 Herodis Atheniensis patre . 65.  
 Thessalonica Proconsule regebatur . 20.  
 Tibullus antiquus Poëta pristinae lectioni  
 restitutus . 49.  
 Tripolis Barbarorum , alio vocabulo ab  
 antiquioribus nuncupata . xiii.

## V

**V**asa Aromataria , & Spargyrico-  
 rum ad ficticias gemmas parandas  
 accommoda . xvii. Vas in hoc Opere  
 propositum ab illis diversum . xvi.  
 Quomodo conficiendum ut diutius  
 consistat ? xvii.  
 Vas sanguinis Martyrum tumulis adposi-  
 tum . 35. 36. Experimento Viri etero-  
 doxi , verus hominis sanguis adgno-  
 scitur in eisdem vasculis . 36. *Vide* su-  
 pra Leibnitz .  
 Vaticana Basilica musivis operibus re-  
 center ornata . xii. Ab Urbano VIII.  
 æneis ornamentis decorata . 8.  
 Venetiis nuncia rerum literariorum per  
 singulas hebdomadas vulgantar . 2.  
 Victorium Museum . v. viii. & seqq.  
 xxi. xxiii. 16. 19. 30. 35. 36. 42.  
 43. 46. 47. 53. 55. 64. 70. 71.  
 Victorius , Petrus collatis veteribus Co-  
 dicibus , Ciceronis Opera emendat,  
 atque edit nitidissime . viii. Varias  
 lectiones ad oras librorum manu sua  
 notare consuevit . 49. Tibullum plu-  
 ribus locis restituit. *Ibidem* . Biblio-  
 thecæ suæ Codices , & Libros editos  
 nomine suo signabat ; sibi que & ami-  
 cis suis communes esse , in illis scribe-  
 bat . 49. Eisdem Diploma papyra-  
 ceum vetustissimum . 70.  
 Virga signum potestatis . 30. 50.  
 S. Vitalis Martyr , clavis necatus . 8.  
 Vitrea emblemata auro bracteata , quo-  
 modo conficerentur a veteribus . 55. 56  
 Ad illorum imitationem non nullos  
 cyathos apud Bohemos duplici crytallo  
 compactos nuper vidimus hæc Romæ ,  
 aurea bractea graphyō trita , variif-  
 que coloribus intermediis .  
 Vitrea hujusmodi Emblemata antiqua  
*Musei Victorii* in hac Dissertatione  
 prolata , recensita sunt , post Caput  
 Elenchum , titulo *Figuræ , & antiqua  
 monumenta* .  
 Vivas . Adclamatiōnis genus in anulo  
 æreo

90 INDEX RERUM.

æreo *Musei Victorii*. xxii.  
Urbanus VIII. Pont. Max. conflato ære  
vetsulo contignationis Porticus Pan-  
theon, ornat memoriam Principis  
Apostolorum. 8.

UTERE FELIX. Adclamatio veteribus  
frequens. xxii.

X

X Enodochium a Theodosio juniore  
excitatum in honorem Sanctorum

Septem Dormientium Ephesinorum.  
69.

Z

Z Pro litera I. in antiquo marmore  
*Musei Victorii* utrinque inscul-  
pto. Scilicet parte una Ethnicorum  
memoria; Parte altera, inscriptione  
veterum Christianorum. 42.

Z ω. Veterum adclamatio in antiqua  
gemma *Musei Victorii*. xxii.

F I N I S.

---

EXCUDEBANT ROMAE  
THOMAS ET NICOLAUS PAGLIARINI  
BIBLIOPOLAE ET TYPOGRAPHI  
AD THEATRUM POMPEII  
ANNO CIO. IO. CC. XLI. MENSE MAJO  
SEDENTE  
BENEDICTO XIV. PONT. OPT. MAX.  
ANNO I.









SPECIAL

89-B

N

12787

5337

V59

V.1

1732







THIS BOOK BELONGS TO  
ST. MARY'S COLLEGE,  
OSCOTT, BIRMINGHAM.

*Press*

*Shelf*

*Number*







11

ANIMADVERSIONES  
IN LAMELLAM AENEAM.





ANIMADVERSIONES  
IN LAMELLAM AENEAM  
VETUSTISSIMAM  
MUSEI VICTORII  
HUIUS MODULI.



ROMAE  
EX TYPOGRAPHIA ZEMPELIANA  
APUD MONTEM JORDANUM. ANNO. MD. CC. XLI.

---

SUPERIORUM FACULTATE.

Ut fatius est unum aliquid insigniter facere, quam plurima mediocriter : ita plurima mediocriter, si non possis unum aliquid insigniter.

*Plinius Epistolarum Lib. ix. Epist. xxix.*

5

ANIMADVERSIONES  
IN LAMELLAM AENEAM  
VETUSTISSIMAM  
MUSEI VICTORII.



IRARI (1) non nullos aliquando vidimus, tam multa in Urbe reperiri monumenta vetustatis; quum ea quotidie tum extranei homines, tum aliqui cives, & indigenæ sibi comparare studeant, ac potissime anaglypha, gemmas exscalptas, & numismata, atque hujusmodi *κεμήλια*, ac res admodum parvas, quæ commode transferri possunt

(1) Litera M. a qua sumunt initium atque ornamentum nostræ Animadversiones, ex antiqua gemma signatoria *Musei Victorii*, MINERVAM exprimit, hastatam, clypeatam, galeatam Etruscorum more; soleatam quoque, sive calceatam: & eo gestu corporis, quo aliquem vulnerare possit. Vestis est omnino singularis; non enim excedit cruris medium, brevibus manicis, stricisque supra cubitum, strophio revincta ad lumbos, & post pectus. Ab ea pender lata, atque ampla chlamys, quæ simbriata est ad limbum extremum. Utrisque vero in area gemmæ serpentes prominent, duo ad sinistram spatiantes, ad dexteram duo: non enim ægide munita est & capite gorgonis ad pectus. Nullum MINERVAE simulacrum vidisse memini in Museo Etrusco ita delineatum: nullum apud Dempsterum in Etruria Regali,

neque apud alios, qui de Diis, & rebus Etruscorum scripserunt. Gemma, Achaetes varius est, anularis formæ; ejusque magnitudinem indicat lineola, quæ subiecta est schemati.

Literæ hisee cælaturis ornatae, vulgo a Typographis nuncupantur MINIATURE, quam vocabuli significationem non exposuit Philippus Balducci in suo *Vocabulario Toscano dell'Arte del Disegno*; neque expressa ea est in magno Opere, quod dicitur *Il Vocabolario degli Accademici della Crusca*. Dubitari tamen non potest illam vocem ab antiquis Codicibus accepisse nomenclaturam, in quibus plerumque literæ Majores, Librorum, & quandoque Capiteum initia; tum auro argentoque; tum etiam variis coloribus, puta cæruleo, viridi, nigro, violaceo, minio quoque depingebantur; earum enim locum occupaverunt.

possunt de loco ad locum; Sed mirari profecto definent si cogitaverint illa eadem monimenta, elapso aliquot annorum curriculo, non numquam in Urbem reverti (1), quæ iterum curiosis emtoribus facile offeruntur. Itaque Historia Sanctorum Septem Dormientium nuperrime a nobis edita (2) ex Ectypis *Musei Victorii* expressa, & veteribus monumentis sacris, profanisque illustrata, inopinato factum est, ut hisce diebus ænea Lamina, antiqua inscriptione insignis, in idem Museum inferretur (3), quæ superioribus annis Veronam delata fuerat, unde Romam iterum advecta est a negociatoribus rerum antiquarum. Eamdem sane cum non nullis observationibus heic recudendis, tum iis ipsis, tum etiam partim mutatis, auctisque, in Tabula indice illius Operis vulgavimus (4), ubi indicati sunt loci, in quibus de variis Loricarum speciebus sermo noster versabatur. Porro ORTHRI AVGVSTI Liberti

PROCURA-

(1) Causas regressus non vacat exponere, quum multæ in mentem subeant; sive enim per obitum primi emtoris contingat; sive quod alteri dono dederit; sive permutare voluerit cum aliis rebus sibi magis utilibus; sive etiam aliis de causis. Sed eas præstat omittere, quia facillime notæ esse possunt.

(2) ROMÆ EX TYPOGRAPHIO PAGLIARINIANO. Hoc eodem ANNO. MD. CC. XLI. MENSE MAIO. Sed illa Typographia modo non utimur, quod caractere, qui vulgo dicitur *Soprasilvio* uti velimus: Audivimus enim probari valde *Commentarium in Nummum Æreum Veterum Christianorum Musei Victorii, & Dissertationem*

*Glyptographicam*, quam vulgavimus *Typis Zempelianis*: quum Animadversiones, & notæ ad calcem paginarum adjunctæ, mirifice cohærent, atque apte sociari videantur illi characterum formæ. Igitur ad Joannem Zempelium redeuntes, duximus necessario hæc præfari,

[3] Nempe Idibus Octobris.

(4) Heic monitos illos volumus, qui nostras qualescumque lucubrationes legere non dedignantur, velint etiam percurrere tabulas rerum indices, quas elucubrare solemus: etenim ea, quæ alii tanquam addenda imprimunt post opus, atque ante indicem, nobis in ipso indice rerum, brevitatis causa, placet adtexere.

IN LAMELLAM AENEAM.

7

PROCURATORIS A' LORICATA memoriam prodit hæc Lamina vetustissima, quam ab ipso exemplari formatam diligenter curavimus incidendam, & modo in fronte harum Animadversionum, qualis ea est, in gratiam eruditorum Virorum exponimus contemplandam.

Aliam quoque huic simillimam, pariter ex ære, sed diversæ formæ, atque ibidem editam fuffis characteribus, incidi fecimus, quæ servatur in Museo Kircheriano (1), ut iidem eruditi Viri de utroque Monimento facilius iudicium constituent, dum sibi videntur illa eadem Monimenta fidelibus subjecta oculis pertractare.



In utriusque superiori parte, ut adposita suis locis ostendunt schediasmata, expressa est corona vitis expansis, & in ima parte duplex palmæ ramus.

Putan-

(1) Eandem lamellam iterum describendam ad prototypi magnitudinem perhumaniter concessit P. Contucius Contucci, Patria Politianus, Musei custos.

Putandum fortasse est hos Augusti Libertos A' LORICATA nuncupatos, fuisse Procuratores ejusdem A LORICATA VESTE: ita ut ad bellum profecturo; sive etiam gerenti bellum Augusto Cæsari, LORICAM ministrarent, & eam Jano clauso custodire tenerentur, atque ab ærugine, ac tabibus fervare inlæsam. Illud idem officium, ni fallimur, gerebat ALCIMVS Neronis fervus A VESTE CASTRENSI, memoratus a Fabretto in vetusto lapide (1). Aliarum vestium Procuratores, seu Custodes, vel Præpositos, ex antiquis titulis edidit Janus Gruterus in Thesauro antiquarum Inscriptionum, & eos recenset clarus Gorius in Columbario, sive Sepulcro Libertorum, & Servorum Livix Augustæ, & Cæsarum (2), nempe A VESTE PRIVATA, MATVTINA, REGIA, VENATORIA, SCAENICA, GLADIATORIA: Item TRIVMPHALI, cujus antiquum lapidem testem olim descripsimus in atrio Basilicæ a Sancto Callisto Papa in Urbe exstructæ, quæ vulgo dicitur Sanctæ Mariæ Trans-Tiberim, & ad eundem Gorium misimus ut publici juris faceret, quem etiam edidit loco citato.

Neque enim velim horum Procuratorum officium A' LORICATA aliquis interpretetur A LORICATA

MANV

[1] *Inscriptionum Antiquarum*. Cap. IV. pag. 317. num. 409.

(2) Pag. 134. & pag. 135. Edit. Florentinæ in folio. MD. CC. XXVII. Hanc editionem lubet recensere: etenim illud Opus iterum recusum fuit Venetiis

in fol. An. M. DCC. XXXVII. in Utriusque Thesauri Antiquitatum, Romanarum, Græcarumque, Joannis Georgii Grævii, & Jacobi Gronovii, novis supplementis congestis ab Joanne Polæno. Volumine III. Vide Column. 145. & 146.

MANV . Tamquam scilicet ORTHRVS , ET HECHVS . Procuratores exstiterint ALAE MILITVM LORICATORVM . Adhuc enim in re antiquaria , desideraretur exemplum , tum vetustorum lapidum ; tum etiam Scriptorum probatæ fidei , atque integritatis , quorum auctoritati hæc conjectura , atque arida interpretatio inniteretur , quam ( ut verum ingenue fateamur ) , solummodo ad exercendum ingenium excogitavimus .

Constabant vero LORICAE , aliæ quidem ex ære (1) : ex cornu aliæ (2) : aliæ ex corio (3) , atque lino , qualem profecto ex Homero memorat Plinius (4) apud Trojanos usurpatam , & qualem Amasis Ægyptiorum Rex miserat Lacedæmoniis ; ac similem Minervæ in Lindo idem Rex dedicaverat , ut narrat Herodotus Halicarnasseus (5) . Sed de his omnibus LORICAE constructæ modis , postquam multos antiquiores Græcos , & Latinos , viden-

B dus

(1) Res est notissima , & fere sexcentis Scriptoribus facile demonstranda . Goliath LORICA , ut legitur *Regum Lib. I. Cap. XVII. v. 5. QVINQUE MILLIA SICLORUM AERIS ERAT .*

(2) Inquit Ammianus Marcellinus *Rerum gestarum Lib. XVII. Cap. XII. Augusto inter hæc quiescenti per hyemem apud Sirmium , indicabant nuntii graves , & crebri , permixtos Sarmatas , & Quados , vicinitate & similitudine morum armaturæque concordes , Pannonias Massarumque alteram cuneis incurfare dispersis . Quibus ad latrocinia magis , quam aperto habitibus Marti , haste sunt longiores , & LORICAE EX CORNIBVS RASIS , ET LAEVIGATIS , plumarumque specie listeis indumentis innexæ &c. .*

Vide pag. 174 . & p. 175 . Edit. in fol. Antonii Dezallier . Parisiis . M. DC. LXXXI . & lege notas subjectas ab Hadriano Vallesio , atque ad finem Voluminis , a Frederico Lindenbrogio additas , pagina 28 .

[3] Vide Servium apud Virgilium *Lib. XI. Æneid. Vers. 679. LORICA , ait ille , est proprie tegmen DE CORIO , tamquam de loro factum : quo majores uti in bello consueverant .* At Isidor. *Orig. Lib. XVIII. Cap. XIII. LORICA vocatur , eo quod loris careat &c. .*

(4) *Naturalis Historia . Lib. XIX. Cap. I. .*

[5] *In Italia , sive Lib. III. Cap. XLVII. pag. 180. Edit. Græc. Lat. in fol. Francforturti . MDCVIII. .*

us Justus Lipsius (1), Fabrettus in Syntagmate de Columna Trajani (2), Stewechius in Vegetium, atque alii.

Nos aliquando in Floreno aureo veteri illustrato, particulam testamentariam Boëmundi Principis Antiochoeni descripsimus (3) ex Codice Diplomatico Ordinis Hierosolymitani (4), quam heic pro opportunitate denuo edendam censuimus, quod de LORICA posterioris ætatis mentio in ea expressa reperiatur, quæ ita se habet. *Volo ut LORICAM MEAM, galeam meam, caligas meas ferreas, & gladium meum, scutum meum, & lanceam meam, & de meis equis meliorem: Mulam de sella mea, & mulam, quæ portat LORICAM MEAM, & omnes summarios, & pro recognitione &c. dono, & concedo &c.*

Quod autem in militia apud veteres, frequens LORICAE esset usus, recensentur potissime ab Jacobo Gutherio (5), Fabricæ LORICARIAE insigniores MANTVANA, atque AVGVSTODVNENSIS.

Metaphorice in Divinis Scripturis LORICAM IVSTITIAE (6) nos induere jubet DEVS OPTIMVS MAXIMVS, & adsimili mysterio LORICAM FIDEI, ET CHARITATIS (7); ARMA LVCIS (8), ARMA IVSTITIAE (9),

ARMA-

(1) *De Militia Romana*. Lib. III. Dialogo VI. Operum Tom. III. Edit. Plantiniana in fol.

(2) Cap. IV. & Cap. VII.

(3) Parte IV. *Observazioni al Num. xxx.* pag. 435. e 436.

[4] Numero LXXX. Boëmundus autem testamentum suum scripsit. Anno CLO. C. LXXXIII.

(5) *De Officiis Domus Augustæ*.

Lib. III. Cap. XII. pag. 515. & p. 516. Edit. Paris. in 4. M. DC. XXVIII.

(6) Epist. S. Pauli ad Ephesios. Cap. VI. Vers. 14.

(7) Eiusdem Epist. I. ad Thessalonicenses. Cap. V. Vers. 8.

(8) Eiusdem Epist. ad Romanos. Cap. XIII. Vers. 13.

(9) Ibidem Vers. 13. & Epist. II. ad Corinthios. Cap. VI. Vers. 7.



ARMATVRAM DEI (1): Operibus enim poenitentiae, quae sunt *Arma Lucis*, *Arma Iustitiae*, *Armatura Dei* &c. fortes efficimur in Fide. Porro Sanctus DOMINICVS Monachus Ordinis Sanctae Crucis Fontis Avellani in Dioecesi Eugubina, nuncupatus fuit LORICATVS dum vixit, ab aliquo poenitentiae instrumento, quo praecingebatur, LORICAE similitudinem referente. De eo mentio exstat in Martyrologio Romano ad diem pridie Idus Octobris. Vitam illius, quam primo edidit Aloysius Lipomanus Episcopus Veronensis, ac deinde Bergomensis (2), & ab eodem descripsit Frater Laurentius Surius Monachus Carthusianus (3), scripsit Sanctus Petrus Damianus (4) Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, Episcopus Ostiensis, qui Praesidis generalem munere fungebatur in eo Monasterio, ubi S. DOMINICVS vita decessit, eandemque ad modum Epistolae misit requisitus, ad Alexandrum I. Pontificem Maximum (5). Legitur integra quoque inter Opera ejusdem Sancti Cardinalis, edita studio, & labore Domni Constantini Cajetani Abbatis Con-

B 2

gregatio-

(1) Epist. S. Pauli ad Ephesios. Cap. vi. Vers. 11. & Vers. 13.

(2) *Officium Tomus Vitae Sanctorum patrum* &c. Romae apud Antonium Bladum. MDLX. in 4. pag. 264. & seqq.

(3) *De Vitae Sanctorum* &c. Tomo v. Die xiv. Octobris.

(4) Consule Bellandianos Tom. III. Februarii in Commentario praevio ad Vitam S. Petri Damiani §. III. num. 20.

pag. 411. dici enim debet *Petrus Damianus*, non *Damiani*, quemadmodum ipsi validis argumentis exponunt.

(5) Sanctus Petrus Damianus multas Epistolas dedit ad Alexandrum I. Pontificem Maximum, quae exstant Tomo I. Operum ejusdem Sancti: Verum haec Epistola, quae numero XIX. ibidem recensetur, edita est, Operum Tomo II. pag. 209. & sequentibus. Parisiis, in folio. Anno M. DC. LXXIII.

gregationis Cassinensis (1), & de ipsa Vita, Sanctoque DOMINICO LORICATO meminerunt Bollandiani in Commentario prævio ad Vitam Sancti Petri Damiani (2) ad diem xxiiii. Februarii.

Sed ut oratio nostra eo opportune redeat, unde sensim discesserat, alia etiam interpretatio horum Procuratorum officio tribui posset; quum de STATVA LORICATA Cæsaris Dictatoris IN FORO posita non nihil scripserit Plinius (3). *Togata effigie, inquit ille, antiquitus Statuæ dicabantur. Placere & nudæ tenentes hastam ab Epheborum gymniciis exemplaribus, quas Achilleas vocant. Græca res est nihil velare. At contra Romana, ac Militaris thoracis addere. Cæsar quidem Dictator LORICATAM sibi dicari IN FORO passus est &c.* De eadem STATVA LORICATA Caii Julii Cæsaris mentio quoque existat apud Plinium juniorem (4) scribentem Montano suo de Diplomate in honorem Pallantis decreto Senatus æri inciso, & ad eandem STATVAM adfixo. Sunt autem hæc quæ sequuntur ipsa ejus verba. *Quum sit utile, Principis benignitatem promptissimam ad laudem præmiæque merentium inlustrari ubique, & maxime iis locis, quibus incitari ad imitationem præpositi rerum, ejus cura possent, & Pallantis spectatissima*

(1) Consinet Vitæ Sanctorum Rodulphi Episcopi Eugubini, & DOMINICI LORICATI. Cap. VIII. agit de FERREA LORICA, qua indutus ad carnem, incedebat.

(2) *De Actis Sanctorum*, Tomo III.

Februarii. Vide prævium Commentarium §. I. num. 7. pag. 407. & §. v. num. 31. pag. 413.

[3] *Naturalis Historia*. Libro XXXIV. Cap. v.

(4) *Epistolarum*. Lib. VIII. Epist. VI.

*sima fides, atque innocentia exemplo provocare studium tam honestæ æmulationis posset, eaque IV. Kal. Februarii, quæ proxime fuissent, in amplissimo Ordine Optimus Princeps recitasset, Senatusque Consulta de his rebus facta in ære inciderentur, idque æs figeretur AD STATVAM LORICATAM DIVI IVLII. Parum visum tantorum dedecorum esse Curiam testem: Delectus est celeberrimus locus, in quo legenda præsentibus, legenda futuris proderentur. Placuit ære signari &c.* Aliquid etiam anteaetate sæculo de ipsa STATVA dixit, sed obiter Edmundus Figrelus singulari Libro de Statuis illustrium Romanorum (1), talemque in Augusti nummo spectari monet apud Hubertum Golzium (2). Erant vero STATVAE LORICATAE pectore tantum munitæ, ut inquit idem Figrelus (3). Plane LORICAE tantum pectora tegebant, ait laudatus Gutherius (4): nam tergo nullus erat metus. Itaque Procuratores ad illam STATVAM LORICATAM custodiendam forsitan destinati erant ab Augusto ORTHRVS, & HECHVS in duabus æneis Lamellis Victoriana, & Kir-

[1] Capite XXI.

(2) In Augusto. Pag. xxxvi. num. 23. De Manilio Prænestinorum militum Præfetto ad Casilinum STATVA LORICATA donato, Præneste IN FORO, illustrem memoriam illius ætatis, sed in ævum duraturam, eleganter scripsit Livius *Romanarum Historiarum*. Decade III. Lib. III. Cap. XIV.

(3) Pag. 180. Ita scribit M. Terentius Varro Lib. IV. *De Lingua Latina*. Cap. XXIV. LORICA a *loreis*, quod de corio crudo PECTORALIA faciebant.

(4) *De Officiis Domus Augustæ*. Lib. III.

Cap. XII. pag. 516. Sed contra Virgilius *Aneid.* Lib. XII. Vers. 87. & seq. de Turno ait:

*Ipse deheinc auro squallentem, alboque orichalco.*

CIRCUMDAT LORICAM HUMERIS &c.

Et paullo post in eodem Lib. Vers. 430. & seqq. *Aeneam* armis instructum sic describit.

*Ille avidus pugnae suras incluserat auro  
Heinc atque heinc, oditque moras ba-  
stamque coruscat.*

*Postquam habitis lateri clypeus, LORI-  
CAQUE TERGO EST &c.*

& Kircheriana memorati . Sane AGRYPNVS , Cæsaris Augusti A STATVIS dicitur in vetusto marmore Columbarii (1) , & SYNEROS (2) Tyberii ad IMAGINES .

Verum STATVAM Divi Julii IN ejus FORO positam , EQVESTREM fuisse demonstrat Onuphrius Panvinius in antiquæ Urbis imagine (3) , & IN ipso FORO Cæsaris , duo Signa Veneris existisse inquit : Alterum LORICATVM , alterum factum ab Arcefilao (4) .

Ad fulciendam tamen istam secundam opinionem aliud succurrit argumentum (5) : etenim ARAM . GENTIS . IVLIAE . IN . CAPITOLIO . publica monumenta æreis Tabulis consignata , de more olim adfixa fuisse , testimonio esse poterunt æneæ Tabulæ datæ VETERANIS . QVI . Imperatore Cæsare Vespasiano MILITAVERVNT . IN . CLASSE . RAVENATE . SVB . SEX . LVCILIO . BASSO (6) , & item aliæ , quæ honestam missionem referunt, datam ab Imperatore Ser. Sulpicio Galba VETERANIS . QVI . MILITAVERVNT . IN .

## LEGIONE

(1) Pag. 157. Num. cxxv. citatæ editionis . In novis supplementis Antiquitatum Romanarum , & Græcarum . Volumine III. Columna 177. & seqq. Vide item Blanchinium Libro, cui titulus. *Camera, ed Inscrizioni Sepulcrali de' Liberti, Servi, ed Ufficiali della Casa di Augusto*, pag. 54. num. 150.

(2) Pag. 158. Num. cxxvii. In novis Supplementis mox citatis, Columna 179. & seqq. Vide quoque Blanchinium Libro memorato . pag. 23. num. 32.

(3) *Urbis Roma &c.* Ibi Reg. viii. p. 184.

(4) Ibid. in eadem Regione viii. p. 186.

[5] Inquit Cicero Libro iv. *de Finibus*, pag. 106. *Quæ sunt igitur communia nobis cum antiquis, his se utamur, quasi concessis: quæ in controversiam veniunt, de his si placet, differamus.*

(6) Ad Jani Gruteri *Theaurum Antiquarum Inscriptionum*. Pag. DLXXIII. num. 1.

Æneæ Tabellæ figebantur pariter IN MVRO . POST . TEMPLVM . DIVI . AVG . AD . MINERVAM . ut semel atque iterum occurrit apud eundem Gruterum . Pag. DLXXIII. num. 2. & Pag. DLXXIV. num. 6.

LEGIONE . PRIMA . ADIVTRICE (1) . Quapropter eadem  
 ARA , five proxima fuit STATVAE LORICATAE Cæsa-  
 ris , five ad ipsam STATVAM pertinebat . Porro TEM-  
 PLVM IVLII CAESARIS IN FORO descripserunt Sextus  
 Rufus , & Publius Victor (2) in Regione VIII. Ur-  
 bis , in eademque Regione descripserunt CAPITO-  
 LIVM , & jure meritoque ipsis subinde adstipulati  
 sunt reliqui Scriptorum Urbem Romam illustrantes .

Igitur five AD LORICATAM VESTEM , five AD  
 STATVAM CAESARIS LORICATAM custodiendam adhi-  
 biti erant hi duo Liberti , & quidem HECHVS , ut  
 mihi videtur , ex privilegio singulari .

Utraque Lamina viriculo cælata est , eodem  
 plane modo , quem Georgius Vasarius (3) descri-  
 bit , laudato artis inventore Thoma Finiguerra (4)  
 Florentino , & a nostris Incisoribus (5) , imagines ,

res

[1] *Inscriptiones Antiquæ in Etruriæ  
 Urbibus exstantes &c.* Edit. Florentiæ  
 An. cD. Id. cc. xxvii. Cura , & studio  
 Antonii Francisci Gorii . Tom. I. p. 257 .

Vide item M. Scipionis Maffei *L'Is-  
 toria Diplomatica &c.* pag. 30. 31. & seqq.

[2] *De Regionibus Urbis Romæ .*

(3) *Le Vite de' più eccellenti Archi-  
 tetti , Pittori , Scultori &c.* Parte I. Ve-  
 di il Discorso della Pittura Cap. xxxii .  
 pag. 106. Ediz. di Firenze MDL. appresso  
 Lorenzo Torrentino .

(4) Vasarius citato loco eundem ap-  
 pellat patrio more , nempe decurtato  
 nomine , *Mafo Finiguerra .*

[5] Aliquam Seriem æris Incisorum ;  
 qui modo in Urbe clareat subtexere ,  
 putavimus pro occasione futuram non  
 inutilem nostris ipsis Incisoribus ; aliis-  
 que ; secernentes illòs qui cælant imagi-  
 nes ab iis , qui res Architectonicas , five  
 etiam characteres incidunt . Igitur qui  
 scalpunt imagines , servato ordine alpha-  
 betico , sunt .

Billy , Nicolaus . Romanus .  
 Campana , Petrus . Romanus .  
 Campiglia , Joannes Dominicus . Lu-  
 censis .  
 Frey , Jacobus . Helvetus , qui ceteris  
 paribus habetur præstantior .  
 Frezza , Joannes Hieronymus .  
 Gabuggiani , Balthasar . Florentinus .  
 Grandi , Carolus . Venetus .

Guttierez , Jannarius , & Nicolaus  
 Neapolitani .  
 Pilaja , Paulus . Romanus .  
 Pomerede , Silvester . Gallus .  
 Pozzi , Rochus . Romanus .  
 Rossi , Hieronymus , & Andreas Rom.  
 Schedl , Martinus . Alemannus .  
 Sintes , Joannes Baptista . Romanus .  
 Sorellò , Michaël . Hispanus .

16 ANIMADVERSIONES

res quoque ad Architectos spectantes (1), & characterum formæ (2) tabulis æreis exprimuntur; ita ut cum Bonarrozio (3) mirari oporteat cultissimam illam ætatem artis chalcographiæ peritiam penitus ignorasse, de qua nullum testimonium perhibent Scriptores eruditæ vetustatis.

Aeneas hujusmodi Lamellas facile suspicamur insertas fuisse vasibus cinerariis, atque ollis, sive urnis marmoreis, tum quadratæ formæ, tum etiam rotundæ; quum urnas ipsas aliquando reperire contingat, in area epitaphio destinata, carentes inscripto titulo: nostra autem Lamella in quatuor angulorum angulis (*quæ trigona spatia* appellantur a cl. Lupio (4), *ad ornamentum, & pulcritudinem adpicta*), singula habet foramina, in quibus, ut vero simile judicari potest, claviculi infixi erant oculis urnæ, seu vetusti vasis cinerarii. Præterea, quum non nihil sinuata sit hæc Lamina, manifeste prodit urnæ convexæ molis adhæsisse. Uti-

---

(1) *Qui heic recensentur Architectura opera celant.*  
 Gabuggiani, Balthassar . Florentinus . Schedl, Martinus . Alemannus,  
 Saiter, Petrus . Pedemontanus . Vasi, Joseph . Siculus .

---

[2] *Hi characteres incidunt.*  
 Franceschini, Dominicus . Romanus . Petroschi, Joannes . Romanus .

---

*Unicus in Urbe incidendis Buxo imaginibus, & characteribus  
 quibuscumque, cujus opera frequenter utimur.*  
 Zenobius, Philippus . Fulginas .

De eodem meminimus in *Nummo ni antichi del Museo Carpegna &c. In  
 Æreo explicato.* Patte I. Cap. xxvii. Roma MDCXCVIII.  
 pagina 32. & pag. 33.

[3] Pag. xvii. nel Proemio alle *Offer- ad nuper inventum Severæ Martyris Epi-  
 vazioni storiche sopra alcuni Medaglio- taphium.* §. viii. pag. 48. & seqq.

Utinam vero , quod modo factum est in Urbe , institutis novis Academiis (1), Auctore BENEDICTO XIV. PONT. MAX. in ipso Summi Pontificatus exordio ; ita in pluribus aliis locis florent hæc studia ! Quam multa sane , sacra , & profana e tenebris prodirent in lucem vetera monumenta . Sed dolendum maxime , quod adhuc apud plerisque pro nihilo computentur . Liceat ergo nobis in hanc rem usurpare adversus illos , quod Marcus Tullius Cicero de Philosophiæ neglectu dicebat (2) .

RELINQVITVR SOLA HAEC DISCIPLINA , DIGNA STUDIO SINGENVARVM ARTIVM , DIGNA ERVDITIS , DIGNA CLARIS VIRIS , DIGNA PRINCIPIBVS , DIGNA REGIBVS .

(1) I. HISTORIAE CONCILIORVM .

II. . . . . ROMANORVM PONTIFICVM .

III. . . . . RERV M LITVRGICARVM .

IV. . . . . ROMANARVM ANTIQVITAT .

Vide Plinii , & Claudiani locos in nostra Sanctorum Septem Dormientium Historia , pag. xxiv .

[2] Libro v. *De Finibus* . pag. 133 .

Eundem Ciceroem consule in Oratione pro Archia Poëta , ubi inquit . *Hæc studia adolescentiam alunt , senectutem oblectant , secundas res ornant , ad-*

*versis perfugium , ac solatium præbent .*

*Delectant domi . Non impediunt foris ,*

*pernoctant nobiscum , peregrinantur , ru-*

*sticantur .* De hoc Ciceronis loco viden-

us Petrus Victorius *Variarum Lectio-*

*num* Libro xxvi . Cap. xiv . pag. 320 . &

pag. 321 . Verum ejusdem Ciceronis loci ,

qui indicatis paginis deseribuntur , ad

editionem Venetam in fol. Lucæ An-

tonii Juntæ referuntur , ab ipso Petro

concinнатam , ut alibi quoque monui-

mus .



---

EXCUDEBAT  
ROMAE  
JOANNES ZEMPEL  
PRIDIE KAL. DECEMBERIS  
ANNO CIO. IO. CC. XLI.







DESCRIPTION  
NUMISMATIS.



# NUMISMA

HIERONYMI EQUITIS ODAM

E X

MUSEO VICTORIO

P R O L A T U M .



ROMAE

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA

JOANNIS ZEMPEL APUD MONTEM JORDANUM


ANNO REP. SAL. CIO. ID. CC. XLII.

---

PRÆSIDUM FACULTATE.

Sum ex iis, qui mirer antiquos, non tamen, ut quidam, temporum nostrorum ingenia despicio. Neque enim quasi lassæ, & effœta natura, nihil jam laudabile parit.

*Plinius Epistolarum Lib. vi. Epist. xxi.*



*Sic ora ferebat.*

Virgil. Lib. III. *Aeneid.*

*Imprimatur.*

Si videbitur Rñõ Pat. Mag. Sac. Pal. Apost.

*F. M. de Rubeis Archiep. Tarfi Vicefg.*

---


*Imprimatur.*

Fr. Aloyfius Nicolaus Ridolfi Mag. Sac. Pal. Apost.  
Ord. Præd.



# DESCRIPTIO NUMISMATIS

## HIERONYMI EQUITIS ODAM.



MEMORIAE (1) ornatissimi, atque amiciissimi viri HIERONYMI EQUITIS ODAM æquum est tandem aliquando parentare æreo numismate, quo jacturam nostram quodammodo instaurare possimus. Promissimus illud sane in perbreui elogio, quod raptim elucubravit, statim ab obitu ipsius, vulgavimusque in Indice post Historiam Sanctorum VII. Dormientium digesto (2), ut quantocyus pateret nostri moeroris occasio, & peregre degentibus innotesceret etiam, quanti facienda sit VIRTUS (3), atque

(1) Gemma anularis, quæ hoc loci literam initialem ornat, & Minervam exprimit opere Etrusci artificis, illustratur a nobis in Animadversionibus ad Lamellam æneam vetustissimam *Musei Vistorii*, editis anno superiori ex eadem hac Typographia Zempeliana.

(2) Illud Opusculum consignatum Typis novis Pagliariniorum, pene absolutum erat, quando è vivis excessit ille. Heu! transitu inopinato, & nimis importuno.

(3) VIRTUS omnis tribus in rebus ferre vertitur, ait Cicero. Lib. II. *De Officiis*. pag. 446. *Quarum una est in perspicendo quid in quaque re verum, sincerumque sit; quid consentaneum cuique; quid consequens; ex quo quæque gignantur; quæ cujusque rei causa sit. Alterum cohibere motus animi turbatos, quos Græci τῶν nominant; appetitio-*

*nesque, quas illi ὀρεῖς, obediens efficiere rationi. Tertium, iis quibuscum congregemur, uti moderate, & scienter, quorum studiis, ea quæ natura desiderat, expleta, cumulatæque habeamus &c.*

Idem in *Paradoxis*, pag. 518. *Nescis insane, nescis quantas vires VIRTUS habeat: nomen tantum VIRTUTIS usurpas, quid ipsa valeat, ignoras &c.*

Vidend. Plato in *Menon*. Dialog., & alii.

Lucius Annæus Seneca. *Epistolarum* Libro XX. Ep. I. alias Epistola CXLIII. ad *Lucilium* d. ta, explicat, atque irridet Pythagoræ scitum, sive doctrinam Stoicorum, qui VIRTUTES animalia esse arbitrabantur, ac serio docebant. Sed amoto ludo ineptæ, atque obsolescentiæ hujus quæstionis, VIRTUTVM OMNIUM PRETIUM IN IPSIS EST, ut inquit idem Seneca. *Epistolarum* Libro XI. Ep. v. sive alias Epistola LXXXI.

atque AMICITIA (1), apud non nullos, hoc item tempore æqua lance pensari.

Unum vero, quod imaginibus (2), atque hisce numismatibus (3) vincendum contenderunt veteres, & nos item pro modulo nostro tentamus, ac studemus, probe est duratio in ævum illorum virorum maxime, qui aliquo genere laudis clari, perpetuitatem quoque sibi promeruerunt. Principium enim, & finis humanæ vitæ, adeo sunt proximi, ut quævis hominum ætas longius

(1) Plaut. in *Trinum.* Act. III. Sc. I. *Nimum difficile' s' reperiri amicum, ita ut nomen cluet.*

Plura vero habet Cicero in Libro de *Amicitia*, a quo multa Cassiodorus descripsit in suo, pariter de *Amicitia*. Ait igitur præ ceteris in Prologo. AMICITIA est divitibus pro gloria, pauperibus pro censu, exsulibus pro patria, imbecillibus pro virtute, pro medicina aegrotis, MORTVIS PRO VITA. Verba autem Ciceronis hæc sunt. *Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilli valent, & (quod difficilius dictu est) MORTVI VIVUNT.* Vide pag. 486. Addit *Philippica IX.* pag. 785. VITA ENIM MORTVORVM IN MEMORIA VIVORVM EST POSITA.

(2) Lactantius Firmianus, *De Origine erroris.* Cap. II. *Omnino fingendarum similitudinum ratio, scribit plane ad rem de qua agimus, idcirco ab hominibus inventa est, ut possent eorum memoria retineri, qui vel morte subtracti, vel absentia fuerant separati &c.*

Alia, quæ ad hæc spectare possunt, adigimus in notis ad Historiam SS. Septem Dormientium. Cap. VIII. pag. 22. sed & pag. 87. ubi de *Pictura*. Ea vero, ut iterum adeant Lectores, digito monstramus; & nobis rem gratissimam, si

bique fortasse non inutilem facturos pollicemur.

[3] Est a vetustate petitus mos faciendi Numismata, ut res gestæ Principum, & Virorum illustrium imagines in posteriorum memoria perseverent. Tertio ab hæc æculo & ultra renovatus creditur a Victore Pisano, sive *Pisanello*, quemadmodum illum appellat Georgius Vasarius (*Vite de Pittori &c.* Parte II. pag. 417. Ediz. del Torrentino in Firenze. MDL.) fortasse, quod tunc temporis junior esset; ita enim in Italia nos gerere consuevimus, ut quum alicui blandimur, decurtato vocabulo utamur. Exemplum adtulimus in *Animadvers. ad Lamellam æneam Mus. Vitz.* p. 15. Aliud in *Dissert. Glyptograph.* p. 82. Aliaque facile describerentur, si daretur otium, & operæ pretium esset. Sane clarorum virorum numismata eodem Pisano vetustiora, quæ signata sine nomine sui auctoris, non reperiri communis opinio est; ita ut non nulla illius ætatis, quæ anonyma sunt, ipsi plerumque adtributa suspicemur, quamvis alterius artificis opus.

De quibusdam autem numismatibus nostri nujus ævi videndus Raphaël Fabrettus in *Syntagmate de Columna Trajani.* Cap. VI. pag. 168.

gius producta (1), brevis admodum censenda sit, cum æternitate, quæ omnes manet, comparata. Quid autem perennius æreo numismate? Quodnam elogium præstantissimis viris magis conveniens, & ipsius numismatis brevitate potest excogitari elegantius? Si tamen factis respondeat ad amussim emblema cum lemmate (2), neque unum ab altero vagari, uti aliquando accidit, deprehendatur. In componendo eodem, utrumque ita cohærere arbitrati sumus, ut Descriptionem hanc edere in lucem minime dubitaverimus.

In parte anteriori imago, de more oblique  
B expres-

[1] Inquit Horatius Flaccus. *Satyrarum* Lib. II. Ecloga VI.

*Vive memor quam sis ævi brevis &c.*  
*Et Carminum*. Lib. I. Ode IV.

*Vita summa brevis spem nos vetat inchoare longam.*

Cicero in Oratione ad Quirites pro Cajo Rabirio perduellionis reo. pag. 386. *Exiguam nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ &c.* Tribuitur vero hæc sententia Catoni Censorio, ex Carmine de Moribus excerpta. *Vita humana, prope uti ferrum est. Ferrum si exerceas, conteritur: Si non exerceas, tamen rubigo interficit. Itidem homines exercendo videmus conteri. Si nihil exerceas, inertia, atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitatio.* Vide Antonii Riccoboni Rhodigini *Commentarium de Historia, cum Fragmentis &c. M. Porcii Catonis Censorii, & aliorum.* Edit. Venet. in 8. An. MDLXV III. pag. 76. a tergo. Eadem, præclare veritatis sententiam, nuncupat Aulus Gellius, *Noctium Atticarum*. Lib. XI. Cap. II. Quare Plautus in *Moscellaria*. Act. III. Scena II.

*Vita quam sit brevis simul cogita.*

Sallustium autem, ac Teophrastum inter se minime dissentire de vitæ humanæ brevitate, seu longitudine aperte declarat clarissimus Vir *Petrus Victorius* Lib. XI. *Variarum Lectionum*. Cap. X. pag. 123. & seq. Demum Cicero. Lib. II. de *Officiis*, pag. 453. *Quæ vero ætas longa est, aut quid omnino homini longum? Nonne modo pueros, modo adolescentes in cursu, a tergo insequens, nec opinantes adsequuta est senectus? Sed quia ultra nihil habemus, hoc longum dicimus &c.* Plura tamen habet Seneca in Opere de *Brevitate Vitæ* inscripto.

[2] Lemmata, quæ numismatibus accommodantur, ni facili negotio, atque icu oculi convenire emblematis ibidem expressis judicari, pronuntiarique possit, optimo jure Plautinum illud estatum in *Pseudulo*, Act. I. Sc. I. extorque solent.

*Hæc quidem pol credo, nisi Sybilla legerit,*

*Interpretari alium posse neminem.*  
 Sive illud ejusd. in *Panulo*, Act. I. Sc. II.

- - - - - Oedipo

*Opus conjectore est, qui sphyngi interpres fuit.*

expressa est (1), his literis in ambitu apte dispositis: HIERON. ODAM. ROM. EQ. ORD. CONSTANTIN. videlicet *Hieronymus Odam Romanus* (2), *Eques Ordinis Constantiniani* (3). Ad ima colli legitur. MEM. RESTIT. F. EQ. V. hoc est: *Memoriam restituit*. Siglæ autem, quæ sequuntur nomen exprimunt Auctoris ipsius numismatis, & hujusce descriptionis. In postica numismatis, illo eodem lemmate ab Ovidio desumpto, usi sumus (4), quod  
in

[1] Ita plerumque in vetustissimis nummis Etruscorum, Græcorum, Romanorum, aliorumque, & in aliis medii ævi, tum Principum, tum etiam virorum illustrium; immo in aliis pariter infimæ, ac postremæ ætatis. Minor certe est numerus eorum, tam veterum, quam recentiorum, qui plenam imaginem exhibent, ac præferunt. Hi, quibus non datur ipsos nummos, ac numismata pertractare, adeant editores eorumdem, qui etiam si per classes distinguantur, plurimi omnino sunt.

Idem fere observandum in gemmis, quarum illæ, quæ imagines Deorum gentium, vel Principum, vel aliorum, qui suam effigiem posteris relinquere cogitarunt, plerumque dimidiam ipsorum faciem ostendunt. Illud idem agunt veteriorum exemplo scalptores gemmarum nostræ ætatis, quorum nomina, post enunciatos antiquiores, recensimus in *Dissertat. Glyptograph. Cap. xxvi. pag. 92. & seqq.* Item pag. 127. Agunt quoque cælatores numismatum, quorum nomina infra dabimus.

[2] Vidimus aliquando Diploma membranaceum, datum ex CAPITOLIO. *An. ab Urbe condita. c. lxx. c. lxxv. c. cccc. lxxxii. Ab Orbe autem redempto. c. lxx. c. cc. xxx. Idibus Maii.* Quo Hieronymus Eques Odam, inter Patricios Romanæ Urbis

cooptatus fuit; Conservatoribus ANTONIO CARDELLIO. MARCH. VIR. GILIO CRESCENTIO. NICOLAO PLANCA DE INCORONATIS. Scriba vero SACRI SENATUS POPULIQUE ROMANI *Augustino Randanino*. Reg. in Archivo Capitolii. 365. Sigillum magnum cera impressum de more pendens a Diplomate, clauditur argentea theca rotundæ formæ, inscriptumque est in ambitu, supra. ÆTERNA. INVICTA. ROMA. infra. CONSERVATOR. RES. ALMÆ. VRBIS.

(3) Vidimus item membranaceum Diploma Francisci Farnesi, Parmæ, & Placentiæ Ducis, quo idem Hieronymus Odam in Constantiniana Militia sub titulo Sancti Georgii, ac Sancti Basilii Magni adscriptus fuit, datum Placentiæ. Anno DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. MDCCVIII. Die XVII. Maij. Quin etiam post hæc, defuncto Francisco Farneso, Antonius Dux, eumdem Hieronymum, Aulicum suum a cubiculo Honorario constituit; certiorumque rei fecit, data Parmæ ad ipsum Epistola valde officiosa: dato quoque membranaceo Diplomate eadem Die I. Junii. An. MDCCXXIII. Quæ omnia nos pariter aliquando vidisse testamur.

(4) Libro III. *Fasiorum*, circa finem.

in elogio indicavimus. MILLE. DEA. EST. OPERUM.  
Et quidem in areæ peripheria, sive circumferentia, circa Minervæ signum. Demum in exergo legitur: A. SARTI. F. ROMAE. CIO. IO. CC. XLII. nempe: *Angelus Sarti faciebat* (1). *Romæ*, MDCCXLII.

Diu tamen ancipites fuimus in ejusdem Minervæ imagine repræsentanda. Etenim si Museum unum, aut alterum ea de causa inspiciendum sit, persæpe recenseri posset in numismatibus virorum eruditorum perscrutandis expressa. Quamvis autem habitus imaginis, & maxime lemma, aliud ab alio distinguant, ac ita secernant, ut nullatenus convenire inter se eadem ipsa numismata quisque facile possit judicare; tamen declinandum ab illa una forma censuimus, qua, ut notum est, pictura, sculptura, cælatura effinxerunt veteres, atque etiam hodie, imitationis exemplo cetera laudando, ab iis, qui præceptis, & consuetudinibus præscriptis usibus vetustatis, fortasse nimis adhærent (2), exprimi solet.

In ipso effingendo numismate, ut similior quam fieri posset imago restitueretur, graphydem, quam accepimus ab Eq. *Petro Leone Ghezio*, com-

B 2

moda-

(1) Vide sis indiculum horum artificum, infra, suo loco.

(2) Minervam quomodo expresserint veteres, docent egregii Scriptores, insculpta marmora, numismata; item gemmæ cælatae. Quoniam vero in numismatibus virorum eruditorum effingi plerumque animadvertimus, admodum raro circumseptam symbolis; ideo re-

cedendum ab illo inveterato, sicque more diximus. Ceterum non nulli, qui modo vetusta signa debent pingere, seu scalpere, inconsultis veteribus monumentis, utuntur edito Opere Cælaris Ripæ: *Nuova Iconologia ampliata &c.* Quo unice inspecto, jam satis esse docti sibi videntur in rebus ad omnem antiquitatem spectantibus.

modavimus *Angelo Sarti* Bononiensi (1), qui cereis formis hujusmodi semiexstantes, seu depressas imagines (2) perficere egregie novit; quin etiam majori modulo integras quoque figuras ceris coloratis disponere sæpe vidimus, perfecte, atque elegantissime; formatis non numquam vivorum hominum veris imaginibus, & oris specie licet imminuta quanti vis, ad vivum tamen delineata. Illo autem fundendo operam dedit *Philippus Feliciani*, sive *Joseph Carobbi*, jam pene nonagenarius (3), qui fusoriæ artis praxim optime intelligunt.

[1] Hujus autem operam alias experti fuimus, probavimusque in effigendo numismate *Petr. Andr. Andreinii*; & item in alio numismate, olim a nobis dicato nomini Cl. Viti *Philippi Bonarrotii* Senatoris Florentini: Licet vero *Antonii Montauti* nomen sub imagine

in eo legatur; sciendum, ceream *Bonarrotii* effigiem, Florentia ad nos missam ab eodem *Montauto*, nihil immutata vultus, & otis lineamentorum ratione, iterum formatam Romæ nostris usibus ab *Angelo Sarti*, Florentiam protinus ad eum remississe.

(2) *Eorum, qui in Urbe iisdem operibus hodie innotescunt, sequens est catalogus ad normam Alphabeti dispositus.*

Berger. Gaspar.

Cron. Nicolaus.

Piacentini. Joannes Baptista.

Sarti. Angelus.

Voget. Joseph.

\* \* \* \* \*

*Verum Jo: Baptista Piacentini hisce operibus incumbit, genio suo, & amicorum indulgens: miles emeritus Pontificiæ cohortis urbanæ, levis armaturæ.*

(3) *En tibi nomina peritiorum nostrorum fusoriæ artis.*

*Ære graviori.*

Bertosi. Joseph.

Giardoni. { Franciscus.

{ *Fuser R.C.A.*

{ Carolus.

Guerini. Sebastianus.

Marini. ( Petrus Antonius.

( Sanctes.

Radasi. Angelus.

Valè. Julius.

*Minus gravi.*

Bardi. Balthassar.

Carobbi. Joseph.

Cornelli. Joannes.

Fabri. Franciscus.

Feliciani. Philippus.

Floravantes. Philippus.

Profilì. Philippus.

Ricciani. Joseph.

Vagnarelli. Cajetanus.

gunt. Id ipsum cudere facile potuiffemus, quum viri excellentes in hoc opificii genere in Urbe sint (1). Sed jam fatis fit ad conservandam amici viri memoriam cura, studium, sumtus, & susceptus a nobis labor editi numismatis, & compendiarie hujus expositionis, quæ modo præ manibus datur.

Ut verò characterem viri, literarum scilicet amatoris, & bonarum artium [2] demonstraremus eo modo, qui magis opportunus videbatur (favebat enim pro viribus literis, & eruditis viris, quorum familiaritate plurimum delectabatur), ex multis, quæ Minervæ tribuuntur ab antiquis Scriptoribus, ac præsertim Mythologis, Minervæ nativitatem selegimus, quam nulli hominum in mentem venisse putamus, ut viro cui-

piam

(1) *En cusores numismatum in Urbe clariores.*

Amerani. (Otho Cusor R.C.A.  
(Hermenigildus.

Franchi. Augustinus.  
Ortolani. Petrus.  
Travani. Balthassar.

Balzar. Petrus.

*Horum non nulli egregiam præstant operam, etiam sigillis, quo vis ære incidendis.*

[2] Versamus cupide, nec infrequenter Petri Victorii Libros *Variarum Lectionum*, quum multa doctrina omnes referti sunt. Igitur Libro xxxi. Capite xvi. pag. 374. Dissertitur de diversis institutis Spartatarum, & Atheniensium. Legibus enim Athenis vetabatur ingenuum hominem artem nullam colere, quod Lacedæmone plenum honoris putabatur. Ipsum autem hominem

ait Cicero. Lib. I. de *Legibus*. pag. 383. eadem natura, non solum celeritate mentis ornavit, sed & sensus tamquam satellites adtribuit, ac nuncios, & rerum plurimarum obscuras, & necessarias intelligentias enudavit, quasi fundamenta quædam scientiæ, figuramque corporis habilem, & aptam ingenio humano dedit &c. Sed in alium hac ætate Lacedæmonis potius, quam Atheniensibus obtemperari.

piam eximio , eruditoque exornando usque ad hanc diem adaptaverint .

Porro veteres finxisse Minervam Deam præfidem ingeniorum , nemo etsi literarum plane rudis , perspicue non novit . Quod autem è Jovis vertice originem duxerit , Divinam esse Sapientiam , & ipsam Dei munus esse , arcanis modis significare studuerunt ; Philosophicas , ac Theologicas omnes notiones præclaris hisce inventis , ac mysteriis describentes ( 1 ) . Illud acceperunt Romani a Græcis , ab Etruscis , ab Ægyptiis , aliisque gentibus ; & servare solebant non tantum in ritibus sacrificiorum , ceterisque rebus ad religionem , sive potius superstitionem conservandam , sed in gerendo quoque omni Reipublicæ negotio ; ita ut aliud re vera esset , aliud tamen populo videretur . Quare ( liceat nobis & hoc adjicere ) , poena non semel mulctati sunt proditores arcanorum , sed sola quoque proditoris suspitione castigati . De his sæpe Livius Historiæ Romanæ parens , Cornelius Tacitus , & plerique alii ; ac etiam multi Sancti Patres , qui de sacris paganorum arcanis improbandis , pro occasione luculenter differuere . Sed a proposita Minervæ nativitate longius non divertendum .

Igitur Jovi hunc partum edenti obstetricem  
se ge-

[1] Videndus Laërtius Diogenes , de *Vitis Dogmatis* , & *Apophthegmatis* &c. in Proemio . Item notæ , & observatio .

nes Thomæ Aldobrandini , Casauboni & Ægidii Menagii , Edit. Græc-Lat. Londini in fol. MDCLXIV .



se gerit Venus, monili gemmato, inauribus, ac diademate ornata (1), postquam arbos mali punici, cui insidit Columba Veneri sacra (2). Adstat Juno duplici armilla manuum suarum ornamento insignis, inauribus quoque, & diademate (3) cum gemma pretiosa, protensis manibus, ut Minervam jam prodeuntem e summo capite Jovis excipiat. Clypeum verò gestat Minerva (4), hastam, galeam cristatam. Adstat pariter Vulcanus partum prodigiosum miratus, postquam bifida securi, sive bipenni Jovis caput aperuit.

Mystica hæc Historia ex antiqua patera Etrusci operis delineata est. Ea vero, quæ videbantur minus culta manu antiquitus viriculo expressa, ac potissime, quæ spectant ad elegantiam, & symmetriam figurarum, & Historiæ, ad meliorem quamdam proportionem redegisse, putavimus rem fore non inlaudatam. Eamdem pateram primus omnium, ut video, vulgavit ex Museo Cospiano, ubi adhuc Bononiæ servatur, Laurentius Lega-

[1] De his mulierum ornamentis, vide quæ diximus in *Dissertat. Glyptograph.* Cap. viii. Cap. ix. & Cap. xi.

[2] De Columbæ symbolis apud Christi fideles, plura aliquando diximus in *Nummo aere Veterum Christianorum explicato.* Parte II. variis locis. Sed etiam de Columbæ symbolis apud Ethnicos, obiter aliqua adtigimus ibidem, Parte I. Cap. xi.

Hanc Columbam falso putavit esse Jovis Aquilam Michaël Angelus Cauf-

seus de la Chaussée in *Opere de Insignibus Pontificis Maximi*, nempe in illustratione Tabulæ xxi.

[3] De his omnibus dictum in *Dissertatione Glyptograph.* Verum de *Armillis*, adi si vis. Caput x. Item. Cap. xii. & xiii.

[4] Adi Sanctor. viii. Dormientium Historiam. Cap. viii. pag. 17. in annotat. Item. *Il Fiorino d'oro antico illustrato &c.* Parte IV. Osservazioni al Num. xxx. pag. 436.

Legati Cremonensis (1) : paullo post illustravit Michaël Angelus Causseus de la Chauffe (2), a quo sumsit Joannes Georgius Grævius, transtulitque in *Thesaurum Antiquitatum Romanarum*, diminuto vetustæ pateræ modulo (3) ; ac postmodum exactius, & ad prototypi magnitudinem Raphaël Fabrettus (4). Deinde iterum edita est in *Monimentis additis Operi Dempsteriano* (5), sed formis a Chalcographo inversis ; quemadmodum etiam spectatur, sive pictoris, sive cælatoris incuria, in erudita dissertatione cl. viri Petri Francisci Fogginii (6) : ac postremo, restituta cælatura ad vetustum exemplar, nitidissime, vulgata est a claro Gorio in *Museo Etrusco* [7], ubi etiam admodum accurate describitur (8) : neque alia id genus monimenta in re antiquaria reperiri compertum mihi est.

Pausanias tantummodo ea, quæ in *Arce Atheniensium* spectaverat, diligenti examine recensens, memorat (9) *Minervæ Signum de vertice Jovis prodiens*. *Ἀθηνᾶ τῆσιν ἀνιῶσα ἐν τῆς κεφαλῆς τῆ διός*. Item in eo templo, quod appellant

*Parthe-*

[1] *Museo Cospiano, annesso a quello del famoso Ulisse Aldrovandi &c.* Libro III. Cap. xxx. pag. 313. &c. Bologna. MDCLXXVII. in fogl.

[2] *De Insignibus Pontificis Maximi.* Tabula XXI II.

[3] Tomo v. pag. 322. Tab. XXI II.

[4] *Inscriptionum Antiquarum.* Capite VII. pag. 538. Putavit vero, quo argumento nescimus, Pateram hanc

Etruscam exstare Florentiæ in Museo Magni Ducis Etruriæ.

[5] *De Etruria Regali.* Tomo I. Lib. I. Cap. XVII. Tab. I. pag. 78.

[6] *Saggi di Dissertazioni &c. Dell' Accademia Etrusca di Cortona &c.* Tomo II. Dissertaz. v. pag. 93. e segg.

[7] Tomo I. Tab. cxx.

[8] Tom. II. Clas. II. p. 239. & seqq.

[9] *In Atticis, sive Lib. I.*

*Parthenona* [1], ad illam partem testudinatum, quæ Aquilæ nuncupantur, Signa ad Minervæ natales pertinentia existare, memoriæ prodidit. ἐς δὲ τὴν ναὸν τὴν Παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, ἐς τῶτον ἐσιῦσιν, ὅποσα ἐν ταῖς καλεμένοις ἀετοῖς κεῖται, πάντα ἐς τὴν ἀθηναῖς ἔχει γένεσιν.

Ista hæc autem, quam bene convenient viro erudito, & in bonis artibus exercito, inprimisque versato, docet Hispalensis Episcopus Sanctus Isidorus inquit: *Ideo & Dea artium Minerva dicitur* (2), quia nihil excellentius est ingenio &c. eaque ratio est, quare Minervam finxerint natam e capite Jovis, scilicet: *quia Sapientia* (3) *in capite esse dicitur hominis*. Ita quoque Fulgentius, quicumque ille est (4), nempe, *quia ingenium in cerebro positum sit*. Eadem, aliaque habet Phornu-

C

tus,

(1) Idem Pausanias *ibidem*.

Ita ab Euripide Atheniensium numisma nuncupatum fuisse *Parthenon*, scilicet ab imagine impressa, animadvertit Ludovicus Cælius Rhodiginus, *Lectionum Antiquarum*. Lib. x. Cap. 11. col. 497. Edit. Francofurti, & Lipsiæ, in fol. An. M. DC. LXVI.

(2) *Originum*. Lib. XIX. Cap. XX.

[3] Idem, *ibidem*. Item. Lib. VIII. Cap. XI. ubi inquit: *Hanc enim inventricem multorum ingeniorum perhibent, & inde eam Artem, & Rationem interpretantur; quia sine ratione nihil potest contineri. Quæ ratio, quia ex solo animo nascitur, animumque putant esse in capite, & in cerebro, ideo eam dicunt de capite Jovis esse natam, quia sensus sapientis, qui invenit omnia, in capite est &c.*

[4] *Mythologiarum*. Lib. II. Disputant probe eruditi viri de Authore ho-

rum Librorum *de Mythologia*: Alii enim tribuunt *Fulgentio Carthaginiensi Episcopo*: Alii *Fulgentio Episcopo Ruspenfi &c.* Monet vero Franciscus Modius Brugensis in Libro *Epistolarum*, seu *Nov. Antiquarum Lectionum*, eosdem libros Mythologicos tribuendos esse *Fabio Planciadi Fulgentio, Clarissimatus* dignitate conspicuo, qui in Africa vixit iisdem fere temporibus cum *Fulgentio Ruspenfi*. Illius igitur consule *Epistolam LXI. Erasmo Neustettero*, cognomento *Sturmero* scriptam. Edit. Francofurti. in 8. Ann. MDLXXXIII. pagina 275. Vide iterum eandem si velis, in *Thesouro Critico* Jani Gruteri. Tomo V. pag. 160.

Ait Seneca. Lib. IV. *de Beneficiis*, Cap. IV. *Insta sunt nobis omnium artium semina, MAGISTERQUE EX OCCULTO DEVS PRODUKIT INGENIA &c.*

tus, sive Cornutus (1), ubi de Minerva agit, quam κορυφαγένην nuncupavit, non alia de causa. Plutarchus Chæronensis (2) in Libro de Iside, & Osiride. Ceterum de Minervæ natali eadem ferme produnt Cajus Julius Hyginus Augusti Liber- tus (3): Arnobius, Apollodorus, Macrobius, & alii, quos recentiores sequuntur, qui de Mytho- logicis veterum amplissima commentaria scripse- runt, Lilius Gregorius Gyraldus [4], Natalis Comes (5), Vincentius Cartarius (6), Lauren- tius Pignorius (7), ac reliqui omnes, quorum recitandis nominibus, hoc loci nullo modo neces- sariis, libenter abstineo.

Verum tamen est, imagines, quas habebant veteres, pictas, marmoreas, æreas, adeo similes virorum, foeminarumque lineamentis omnibus formare studuisse, ut statim visæ, nedum redde- rent similitudinem oris, sed etiam, si fieri pos- set, animi, ac mentis motus, & inclinationes pe- ne il-

[1] *De Natura Deorum*. Verum etsi *Phornutus* eundem Scriptorem, pene omnes appellare consueverint; tamen nomen illi *Cornutus*, sunt qui adferi- bunt. Ita quidem Gaspar Barthius ad P. Papinii Statii *Thebaidos*. Lib. I. nempe. Tomo II., in suis Animadver- sionibus. pag. 29. indicans Auctorem Etymologici in voce *Zeús*. Miror ta- men *Georgium Francum* in suo *Tractatu Philologico-Medico de Cornutis*, edito Heidelbergæ. Anno. M. DC. LXXVI. in 4. de hoc Scriptore vetusto, nihil omnino produxisse; ac præsertim. §. 8. pag. 9. ubi alios non nullas ejusdem no- menclaturæ viros eruditos memorat.

[2] *Operum*. Tomo II. Edit. Lute- tiæ Parisiorum. Typis Regiis. in fol. Anno. M. DC. XXIV. Vide pag. 381.

[3] *Fabularum Liber*. Lugduni. M. DC. VIII. in 8. Porro Cajus Julius Hyginus *Fabularum* Scriptor, alius est ab Hygino auctore Libri *Gromatici*. Primus vixit ævo Augusti Cæsaris. Al- ter imperante Trajano, ut adnotat *Fa- brettus Inscript. Antiquar.* Cap. v. p. 355.

[4] *Historia Deorum Gentilium*.

[5] *Mythologiæ, sive explicationis Fabularum Libri decem*.

[6] *Immagini degli Dei degli Anticchi*.

[7] *Annotazioni di Lorenzo Pigno- ria al Libro delle immagini del Cartari*.

ne illas exprimerent, quas vellent magis: quare Coelius Rhodiginus non immerito scripsit (1): *Invenimus item picturas, vel statuas nuncupari ETHICAS, quibus non imagines modo exprimuntur, sed mores quoque, ut tantum non spirare videantur. Tà ἠθῆν ab nostris, sensus tamen transferuntur proprie, non mores.* Plura sane habet Quintilianus (2) super hac re, non ut artificem, sed Oratorem ad hujusmodi formandas imagines instituat. *Ethicam* imaginem unicuique tributam ab ipsa natura, existimavit præ ceteris Joannes Baptista Porta (3), quippe qui putavit ab oris conformatione, animi propensiones apertissime posse deprehendi, ex scitis Philosophorum, & sæpè etiam ex medicorum doctrina argumenta ducens. Sed quam a vero, plerumque aberraverit ita judicando, ipsa rerum experientia declarat: etenim non semel accidit, ut quum duo, pluresque viri eandem oris speciem præferrent, eorum alter pacis, alter belli artibus; alter summis rebus, alter vilibus, & infimis innotesceret, ut perspicue docet Valerius Maximus (4), & alii. Item, quod majus est, præcellenti facie viros, sæpe narrant Historiæ, insipidos, sordidos, abjectos: contra vultu, atque habitudine corporis indecoros, magnanimos, splendidos,

C 2

(1) *Lectionum Antiquarum* Lib. xxix. Cap. xxiv. Column. 1654.

(2) *De Institutione Oratoria*. Lib. vi.

(3) *De Humana Pbyfognomonìa*.

Libri vi. Edit. Neapoli in fol. Anno MDCII.

(4) *Exemplorum memorabilium*. Libro ix. Cap. xv. *De similitudine formæ*.

didos, aptissimos rebus omnibus. Ad rem Cicero Libro de Fato ait (1): *Quid Socratem, nonne legimus, quemadmodum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? Stupidum esse Socratem dixit, & bardum &c.* Quum tamen maximum fuisse philosophum constet, qui *Apollinis oraculo SAPIENTISSIMUS est judicatus* (2): Immo vero adversus eandem sententiam illud præclarum de ipso Socrate memoratur, insignem forma quemdam adolescentulum, ad eum a parentibus suis adductum, ut de eodem aliquid proferret. Diu tamen stanti, nec dum promenti verbum puero, inquit Socrates: *LOQUERE UT TE VIDEAM* (3). Non ergo ab imagine, sed a sermone potius de moribus hominum judicandum. *SAPIENS IN VERBIS PRODUCET SE IPSUM* scriptum est in sacris Bibliis (4). Ego vero ut aliquid addam de *Ethi-*  
*cis*

[1] Pag. 366. Edit. Venetæ in fol. Petri Victorii, qua uti consuevimus.

[2] Cicero. Lib. de Amicitia. pagin. 484. Item in Catone majori, sive Lib. de Senectute. pag. 514. Item *Acaemicar. Questionum*. Lib. I. pag. 7. Idem legimus apud Laërtium Diogenem *De Vitis Dogmatis, & Apophthegmatibus* &c. Lib. II. in Socrate pag. 42. memoratæ editionis. Idem pariter apud Valerium Maximum. Lib. III. Cap. IV. & Tertullianum in Apologetico.

[3] Hæc autem recitans de Socrate Lucius Apulejus Madaurenis. *Floridusum*. Lib. I. in ipso exordio, statim subdit: *scilicet Socrates tacentem hominem non videbat. Etenim arbitrabatur*

*homines, non oculorum, sed mentis acie, & animi obrutu considerandos.* Eodem plane modo *Variarum*. Libro VI. Epistola IX. Cassiodorus inquit: *Speculum siquidem cordis, hominum verba sunt.* Idem habet pariter Dionysius Halicarnassæus. *Antiquitatum Romanar.* Lib. I. Edit. Græc Latin. Francofurt. in fol. MDLXXXVI. pag. 1.

[4] *Ecclesiastic.* Cap. XX. Versic. 29. *Vetustissimum est adagium. QVALIS SERMO, TALIS VITA.* Probe legenda est Senecæ Epist. CXIV. & item Epist. CXV. sive secunda Lib. XX. & Prima Lib. XXI.

Solonis quoque, & Platonis dictum, pene idem, utrumque recensitum a Justo Lipsio in Commentariis ad Senecam,



nomini, de quo heic sermo est, plus tribuendum hoc scripto volumus, quam oportet. Quippe, quum de illis loquimur, qui adhuc vivunt, vel recenter sublati sunt, ut inquit Plinius (1), quamvis longe ab hac re scriberet ad Caninium suum: *Sufficit, ne ea, quæ sunt vera, minuantur*. Præterea, quum in Italia, ac etiam in longinquis regionibus, diligenter, politissimeque; & quod caput est, non sine delectu rerum, jam nunc describantur elogia virorum illustrium nostræ ætatis, conveniens profecto est, ut nos, qui nostris quibuscumque scriptionibus nomen dare pro instituto nolumus, & aliquando agere DE VIRIS NOSTRO AEVO EDITIS INGENII MONIMENTIS, VEL ERUDITIONIS FAMA CLARIS polliciti sumus (2), a promissis, vel publico hoc testimonio recedamus. Etenim multo minus illis doctissimis viris, qui hæc scribunt, luce meridiana clarius id præstare posse cognoscimus: ita ut jure, meritoque famæ illorum, quorum laudare ingenium, & gesta narrare coepimus, vel

simus

[1] *Epistolarum*. Lib. ix. Ep. xxxiii. Inquit Tacitus *Historiar.* Lib. II. Cap. lxxxiii. *Majora credi de absentibus*. Vellejus autem *Paterculus Historiæ Romanæ*. Lib. II. [edit. a Justo Lipsio post Tacitum, ex Officina Plantiniana. Antverp. in fol. M. DC. XLVIII.] *Audita visis laudamus Libentius, ita pag. 62. Et presentia, invidia; præterita, veneratione prosequimur; Et his nos obrui, illis instrui credimus.*

Seneca *de Brevitate Vitæ*. Cap. xv. ait: *In vicino versatur invidia: simplicius longe posita miramur &c.* & in

*Dialogo de Oratoribus &c.* quem alii Quintiliano, alii vero Cornelio Tacito adscribant. Cap. xviii. legimus. *Vitio autem malignitatis humanæ vetera semper in laude, presentia in fastidio esse.*

Ita Claudianus *de Bello Gildonico*. vers. 384.

- - - - - *minuunt presentia famam.*  
Huc etiam facit lepidissimi Martialis Epigramma x. Libri v.

(2) *Il Fiorino d'oro antico illustrato*. Parte IV. Osservazioni al Num. xxxii. p. 447. Item *Dissert. Glyptograph.* p. 127.



simus in posterum descripturi, detrahere potius vereamur, quam prospicere. Quam ob rem absoluta nostri Numismatis expositione finem dicendi facimus, ut alia quæ parata sunt vetustiora *Musei Victorii* cimelia, & aliquam lucem a nobis expectant (juvante DEO OPTIMO, vereque MAXIMO nostram imbecillitatem, quo Auctore VIVIMUS (1), ET MOVEMUR, ET SUMUS), adhibita cura, & lima qua opus habent, feliciter emergant.

[1] *Act. Apost.* Cap. xvii. versic. 28. Seneca *ad Lucilium* ait pariter de Deo: *An potest aliquis supra formam, alibi legimus supra Fortunam* [Vide Libro v. Epistola vi. alias Epist. xli.], *nisi ab illo adjutus, exsurgere? Ille dat consilia magnifica, & erecta &c.* Multorum vero Poëtarum paganorum adfe-

runt adsimiles sententias Alphonfus Salmeron, Joannes Lorinus, Cornelius a Lapide, videlicet Menandri, Callimachi, Homeri, Hesiodi, aliorumque: His autem multo plures addi possent Sanctorum Patrum, & Catholicorum Scriptorum, quæ facile occurrunt in eorundem voluminibus.

F I N I S .






---

EXCUDERATUR  
ROMAE  
TYPIS ZEMPELIANIS  
ANNO MDCCXLII.  
NONIS NOVEMBR.





NUMMI  
HIERONYMI EQU  
EX  
MUSEO VI  
PROLA



NUMISMA  
HIERONYMI EQUITIS ODAM  
EX  
MUSEO VICTORIO  
PROLATUM.



SIC ORA FEREBAT.

*Virgil. Lib. III. Æneid.*

— R O M A E —

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA JOANNIS ZEMPEL  
APUD MONTEM JORDANUM ANN. DDM. MD. CD. CC. XLII.

—  
ADPROBATIONE, ET PERMISSU.







DEMONOGRAMMATE  
*SANCTISSIMI NOMINIS*  
JESU



DE VETUSTATE  
ET FORMA  
MONOGRAMMATIS  
SANCTISSIMI NOMINIS  
JESU  
DISSERTATIO

Antiquis emblematis , non antea vulgatis ,  
ex MUSEO VICTORIO referta .



R O M A E  
TYPIS ZEMPELIANIS . CLO. IO. CC. XLVII.

---

PRAESIDIUM FACULTATE.

Nec enim aliud NOMEN est sub cælo datum hominibus , in quo oporteat nos salvos fieri .

*Act. Apostolor. Cap. iv. Vers. 12.*

v

A U C T O R  
L E C T O R I S U O

E Y Π P A T T E I N .



U A, Lector benevole, frui consuetudine, adeo nobis jucunde solet evenire, ut sæpe in aliqua re promenda nostrum negotium sit; sed quartus jam elapsus est annus, postea quam nihil lucubrationum nostrarum vulgavimus. Ne videamur autem inurbanitatis vitio reprehendendi, si in ipso dicendi limine, salutem tibi, quisquis es, dicere neglexerimus, nonnulla in mentem venerunt, quibus tuo nomini epistolam conscriberemus, & refertam omnibus officiis, & aliquo sale non incongrue conditam. Tua scilicet humanitas plurima a nobis exigit officia, queis pro nostra tenuitate satisfacere, ut par esset, vix contendere valeamus. Sed, etsi optime noverimus meritorum tuorum conditionem egregiam, non est hæc ratio instituti nostri, quæ longius a re, quam tractare decrevimus vagari permittat. Certus igitur obsequii nostri, accipe lubens in manus tuas dissertationem hanc, quam *de vetustate, & forma Monogram-*

*grammatis sanctissimi Nominis JESU* elucubravimus, pluribus antiquis monumentis, non antea vulgaris instructam, quæ in gratiam tui ex *Museo Victorio* plerumque depromimus. In his sunt literæ initiales R. T. antiquorum Christianorum cælaturis insignes.

Porro literam R. a qua sumit initium disertatio, ornat Lapillus Chalcedonius, insculpta epigraphæ, RELIGIO VICISTI, quantivis æstimandus, eidem Museo adauctus ex humanitate sua a cl. viro Luca Nicolao Recchi, genii atque ingenii laude in Urbe spectatissimo. Auguror pretiosum hunc lapillum, voti exprimendi causa cælatum, fuisse, quando miserator Dominus, a via perditionis aliquem, singulari inscrutabilique suæ benignitatis providentia, consilioque vocaverit ad viam salutis æternæ; ita ut Evangelii veritate perspecta, cognitaque clamaverit. VICISTI RELIGIO. Itaque grati animi ergo, post hæc, anulari lapillo memoriam insignis beneficii insculpi curavit. Si quando illud acciderit, quis exquirat, facile ad ea tempora referendum arbitramur, quibus impius ille apostata Julianus, omnium judicio, magisque sui reatus enormitate, damnatus interiit, exclamans: VICISTI GALILAEÆ. Rem diserte narrat Theodoritus Cyri Urbis Episcopus (1), & Philostorgius in Epitoma Historiæ

(1) Historiæ Ecclesiasticæ Lib. M.DC.LXXIII, pag. 147. Hic vir doctissimus Sæculo v. floruit, obiitque.

storiæ Ecclesiasticæ a Photio Schismatico Patriarcha Constantinopolitano confecta (1) : narrat quoque Nicephorus Callistus (2) , aliique veteres Scriptores , quorum testimonia in Annalibus Ecclesiasticis recitat (3) Venerabilis Dei fervus (4) , Cæsar Cardinalis Baronius (5) , sacri Cardinalium Collegii , & Congregationis Oratorii , post dilectum Deo , & hominibus sanctum Philippum Nerium Fundatorem (6) , magnum decus .

Litera τ . hujus Epistolæ caput , antiquo toreumate vitreo subflavi coloris , sed diaphano decoratur , in quo equestris imago loricati militis ,

(1) Lib. VII. Cap. xv. *Ibid.* pag. 509. & seq.

(2) Historiæ Ecclesiasticæ Tomo posteriori , Lib. x. Cap. xxxv . Edit. Lutetiæ Parisior. in fol. M.DC. xxx. pag. 83. & seq.

(3) Ad Ann. Christi. c c c l x i i i . num. LVII.

[4] Hoc titulo deinceps nomen Cæsaris Cardinalis Baronii decorari præcepit Benedictus XIV. Pontifex Maximus die XII. Mensis Januarii Anno MDCCXIV. ut in sequenti notatione monetur .

(5) Vitam Cæsaris Baronii S. R. E. Presbyteri Cardinalis , & Apostolicæ Sedis Bibliothecarii , edidit Romæ Latina lingua conscriptam , & tribus libris digestam Hieronymus Barnabeus Perusinus , Congregationis Oratorii Presbyter , Anno MDCLII. in 4. Ceterum post Historiam vitæ sancti Philippi Nerii a Petro Jacobo Baccio vulgatam , Frater Jacobus Riccius Ordinis Prædicatorum Magister , & Procurator , ut ajunt , Generalis , nec non sacre Congregationis ab Indice

nuncupatæ olim a secretis , vitam quoque Baronii , aliorumque ejusdem sancti Philippi Sociorum addidit , cui in nupera , ac nitidissima editione Vitæ S. Philippi Nerii , & Sociorum Anno MDCCXIV. in Urbe curata , typis Bernabè & Lazzarini , Baronio *Venerabilis servi Dei* titulus præfixus est . In fine autem Summi Pontificis decretum enunciatur , eod. An. MDCCXIV. emanatum die XII. Januarii , ut omnibus pateret , qua freti auctoritate id fecerint editores . Videbis , pag. 56 .

(6) Ultra honestatem , & sanæ mentis modum progressus est Senensis quidam Academicus *Intronatus* , edito Libro , *Lo studio delle Donne &c.* in quo plurima falsa , pauca toleranda , omnia male digesta sunt . In eo , Deus immortalis ! quid legeris nisi injurias , & convicia cumulata conviciis adversus sanctum Philippum Nerium , & ab eodem institutam Congregationem Oratorii ? Contra male sanas illas lubricationes , multi stilum acuerunt ; ejusque male dicta , quod hætenus non fecit ipse , acriter alii confutarunt .

Itis robustæ ætatis, exprimitur, sinistra gerentis scutum formæ triangularis inversæ (1), cujus in area Crux superest: dextera vero, hasta longa, cuspidem in inferiori parte armata, draconem ingentem, frementemque hianti ore, conficit. Equus ornatur freno, habenis, ephippio, phalerisque. Miles disco rotundo pone caput distinguitur. Utrisque in area toreumatis legitur. Θ ΘΕΩ--ΔΩΡΟC. videlicet *Divinus*, sive *sanctus Theodorus*. Hic ille est Theodorus miles, qui *Tyro* dicitur, quod in *Legione Tyronum* militaverit; dicitur etiam *Amasenus*, & *Euchaita*; etenim *Amasæ* in Ponto passus est, & apud Civitatem *Euchaitam* draconem interfecisse traditur. Verumtamen eo translatis ejus corporis sacris reliquiis, *Euchaita* Civitas *Theodoropolis* postea nomen sortita est. Martyrologium Romanum de eodem agit die IX. Novembris (2). Menologium autem Græcorum ad diem XVII. Februarii (3).

Frontem primæ paginæ decorant tria vitrea, & inedita sacræ vetustatis anthemata auro bracteata, quorum medium tenens, JESUM CHRISTUM exprimit, toga pallioque de more vestitum, extenso brachio dextero virgam gestantem, ac sustollentem in modum imperii; sinistra vero

(1) Livius Decade I. Lib. IX. Cap. XXVIII. Samnitum arma describens, quibus adversus Romanum Dictatorem Papirium usi sunt in bello, de scuto ait. *Forma erat scuti, summum laterius, qua pedus, atque humeri tegun-*

pal-  
tur, fastigio aquali: ad imum cuneatior, mobilitatis cavissa.

(2) Vide notationes Baronii, lit. c. in eodem loco.

(3) Parte II. pag. 196. Edit. Urbini in fol. M.DCC.XXVII.



pallium recipit, reflexumque sub eodem brachio ad se trahit, sinistrorsum adposite defluente ipsius pallii extremitate. Circum septem sportulæ, sive canistri in area numerantur: duo videlicet inter caput, & virgam: tres inter virgam, dexterumque pedem, unus post alium: duo ad sinistram, posterior unus, alius superior. Miraculum, quo JESUS CHRISTUS secundo famelicis turbas, multiplicato insigniter pane, ac piscibus satiavit, narrant sancti Evangelistæ Matthæus (1), & Marcus (2). Illud exhibet sacrum hoc cimelium: primo etenim altero, similique prodigio, non utique septem fragmentorum sportas superuisse legimus, sed duodecim, id ipsum testantibus sanctis Matthæo (3), Marco (4), Luca (5), & Joanne (6). Nonnulla hujus historiæ antiqua exempla, vitreis sacrorum Urbis cœmeteriorum monimentis expressa, exhibuit clarus Bonarrotius (7) eruditis adnotationibus illustrata (8). Alia etiam ejusdem speciei, atque auctoritatis testimonia sacræ antiquitatis, publici juris fecit Boldettus (9).

Transitum nunc facimus ad monimentum alterum, ad dexteram hæctenus descripti colloca-

b tum;

(1) Cap. xv.

(2) Cap. viii.

(3) Cap. xiv.

(4) Cap. vi.

(5) Cap. ix.

(6) Cap. vi.

(7)  *Osservazioni sopra alcuni fram-*

*menti di vasi antichi di vetro ornati di figure &c. Tav. vii. e Tav. viii.*

(8) Pag. 54. & seqq.

(9)  *Osservazioni sopra i Cimiterj de'*

*santi Martiri, ed antichi Cristiani &c. Lib. 1. Cap. xxxix. pagina 197. pag. 205. & pag. 208.*

tum; refert autem unum ex sanctis Magis, munus deferentem ad puerum JESUM (1). Figura valde similis illi est, quam laudatus Bonarro- tius vulgavit (2); in area tamen hujusce nostri vitrei emblematis, quæ octo lateribus definitur, volumen expressum non est, ut in eo visitur, cujus area rotunda est.

Aliud quod superest ad sinistram, Para- lyticum repræsentat, læctulum suum gestantem humeris suis, a Domino nostro JESU CHRISTO sanitati restitutum (3). Exempla duo idem Bo- narrotius protulit (4). De his omnibus post eundem egregium scriptorem (5), quicquam dicere superfedimus, nisi quod in paucis ad- modum nostra hæc vetusta cimelia ab editis di- stinguuntur. Paralytici imago grabatum sustol- lentis semel visitur apud Boldettum in antiquo vitro (6), in quo & tres Pueri in fornace ignis ardentis, & Panis ingens multiplicatio, septem sportulis quæ superfuerunt turbis satu- ratis, exprimitur; & Tobias pisce capto. In orbiculo medio, circa quem hæc symbola spectantur, vir quidam certe illustris, pe- ctore tenus effictus est, laticlavio insignitus, adposita in gyro adclamatione ZESES. Sunt qui putant hac imagine JESUM CHRISTUM depictum  
exhi-

(1) Matthæi Cap. 11.

[2] Tab. IX.

(3) Matthæi Cap. IX. Marci Cap. 11. Lucæ Cap. v.

(4) Tab. IX.

(5) Videlicet pag. 58. & seqq. *Item* pag. 68. & seqq.

(6) Lib. I. Cap. XXXIX. pag. 197.

exhiberi, ab ipsa inscriptione sumto argumento (1); sed ex ipso eodem lemmate Græcæ originis, contrarium evincitur (2). Sane JESU CHRISTI imaginem, utraque manu ad pectus conversa, ut in illo antiquo vitro, auro bracteato visitur delineatus vir, numquam me vidisse memini. Possent

b 2

heic

(1) Ad eundem Boldettum, *Observaz. sopra i Cimiterj &c.* Tomo. I. p. 198.

(2) A Bonartotio in *Observationibus ad vasa vitrea*, pag. 204. & seqq. ea vox plene illustratur; quin etiam pag. 53. opinionem quorundam rejicit, qui convivalem formulam PIE ZESES, a Christianis fidelibus usurpatam putant, ut Gentilibus fucum facerent, & venerationem, qua Nomen JESU proferebantur, ita occultarent. Vitrum antiquum a Fabretto editum, *Antiquar. In script.* Cap. VII. pag. 539. in quo tres Græcæ representantur, adpositis cuique suis nominibus, ac præterea lemmate PIETE ZESETE, MULTIS ANNIS VIVATIS, dilucide ostendit quod querimus; & ipse Fabretus illud PIETE ZESETE, ductum a Græcis verbis existimat  $\pi\acute{\iota}\omega$ , &  $\zeta\acute{\epsilon}\omega$ ; ita ut mirari oporteat, quod sacrum censuerit parvulum amuletum *ibidem* exhibitum Cap. VIII. pag. 594. figura manus, quæ tesseram ostendit eum inscriptione ZES ES, quasi Nomen JESU præferat, quum tessera Gentium sit, & explicari debeat VIVAS; Testem autem frustra, ut opinamur, appellat Paullum Aringhium *Romæ Subterraneæ* Tom. II. Lib. IV. Cap. XXXVII. pag. 265. Existat in *Museo Victorio* vitrum antiquum nondum editum, auro bracteatum, in quo imago viri illustris expressa est cum Lato elavojia gyro autem hæc inscriptio legitur. SER BVLE. PIE. ZESES. HILARES. OMNES. Sed eandem puram adclamationem ZHCAC, vidimus *ibidem* carneolæ anulari inscriptam; nec tamen Christi-


stianis adscribimus, sed cum xenii reponendam duximus, quæ amicis in Saturnalibus, aliisque jucundioribus anni diebus, in conviviiis, aut salutationibus, pro strena, gemmis etiam ad id cælatis, dari mos erat. Porro hujusmodi est gemma hisce literis ex albo excelsptis, area nigricante: EYTYXI EYFENI ZHCAC, quam vidimus penes egrægium virum, Rmum P. Domnum Alexandrum Josephum Chiappini, Congregatorum Lateranensium Abbate in Generalem, quem honoris, & amicitiae causa nomine. His adde, quæ scribit el. Lupius in animadversionibus ad Severæ Martyris epitaphium §. IX. pag. 192. & pag. 193. Patet autem literam Z. pro I, etiam in ipso Nominis JESU fuisse aliquando usurpatam; ita ut ZESVS, ZESVS CRISTVS &c. occurrat, tum apud Bonartotium in duobus vas vitreis, quæ protulit Tab. VII. num. 1. & Tab. XVI. num. 2. tum apud Boldettum in aliis vitreis vasculis Lib. I. Cap. XXXIX. pag. 194. pag. 205. & pag. 208. Item in lapide apud Gruterum Pagina MLVIII. num. 6. & fortasse alibi. Verum enim vero ea vox ZHC. ZHCIC, ZHCAC, ZHCAC, ZESES [ non enim semper emendate scribebant veteres, neque semper integrum exprimebant verbum ], propriam habet significationem; proprieque Græcæ adclamationis formula est, & Latinis sonat VIVAS, ut supra monuimus; neque illam unquam ad exprimendum Nomen JESU a Christianis fidelibus usurpari, ac sumi licuisse crediderim.

heic addi alia quoque exempla , si recensenda essent cælata marimora ad formam , atque usum sarcophagorum , si musiva opera vetustarum sacrarum ædium , si codices antiquos penicillo depictos inspiciendos curavissimus ; sed neque opus est sacras hæc historias reddere clariores , quum sint admodum notæ ; & nobis visum est eruditis viris morem gessisse , postquam aliqua ejusdem generis adlata sunt , abunde ab ipsis editoribus illustrata .

Tamquam parergon post hanc Epistolam adposuimus vitreum fragmentum magni scyphi , sive crateris veterum Christianorum , circa quem , opere diaglyphico elaboratæ spectantur sanctorum Apostolorum nonnullæ imagines stantes , dextera manu volumen novæ Legis sustinentes . Quis vero non doleat adeo insigni monumentum , nonnisi mutilum ad nos pervenisse ? Pulcherrimum enim opus magnopere laudaretur , si integrum spectare licuisset . Equidem arbitror , in fundo hujus crateris , parte exteriori , quæ excisa ab artifice est , JESU CHRISTI protomen contemplaremur , & duodecim in gyro imagines Apostolorum ; sed nonnisi frustulum exhibemus , quale adhuc superest . Circuli autem portio hæc , diametrum crateris circiter palmarem fuisse demonstrat ; & fortasse ad peragenda sacra mysteria , primi Christi-

stifi-

stifideles , hoc eodem calice , ut moris erat ea ætate (1) , frequenter utebantur . Sed imprefsum in antiquo vitro *Musei Victorii* ( pastam antiquam nuncupant recentiores antiquarii ) , unum ex veteribus calicibus , certo certius opinamur , quum in eodem vitro Crucem superne effictam intueamur . Quare imaginem , juxta vitri magnitudinem heic adponimus , ut hæcenus a nobis , aliisque dicta de his calicibus veterum Christianorum , veraci ac sincero hoc quoque testimonio nitantur , & confirmentur .



Quid enim aliud , nisi formam vetusti calicis illud exprimit ? Sin vero calicis figura ea non est , cur in vitri area superiori Crucem formavit artifex ? Frustra autem , & inconsiderate hujusmodi parva signa , & imagines rerum ad posteros transmississe primores Christianifideles , nemo unus inquiet , sapiens , & cordatus vir , nec serio umquam proferet .


Omnia hæc veterum Christianorum descripta monumenta , aliaque aliquando pro opportuni-

(1) Videndus Bosius cum Severano , *simillimo* , & Bonarrotius in *Observationibus ad vasa vitrea* , pag. 37. alibi *XXVII. Item Aringhii* in Opere huic etiam a nobis in hac dissertat. citati .

XIV AD LECTOREM EPISTOLA  
 nitate exhibenda , quæ in *Museo Victorio* Romæ  
 adſervantur , a mercatoribus rerum antiquarum  
 variis temporibus pretio redempta ſunt , plerum-  
 que nonnullis , diverſiſque Gentilium cimeliis  
 commixta , neque ab ipſis venditoribus fortaffe  
 ab illis diſcreta , niſi quod operis aliquam ruſti-  
 citatem præferant . Interea vero ad argumenti  
 noſtri ornamentum , ex Operibus ſancti Damasi  
 Papæ (1) , duo hæc Epigrammata deſcribantur ,  
 verſibus acroſtichis , & teleſtichis , ab eodem  
 ſummo Pontifice , piſſime , & æque eleganter  
 concinnata .

(1) Tom. xxvii. Bibliothecæ maxi-  
 mæ veterum Patrum , & antiquorum  
 ſcriptorum Eccleſiaſticorum &c. Edit.  
 Lugduni in fol. M. DC. LXXVII. pag. 85.  
 Apud Martium Mileſium Saraza-

nium , in editione Operum , quæ ex-  
 ſtant ſancti Damasi Papæ , Romæ Ty-  
 pis Vaticanis . cl. loc xxxviii. pag.  
 81. *Ibidem* videlicet notationes ejuſdem  
 Sarazanii , pag. 166. & ſeq.



SAN

XV

# SANCTI DAMASI PAPAE

*Elogia de Nomine JESU*

## C A R M E N VII

I	N REBVS TANTIS TRINA CONIVNCTIO MVND	I
E	RIGIT HVMANVM SENSVM LAVDARE VENVST	E
S	OLA SALVS NOBIS ET MVNDI SVMMA POTESTA	S
V	ENIT PECCATI NODVM DISSOLVERE FRVCT	V
S	VMMA SALVS CVNCTIS NITVIT PER SAECVLA TERRI	S

## C A R M E N VIII

I	VRE PARI REGNAT COMMVNIS CONDITOR AEV	I
E	T CVM PATRE PIA REGNAT SVBLIMIS IN ARC	E
S	IDEREO SANCTIS INSIDIT NVMINE REGNI	S
V	NDE MARE ET TERRAS SOLO VIDET OMNIA MVT	V
S	VGGERIT HVMANIS ET DONAT MVNERA REBV	S

---


## C O R O L L A R I U M

**D**UM in deliberando versamur, quid in sequenti pagina adponeretur, ut aliquo ornatu non careret; nec tamen quidquam in promptu esset, nil tale expectantibus nobis, oblata est parvula quaedam tabula, longe ante hac non omnino indiligenter cælata, quæ visa est valde opportuna, ut vacuam pagellam impleret, & Lectorem aliqua delectatione adficere, posset. Primam illius delineationem ad ætatem sancti Bernardini Senensis referendam putamus, cui ætati sacrum æneum amuletum adscripsimus, editum in hac dissertatione pag. 17. quum persimilis eidem sit characterum forma, si lubeat comparare. Itaque, sumtui non parcentes, ad exemplaris fidem, iterum exscalptam, illic exhibemus.

In ea Monogramma sanctissimi Nominis JESU, de  
quo


quo tractare constituimus , expressum est . Spectantur in Cruce, quæ Monogrammaticis locum principem occupat, clavi Dominicæ crucifixionis; & circum sanctorum quatuor Evangelistarum imagines, juxta Ezechielis visionem Cap. 1. Versic. 10. quemadmodum in pluribus antiquis monumentis illæ occurrunt . Sed monumenta quæ vulgantur , magis delectare , & movere solent quam verba ; & cuilibet descriptioni rerum ipsarum imagines sunt præferendæ . Huic autem Monogrammaticis eruditæ figuræ , ex sancti Pauli Apostoli Epistola *ad Philippenses* Cap. 11. Vers. 9. adposuimus emblemata .

## N O M E N



S U P E R . O M N E . N O M E N





DE VETUSTATE  
ET FORMA  
MONOGRAMMATIS  
SANCTISSIMI NOMINIS  
JESU



EM aggrederer difficillimam,  
& quæ vix ab aliquibus sanctis Patribus satis accurate descripta est, si de mysteriis tractare contenderem, quibus sacratissimum Nomen JESU abunde refer-  
tum est. Requiritur ea hominem sanctissimum, doctissimumque, non obscurum, sæcularemque, primis recte scribendi rudimentis vix initiatum. Non is ego sum, qui talia sustinere pondera præsumam, viribus meis inæqualia, quum aliqua eorundem Patrum Com-  
A men-

mentaria perlustrans, sæpius meam redarguere, incitiam coactus sim; imparem adeo rebus divinis tractandis me utique considerans. Itaque, optime consultum erit nostræ imbecillitati, si omissis omnibus, quæ cum iisdem Patribus dici possent (1), in eo tantum consistam, & versari studeam, quæ propius spectant illos characteres, quibus variis temporibus usi sunt Christi fideles ad exprimendum sanctum, & divinum Nomen JESU. Et hoc quidem faciam libenter, quod nullius opera expensum viderim: faciam etiam diligenter, ut Lectorem non fallam, & nostras lucubrationes volenti animo, ut solet, excipiat.

Igitur, ne tempus otiosa circuitione verborum inutiliter conteramus, primo loco expendemus, & illustrabimus nonnullas vetustissimas ima-

(1) Lucæ Cap. I. Versic. 31. *Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis Nomen ejus JESUM.* Vers. 32. *Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur &c.* Item Cap. II. Vers. 21. *Et postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est Nomen ejus JESUS, quod vocatum est ab Angelo, prius quam in utero conciperetur.* Angelus autem in somnis Joseph adparens, inquit sanctus Matthæus Cap. I. Vers. 21. *Pariet autem filium, & vocabis Nomen ejus JESUM; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* S. Isidorus, *Orig. Lib. VII. Cap. II.* JESUS, ait, *Hebraice, Græcè ΣΩΤΗΡ, Latine autem SALUTARIS, sive SALVATOR interpretatur, pro eo, quod cunctis gentibus SALUTIFER venit.* Etymologiam enim Nominis hujus, etiam Evangelii-

sta significat, dicens: *Vocabitur nomen ejus JESUS, idest SALVATOR: quia ipse salvum faciet populum suum.* Sicut enim CHRISTUS significat REGEM, ita JESUS significat SALVATOREM. Non itaque nos salvos facit quicumque REX, sed REX SALVATOR. Quod verbum Latina lingua antea non habebat, sed habere poterat, sicut potuit quando voluit. Ita ipse Isidorus Libro eodem Cap. VI. inquit. *JOSUE interpretatur SALVATOR.* Ipse enim, in figura CHRISTI, populum a deserto salvavit, & in terram repromissionis induxit. Scribit S. Ambrosius Lib. II. *Comment. in Lucæ Cap. I.* *Habent hoc merita Sanctorum, ut a Deo Nomen accipiant.* Sic Jacob, Israël dicitur, quia Deum vidit. Sic Dominus noster JESUS nominatus est, antequam natus, cui non angelus, sed Pater nomen imposuit,

imagines, quarum in vestibus literæ singulares, sive supra, sive infra spectantur. Occurrunt eæ in antiquis vasculis vitreis auro depictæ: in vetustis Basilicarum absidibus opere musivo constructæ: item in veteribus codicibus variis coloribus distinctæ. Earumdem singularum literarum interpretationem adeo diversam produnt eruditi viri, ut dubitandi potius ansam præbuerint, quam veritatem elucidasse videantur. Auctores Romæ subterraneæ (1) literas T. X. I. & H. animadvertenter in vestibis antiquarum imaginum, illarumque interpretationem ita exposuere, ut litera T. *Crucem*, sive *Tau* significare prodiderint: X. *Crucem decussatam*: I. *Nomen JESU sanctissimum*; licet enim apud Græcos litera I. numerum designet, nempe decimum, tamen idem JESU Nomen pariter denotat, ut habet S. Clemens Alexandrinus, inquiens (2) *Μήτι τὸν δεκάχορδον ψαλμίου,*

## A 2

τὸν

(1) Antonius Bosius Lib. IV. Capite xxxviii., Paullus Aringhius Tomo II. Lib. VI. Cap. xxviii.

(2) *Pædagogi*, Lib. II. Cap. IV. Gentianus Hervetus, qui selectis, perpetuisque commentariis prosequutus est Opera sancti Clementis Presbyteri Alexandrini, editione Parisiensi in fol. An. M. D. LXXX. pag. 202. & seq. subdit ad hunc locum illustrandum. *Psalterium autem decachordum, Verbum JESUM, Dominum, inquam, nostrum significat. Nomen enim JESU per Græcam literam Iod, quæ decem significat, ostenditur: quæ etiam significatur, ut alii exponunt, decem Legis præcepta. In decachordo ergo Psal-*

*terio psallere, est Deum laudare, in Nomine Domini omnia facere, charitatisque, & Dei præcepta servare &c.* Verum, qui primus edidit sancti Clementis Alexandrini Opera græca, fuit *Petrus Victorius* noster, qui nitidissimam editionem, in forma folii, ut ajunt, curavit Florentiæ typis Laurentii Torrentinii, An. MDL. inscripsitque Marcello Cervino Cardinali, sibi longe amicissimo. Notationes ejusdem *Petri*, & aliorum, altera editione, pariter in fol. postmodum addidit *Friedericus Sylburgius* Veterensis, ex Typographejo Hieronymi Commelini. Anno MD. LV. xcii. ad quem requisitus unusquisque miserat suas.

τὸν λόγον, τὸν Ἰησοῦν μινύει, πῶ σοιχείῳ τῆς δεκάδος φανερέ-  
 μιον; Quod latine vertitur. *An non decachordum psal-*  
*terium verbum JESU significat, litera, sive elemento*  
*decadis indicatum? Demum H. pariter JESU No-*  
*men expressisse putant, sumentes H. tamquam*  
*Græcum Ita.*

De his legendus præ ceteris Albertus Rube-  
 nius *de Re Vestitaria* (1), & Benedictus Millinius  
 in Descriptione Ecclesiæ, titulo sancti Andrea  
*in Barbara* nuncupatæ (2): item Fratres Macri  
*in Hierolexico* (3).

Post illos Joannes Ciampinius vir eruditissi-  
 mus illustrans vetera monimenta de iisdem cha-  
 racteribus plenissime differuit (4), sed cum Bo-  
 sio, atque Aringhio non convenit: nullam enim  
 aliam vim tribuit illis literis, aliisque signis, quæ  
 in vestibus antiquarum imaginum conspiciuntur,  
 nisi quam in pannis nostra ætate præfert *il Mar-*  
*co*, sive *l'impronta* officinæ Textoris; easque ve-  
 teres Pictores, imitatione nullatenus necessaria,  
 sed scrupulosa nimis diligentia, qua pingebant,  
 repræsentasse. Viderat Ciampinius tam multas sa-  
 cras vetustas imagines; quin etiam easdem ima-  
 gines Domini nostri JESU CHRISTI, atque Apo-  
 stolorum, sæpe non illis ipsis; immo vero lite-  
 ris

(1) Lib. I. Cap. x. Vide sis apud Jo-  
 annem Georgium Grævium, in *The-*  
*sauræ Romanarum Antiquitatum* To-  
 mo VIII. Item ubi *de Lato clavo*,  
 apud eundem Grævium Tomo VI.

(2) Eam descriptionem vulgavit  
 Ciampinius *Veterum Monumentorum*  
 Parte I. Cap. XIII. pag. 98. & seqq.

(3) Verbo *Gammadia*.

(4) Parte I. Cap. XIII.

ris non numquam variis distinctas in vestibus. Quae de re conjecturam suam exposuit, causamque dissentienti ab Antonio Bosio, Paulloque Aringhio illam esse declaravit. Vestes autem illo ævo inconsutiles fuisse existimat, non in partes forcipe dissecto panno, ut moris est hodie, acu postmodum, filoque adfutis: quare ea omnia, quæ pictores in iis vestibus viderant, puta literas, signa &c. fideliter expresserunt.

Nobis sententia est, vestes inconsutiles prioribus temporibus tantummodo fuisse adhibitas: neque enim putamus sæculis posterioribus quoque usu venisse, ita ut sæculo nono vestes inconsutiles adhuc communes esse adfirmemus. Porro sæculo nono adscribitur musivum opus, quod in Ecclesia, *S. Mariæ Novæ*, vulgo nuncupata visitur (1). Leo enim Quartus Pontifex Maximus a fundamentis denuo construxit, vetustiori templo fatiscente penitus dejecto. In illis vero imaginibus circa vestium extremitates literæ depictæ sunt. Itaque si vetustiores imagines, quarum indumenta characteribus distinguuntur, inconsutiles eo argumento vestes expressas referre dicendum sit, easdem ipsas tam posteriores picturas prædictæ Ecclesiæ *sanctæ Mariæ Novæ*, adsimili, neque alia omnino ratione vestes inconsutiles repræsentare concludendum erit. Sed qui volunt hæc adfirmare, ut fidem sibi

conci-

(1) Consulendus Ciampinius *Peter. Monim.* Part. II. Cap. xxviii. Tab. LIII.

concilient, quonam prolato testimonio nitentur?

Bonarrotius tamen Ciampinio adfentitur (1), easdemque literas, quæ in vestibus antiquarum imaginum sunt delineatæ, vel exhibere sigillum officinarum ipsorum textorum, vel etiam ad libitum musivariorum expressas; nulloque profus mysterio constare (2) opinatur. Suam opinionem tueri firmiter quoquo modo valuisset, si Josephi Mariæ Suaresii Episcopi Vasionensis Diatriba *de Vestibus literatis* (3), sive animadversionibus in ea recensitis (4), uti duxisset opportunum; ibi enim inquit (5). *In istis ergo elementis, quæ ad arbitrium, libitumque artificum, & casu persæpe sculpta fuerunt, animi nervos acrius intendere, ac ingenii aciem deterere, atque obtundere diutius, bonasque horas collocare, nihil aliud censeo, quam oleum, & operam perdere &c.*

Boldettus nihil omnino addidit in suo Opere (6) ad illustrandum vetustum hunc morem, neque ad dirimendam quæstionem diu inter eximios, & eruditos viros agitatam. Lectorem au-

tem

(1) *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro ornati di figure &c.* pag. 89.

(2) *Ibidem* pag. 90.

(3) Diatribam edidit Vasioni Kal. Junii Anno 1610. in 4.

[4] Pag. 7. suam sententiam in hæc verba promit. *Crediderim enim artifices musivarios, ut pretiosas vestes demonstrarent eas, quibus induti exhibebantur, & amici Christus Dominus, ejusque Apostoli, & alii Heroes illustres,*

*sanctique viri, expressisse illis ipsis in vestibus varias literas absque defectu, & temere, alludentes ad morem antiquum, usurpatumque tamdiu nomina, titulos, & versus inscribendi, adtexendique vestimentis patriciorum, ac nobilium civium, quæ in pretio ingenti habebantur &c.*

(5) *Ibid.* pag. 8.

(6) *Osservazioni sopra i Cimiterj de' SS. Martiri &c. Libro I. Capitolo LVIII.*

tem breviter monet, ac multa paucis ea de re comprehendit (1), tum ad alia properat. Sed, ut vera fateamur, quod est animi ingenui singulare argumentum, præceptisque Dominicis inculcatum, non uno in loco in Sacris Bibliis (2), nullius sententiæ ad hanc diem vulgatæ plene adquiescimus; partim enim cum Bosio, atque Aringhio, partim cum Rubenio, partim etiam cum Millinio communis est nostræ opinionis ratio. Ita ut iisdem literis non semper eandem tribuamus potestatem significandi rem aliquam; sed ab ipsis imaginibus significationem auspicantes, modo *Nomen*, modo *Patriam*; aliquando *Typum Artificis*: modo *Christum, Crucem, Apostolos &c*, hujusmodi figlis indicari posse deprehendimus. Reliqua signa,

(1) Vide pag. 303. Item Lib. 1. Capite xxxix. pag. 196.

(2) Legimus in Evangelio JESU CHRISTI secundum Matthæum Cap. v. Versic. 37. *Sit autem sermo vester EST, EST: NON, NON: quod autem his abundantius est, a malo est.* Idem profus occurrit in Epistola Catholica S. Jacobi Apostoli, Cap. v. Vers. 12. Vide quoque sancti Pauli Apostoli Epistolam II. ad Corinthios. Cap. I. Vers. 17. Juvenus Hispanus Poëta, de Historia Evangelica. Matthæi v. canebat.

EST, EST *sufficiat, quod non est, dicite NON EST.*

Utinam verba hæc tam sancta, quæ profecto Domini præcepta sunt, domi, forisque: in magnis quoque negociis, minoribusque, ab omnibus ubique locorum, semper usurparentur. Aufonius ad *Paulinum* scribebat Epistola xxv.

*Est etenim comis brevitatis: sic fama renatum*

*Pythagoram docuisse refert, cum multa loquaces*

*Ambiguus sererent verbis: contra omnia solum,*

EST respondebat, vel NON. *Oh certa loquendi*

*Regula! Nam brevius nihil est, nec plenius istis.*

Idem Aufonius *Edyllio xvii.* dum hæc meditaretur, inquit.

EST, & NON, *cuncti monosyllaba nota frequentant.*

*His demtis, nihil est, hominum quod sermo volutet.*

*Omnia in his, & ab his sunt omnia, sive negotj,*

*Sive oij quicquam est, seu turba; sive quietis &c.*

. . . . .  
*Qualis vita hominum, duo quam monosyllaba versant!*

quæ a characteribus aberrant, diligentius examinari velim (1): non enim omnia, quæ a cl. Ciampinio edita sunt Parte I. veterum monumentorum (2), videntur probanda. Quippe qui a vetustis musivis operibus in aliis plerisque locis, longius ab Urbe Roma existentibus, exceperere, & ad illum exemplaria miserunt, rarissime, ac fortasse numquam ad ipsas picturas propius accedendi facultatem habuerunt; quemadmodum, ut necesse erat, in Urbe illum fecisse planum est, ad motis scalis, & constructis non uno ordine tabulatis, ut inspiceret accuratius sacrarum ædium absides, arcus, & picta musivariorum ope ornamenta quæque. Sed esto sint fideliter descripta ea omnia, non omnia sane veterum institutorum exempla, & specimina rerum explorata adhuc esse, libere profiteamur: sed neque ea signa, quæ ornamentis gratia plerumque vestimentorum fimbriis adpicta fuerunt, cum characteribus, qui in iisdem vestibus conspiciuntur, pro captu nostro, comparanda esse decernimus.


Quod autem spectat ad literas I. & H. quibus venerabile Nomen JESU, ut paullo ante dicebamus cum auctoribus Romæ subterraneæ, vetustiores Christi fideles curarunt exprimere, suppetunt antiquissima monumenta, quibus nostra illustretur, & valide firmetur opinio. Clarus vir,  
dum

[1] Inquit enim Menander. Τῆς ἐπιμελείας πάντα δὲλα γίγνεται. Hoc est: *Diligentia omnia subdita sunt.*

(2) Capite XIII. pag. 102.



SS. NOMINIS JESU  
 dum in vivis esset, amicus noster, Antonius Maria Lupius Societatis JESU Sacerdos, in Dissertatione, atque Animadversionibus ad Severæ Martyris Epitaphium (1), edidit hunc lapidem.



Subditque vir apprime doctus . *Anchoram . . . . . vide in hoc . . . . . Epitaphio bilingui Varroniae Plotinae* (2), quam in characteribus iis Græcis nuncupari credo ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΔΟΥΑΗΝ, JESU CHRISTI ANCILLAM, titulo Christianis virginibus consueto, ut observat Boldettus ad Aureliæ Agapetillæ Epitaphium (3). Sed hoc loci & Famianum Nardinum (4) laudare poterat idem Lupius; & iterum eundem Boldettum (5), occasione vetusti lapidis, qui Martyris tumulum obstruebat; in

B eo-

(1) §. XIV. pag. 137. Eundem hunc lapidem vulgavit iterum Muratorius, Tomo IV. *Veter. Inscript.* Classe XXV. pag. MCMLIV. num. 8. symbolis autem in lapide expressis valde immutatis.  
 (2) Hæc animadvertat, qui legit, erratum typographicum excurrissè in

illo Opere. Porro in lapide ediderat FOTINE, sic, sine diphthongo. Igitur irrepit l pro b, ut *Plotina* legeretur.  
 (3) Lib. II. Cap. XII. pag. 466.  
 (4) *Roma antica &c.* Cap. VIII.  
 (5) Lib. II. Cap. XVIII, pag. 580.



eoque SAVINILLA dicitur JESU CHRISTI ANCILLA .

Modo parum dissimili idem sanctissimum JESU Nomen legitur apud Cl. Marangonium (1), in antiquo lapide, qui adhuc extare dicitur in Coemeterio Callisti, Via Appia, muro adfixus, ob ruinas, quæ sunt subsequutæ (2) : sic autem se habet .

AVR. VENERIVS . IVLIAE VITALINI CONIVGI

BENEMERENTI . QVE VIXIT MECVM . ANN. XVIII

— IH M. III. D. X. DEP. XI. KAL. MART. DORMIT IN PACE ✱  
*Jesus* QVAE VIXIT . ANN. XL. *Christus*

Vulgavit jampridem Boldettus (3) antiquam fictilem lucernam, quæ modo servatur Romæ in *Museo Victorio*. Hæc solidum quemdam orbem habet ante anulum, quo ipsa capitur, ut circumduci possit; & in centro orbis ejusdem visitur Monogramma, literis utrimque expressis c. v. in hunc modum ; inquit autem idem editor, vero simile  judicari posse illis ipsis literis CHRISTUM JESUM significari, usurpata litera v. pro y. ut frequens est in antiquis monumentis. Sunt circa monogramma in gyro aliæ quoque literæ, quas tamen legere, atque interpretari, difficilis est conatus: at in orbiculari postica parte ejusdem lucernæ, iterum Monogramma purum express-


(1) *Acta S. Victorini Episcopi Am-  
 terni, & Martyris illustrata &c.* Ro-  
 mæ M. DCC. XL. apud Joan. Mariam

Salvioni Typographum Vaticanum .

(2) *Ibidem* in Appendice pag. 115.

(3) Lib. I. Cap. xv. pag. 63.

expressum est, quod minime animadvertit Boldettus. Jam vero literis singularibus Nomen JESU vidimus non semel in veteribus monumentis contineri.

Bosius (1), atque Aringhius (2) sequens monogramma ediderunt, quod Raphaël Fabrettus (3), primus interpretatur,  inquit: *liceat quoque de hoc Monogrammate augurari, ut explicetur JESUS, & nomen hoc inferius, superno CHRISTUS respondeat.*

Vidimus nuper in Museo Vallicellano (4) fictilem lucernam veterum Christianorum, decoratam in parte anteriori palmarum ramis impressis, in orbiculo vero inferiori hisce notis Y. S; & quidem majoribus characteribus. Queis Nomen JESU expressisse antiquos Christi fideles, nemo umquam, ut mihi videre videor, ibit inficias.

Fragmentum antiqui lateris protulit ex Museo Kircheriano eruditus Lupius in Epitaphio Severæ Martyris illustrato (5), hoc signo distinctum.



ubi ita scribit, quod, fragmentum, quia e Cæme-

B 2

te-

(1) *Roma sotterranea &c.* Lib. II. Cap. LXI. pag. 485.

(2) *Roma sotterranea &c.* Tomo II. Lib. IV. Cap. xxxvii. pag. 252.

(3) *Antiquar. Inscriptionum Capite* v. 111. pag. 585. num. 184.

(4) Museum exstat prope Bibliothecam manuscriptis Codicibus Græcis, Latinisque vetustissimis admodum refertam, editis vero libris raritate insignibus cuius comparandam.

(5) §. VII. pag. 46.

terio *Basille* erutum erat, dubitabam num *JESU Christi Nomen*, ibi a figulo aliquo Christiano impressum fuisset, obscuris iis notis: neque erat imprudens suspicio, cum figlinas aliquas *Cruce* (1), & *Monogrammate* ✠ (2), & aliis characteribus Christianis insignes, sæpe sit invenire.

Marmor vetustum primo vulgavit pietate, doctrina, scriptisque clarus Præful Franciscus Blanchinius in Præfatione ad Tomum I. *Vitarum Romanorum Pontificum*, Anastasio Bibliothecario tributarum (3); iterumque suo loco Tomo III. ejus-

(1) Fabrett. *Antiquar. Inscript.* Capite VII. pag. 502. & pag. 503. ad Inscriptionem VI. & VII.

[2] En ex figlina tabula *Musei Victorii* sigillum cum monogrammate *CHRISTI*, juxta modulum suum expressum.



Simile sigillum ex alia tabula figlina refert Boldetus *Lib. II. Cap. III. pag. 338.* quam, inquit pagina præcedenti, ex Cœmeterio *Cyriacæ*, ubi loculum occultabat, se extraxisse, alias

que similes figlinas tabulas, multoties reperisse in aliis quoque Cœmeteriis suburbanis.

(3) Num. 35. editionis *Vaticane* in *scil.*

ejusdem Operis (1) in notis Chronologicis ad vitam sancti Damasi Papæ (2), & heic rursus exhibemus ab eodem descriptum.

T. I. X. N. EGO DAMASI  
VS VRB̄ ROME EPS AN  
C DOMV̄ CŌSECAVI  
N. R. ̄ S. M. S. PA. S. PE

Quod ita exponendum censet (3). TITVLVS IN CHRISTI NOMINE . EGO DAMASVS VRBIS ROMAE EPISCOPVS HANC DOMVM CONSECAVI NONA REGIONE DEDICATAM SEPTEMBRI MENSE . SANCTVS PAVLVS . SANCTVS PETRVS .

Vulgavit quoque nuper, sed in nonnullis immutatum, clarus vir Ludovicus Antonius Muratorius (4), atque hæc adnotavit. *Primæ siglæ T. I. X. N. significant TITVLVS IN CHRISTI NOMINE . Postremis indicari videntur Reliquiæ sancti Paulli, & sancti Petri ibi positæ . Spectat Inscriptio ad annum Christi circiter CCCLXX.* Aliud quoque marmor inscriptum vulgavit idem clarus Muratorius (5); quadratum esse inquit, & inscriptio-

(1) Ab illis omnibus, qui de Scrip-  
toribus Ecclesiasticis tractant, satis  
laudatur Anastasi nomine, Vitatum Ro-  
manorum Pontificum descriptor. Sed  
ab aliis etiam, qui illam historiam ad-  
ire tenentur: licet enim rudiuscule nar-  
rationes expressæ sint, veritas rerum  
narratarum, quæ confirmat historiæ fi-  
dem, emendat rudiratem. Inquit Quin-

tilianus *Institutionum* Lib. II. *Historia  
est testis temporum, LUX VERITATIS,  
vita memoria, magistra vitæ, nunciæ  
vetustatis.*

(2) Sectione LIV. pag. 34.

(3) Vide Tomo I. loco citato.

(4) Tomo IV. *Peter. Inscript. Clas-  
se* xxv. pag. MDCCCLVI. num. 7.

[5] *Ibid.* Pag. MDCCCXL. num. 2.

nem eandem in unoquoque latere præferre, quæ sequens est.

✱  
 ARA  
 SCA  
 D. N. I.

✱  
 CONSECRATA E  
 BASELICA HEC  
 SCE MARIAE  
 II KL. IUNIAS  
 E. DCXXVIII

✱  
 DEDICAVIT  
 HANC AEDEM  
 D M. S  
 BACAVDA  
 EPS CPS

Spektare autem ait ad annum Christi DXC. (1). Verum, quod maxime facit ad rem, & multis vetustorum lapidum testimoniis huc usque prolatis demonstravimus, illud in primis esse noverit lector, ut paullo ante dicebamus, nempe sanctissimum JESU CHRISTI Nomen, literis singularibus, primoribus Ecclesiæ Catholicæ sæculis descri-

(1) Hæc notandum, sub idem tempus, quo vixit BACAVDA Episcopus in antiquo lapide memoratus, floruisse Juliani Generum eodem nomine nuncupatum, cujus meminimus in *Namno ævo veterum Christianorum explicato* Parte 1. Capite xxvii. Non erat ergo illo ævo nomen exoticum.

descriptum fuisse: legique debet marmor. ARA  
SANCTA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI &c.

Invaluit autem frequentior consuetudo a  
vetustiori ævo ad nos usque deducta, ut JESU  
Nomen hisce literis plerumque formaretur IHS.  
Plane multi eruditione præstantes viri hac ætate,  
consuetudinem adscribunt sancto Bernardino Se-  
nensi, sub initium sæculi decimi quinti. *Quod*  
*adorandam quotidie exponeret*, ut inquit Lucas Wa-  
dingus, clarissimus Annalium Fratrum Ordinis  
Minorum nuncupati Scriptor (1) *ex suggesto ta-*  
*bellam aureis literis, radiis solaribus circumornatis,*  
*exaratam. Eæ erant Nominis JESU, quod summo stu-*  
*dio fidelium cordibus imprimere, & summe neglectum*  
*renovari, atque adorari satagebat.*

Qui ita putant fulciuntur etiam testimonio  
S. Antonini Archiepiscopi Florentini, qui Parte  
Historiali tertia (2) eadem de sancto Bernardi-  
no commemorat: eademque narrant Bollandiani  
ad Acta Sanctorum mense Majo (3), vulgatis plu-  
ribus coævis, neque antea editis manuscriptis li-  
bris de Vita, rebusque gestis S. Bernardini (4).  
Rem notabilem de Nomine JESU a sancto Ber-  
nardino populis exposito, ita tradit laudatus Wa-  
din-

(1) Tomo v. ad Ann. MCCCCXX. S. R. E. Cardinalis Barberini. Vita I I.  
num. III. pag. 131. primæ edit.

(2) Titulo XXII. Cap. VII. §. v.

(3) Tomo v. ad diem XX.

(4) Vita I. antiquior, Auctore Ber-  
nabæo Senensi, ex ms. Codice Francisci

S. R. E. Cardinalis Barberini. Vita I I.  
antiquior, Auctore Maphæo Vegio  
Laudensi, in pluribus oculato teste; ex  
ms. Cod. Vallicellano Patrum Con-  
gregationis Oratorii S. Philippi Nerii  
Romæ.

dingus (1). *Accidit autem, scilicet Bononiæ, ut faber quidam, qui tabellas lusorias pingere, & familiam ex ea re suam alere instituerat, eo quæstu privatus, sanctum Virum adierit, & se in extremam necessitatem illo dempto vitæ presidio perductum iri conquæstus sit, quum se nihil aliud pingere didicisse adjungeret, cui sanctus Bernardinus respondit. Si nescis aliud pingere, hanc imaginem pingere, nec te omnino pigebit; ac circulo factò, Solem in eo formavit, atque in medio Nomen JESU novis quibusdam literarum formis effluxit, quale nunc etiam sub porticu BONI JESU, cum ipsius Beati effigie cernimus. Quod quum ille fecisset, confluentibus ad emendam imaginem ex Bernardini auctoritate plurimis, magnas ex ea pecunias comparavit &c. Eadem omnia legimus apud Carolum Sigonium de rebus Bononiensibus agentem (2), in Episcopis Bononiensibus.*

Sed acerrima fuit ævo Summi Pontificis Martini V. ex vetustissima Columnensium Familia, hujusmodi Signo adversantium facta commotio, ita ut Bernardinum Pontifex a concionibus, exponendaque Tabula interdixerit: quibus tamen omnibus, paullo post, ut pro sua in JESUM CHRISTUM religione satisfaceret, cumulatissime indulgit, permisitque conciones, & ut Tabula, addita

(1) Annalium Ordinis Minorum Tomo v. ad Annum MCCCXXIII, num. xv, pag. 155.

(2) Libro IV, pag. 183. in Nicolao Albergato, edit. Francofurti in sol. Anno MDCIII.



ta monogrammati Cruce , exponeretur (1) . Ex quo tempore , inquit idem Annalium Scriptor , templorum foribus , domorum frontibus , & postibus coepit adfigi , crevitque ubique tum erga sacratissimum Nomen , tum erga sanctissimum Praeconem veneratio .

Tunc , ut opinor , caelatum fuit aereum hoc emblemata , quod in Museo Victorio servatur Romae ,



juxta suam magnitudinem heic sincere expressum :

C

Adeo-

(1) Wadingus Tomo v. ad Annum Christi mccccxxv. pagina 183.

Adeoque viridi, ac smaragdino colore, maxime in parte postica decoratur, ut vetustioris ætatis a minus expertis opinionem sibi valeat comparare. Sed huic ævo tribuendum probe est, diligenti examine explorata forma characterum. Nummi Martini V. & Eugenii IV. Summorum Pontificum; item plumbea sigilla Bullarum, sive Diplomatum, & eorundem scriptura (1), editi monimenti ætatem confirmant. Legitur autem in gyro, ex Epistola sancti Pauli Apostoli, ad Philippenfes missa (2) post Crucis figuram, a qua initium ducit lemma: IN. NOMINE. JHV. OMNE. GENV. FLECTATVR. COELESTIVM. TERRESTRIVM. INFERNORVM (3). Facile crediderim ditioni alicui homini Bernardini studioso, pro tesera suæ pietatis erga Nomen JESU, idem emblemata elaboratum fuisse ad exemplar ab eodem sancto viro propositum.

Ita porro factum fuisse narrat Ruffinus in Historia Ecclesiastica (4), ævo Theodosii Imperatoris

(1) Vide, si lubet, editores monumentorum illius ævi. Signum plumbeum, quo utebatur Martinus V. & alterum, quo de more Bullas, ut ajunt, sive Diplomata sua firmabat Eugenius IV. vulgavit Ciacconius in *Viris*, rebusque gestis Pontificum Romanorum, & nos in *Floreni aurei veteris illustrati Parte 1. Cap. xx1. pag. 151.* Signum Martini V. vulgavimus, & una nummos aliquos rarissimos eorundem Pontificum, *ibidem* Capite xv111. pag. 120. pag. 176. & alibi in eodem Opere.

(2) Cap. 11. Versiculo 10.

(3) Joannes XXII. Summus Pontifex Natione Gallus Anno Domini MCCCXVII. dies remissionis XL. tribuit iis, qui NOMINI JESU reverentiam exhiberent, ut narrat Joannes Villanius *Historiarum Parte 1. Libro 1X. Cap. LXXIX.* Sed vide in Bullario Ordinis Prædicatorum Tomo 1. pag. 524. Diploma Gregorii X. num. xxv111. editum de hac eadem re Anno Domini MCLXXIV.

[4] Lib. XI. cap. XXIIX.

ratoris , destructo ac prorsus deleto Serapidis templo , apud Ægyptios laudatissimo , nempe , ut Serapidis iconibus avulsis , & abrafis , quas habere consueverant *per singulas quasque domos in parietibus , in ingressibus , in postibus etiam , ac fenestris* , potissime Theophili hortatu Episcopi Alexandrini , *pro his* , CRUCIS DOMINICAE SIGNUM unusquisque *in postibus , in ingressibus , in fenestris , in parietibus , columnisque depingeret* &c. Præterea sanctus Joannes Chrysostomus signum CRUCIS ubique hortatur inferi , inscribi , celebrari (1) : Leontius quoque Neapoleos Cypri Episcopus (2) , & sanctus Carolus Borromæus in Concilio Mediolanensi III (3) ; ita ut ad sanctæ CRUCIS venerationem statuendam , promovendam , & ubique dilatandam , alter alterum descripsisse videatur (4) . Sed de Nomine JESU institutus sermo alacrius provehatur .

Post Martinum V. Eugenio IV. rite or-

C 2

dina-

[1] Adi Homil. LIV. in Matthæum : Item Homil. LV. in eundem sanctum Matthæum , & Oratiõnem contra Gentiles , quod CHRISTUS sit DEUS .

[2] Ex Lib. v. Apologiæ pro Christianis , & contra Judæos , & de imaginibus Sanctorum , relato Actiõne IV. Septimæ Synodi , quæ est Synodus II. Nicæna , sive Oecumenica , & Generalis VII.

(3) Ubi , *quæ ad Sacramentalia , & Sacramenta pertinent* . In edit. cl. Bini Tomo IX. pag. 516.

(4) Hoc loci pertinet Lex illa Imperatoribus Theodosio , & Valentiano

lata, Cod. Justiniani Lib. I. Tit. VIII. Signum SALVATORIS CHRISTI nemini licere , vel in solo , vel in silice , vel in marmoribus humi positis insculpere , vel pingere , sed quodcumque reperitur tolli &c. Facit etiam ad rem Canon LXXIII. Sextæ Synodi Constantinopolitanæ , quæ in Trullo est habita , & dicitur Concilium Quinisextum , apud cl. Binium Tomo v. Conciliorum . pag. 243. Sed operæ pretium est ad dictum Canonem , ea quæ subdit Balsamon animadvertere , præmissis hisce notationibus , potissime Quintæ , Sextæ , & Septimæ cohærentia .

dinato, denuo calumniati sunt adversarii sacram Tabellam, & Bernardini conciones (1); verum omnia, Deo juvante, cesserunt in adversariorum confusionem, in Bernardini laudem, & in gloriam, & honorem sanctissimi Nominis JESU.

Ea, quæ Wadingus recitat in Annalibus ad hæc facientia, digna prorsus sunt quæ legantur ab omnibus: Etenim sine admiratione legi non possunt. Eadem videre licet narrata in Annalibus Ecclesiasticis ab Odorico Raynaldo post Baronium digestis, ad Annum Christi MCCCCXXIV. (2), & annis insequentibus, ac potissime MCCCCXXXII. (3).

Perinde auctoritate Apostolica sancitum, ad perpetuam rei memoriam describendum esse in Martyrologio Sanctorum Trium Ordinum sancti Patris Francisci, ad diem XIV. Mensis Januarii, illum sanctissimi Nominis JESU triumphum a sancto Bernardino Senensi relatum, Summis Pon-

(1) Inquit Cicero Lib. I. de Officiis pag. 431. *Iustitiæ partes sunt non violare homines: verecundia non offendere* &c. Item Lib. II. pag. 455. *Utendum etiam est excusatione adversus eos, quos invitatus offendas, quacumque possis, quare id quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris: ceterisque operis, & officiis erit id quod violatum est, pensandum* &c. Perinde sanctus Augustinus Sermone CLVII. de tempore, ait, *Petat veniam qui fecit injuriam.* Addit præterea idem Cicero, De Natura Deorum Lib. III. pag. 303. *Est enim malitia, versuta, & fallax ratio nocendi* &c. sed excusationes plerique

*sibi falsas faciunt, quas veras non inveniunt*, inquit laudatus Augustinus in eodem Sermone CLVII. Porro agebat Plautus Afin. Act. II. Sc. IV.

*Lupus est homo homini, non homo, quom qualis sit non novit.*

Heinc Seneca, Epistola CIII. *Ab homine homini quotidianum periculum.* Cui opponitur ex diametro Cæcilianum illud apud Symmachum, *Homo homini Deus, si suum officium sciat.* Verumtamen hisce omnibus sententiis Divinum præferendum est mandatum: QUOD TIBI NON VIS ALTERI NE FECERIS.

[2] Num. 18.

(3) Num. 24.

Pontificibus Martino V. & Eugenio IV. folle-  
mnique Officio a Fratribus quotannis celebrari  
mandarunt Clemens VII. & Clemens VIII.  
qui postremus privilegiis quoque, & indulgentiis,  
ea de causa diem distinxit cumulatissime (1).

Daniel Papebrochius in Propylæo ad Acta  
Sanctorum Maii, in Conatu Chronico-Historico  
ad Catalogum Pontificum Romanorum (2),  
præcipue vero in subsequentiis Paralipomenis  
ad Conatum in Catalogos Pontificum (3), lo-  
quens de sancto Bonifacio Papa III. scribit (4),  
*Que inter Cavallerianas imagines hunc Pontificem  
representat (5) in Lato-clavo cappam Pontificiam ad-  
stringente, pro gemma habet JESU Nomen, tribus  
primis Græcis literis, sed Latina forma ductis ex-*

(1) Vide Martyrologium Franciscanum ad diem xiv. Januarii. Eadem die xiv. Januarii aliquibus in locis celebratur adhuc Officium sanctissimi Nominis JESU: puta Florentiæ, ubi Anno MDXXVIII. publico decreto, illud Nomen vere sanctissimum, titulo Protectoris, ac Defensoris Florentinæ Civitatis, Populique, ac totius Reipublicæ, selectum, adscitumque fuit; & sculptum marmore, in exteriori facie Palatii, ornatissime adfixum, adposito lemmate literis aureis exarato. REX REGUM, ET DOMINUS DOMINANTIVM. Rem generali Consilio, ut ajunt, propositam, Civium numero MC. a Nicolao Capponio, Reipublicæ tunc temporis Confalonerio disertissime, præ ceteris, memoriæ tradidit Scipio Ammiratus, *Historiarum Parte II. Lib. xxx. pag. 375. & p. 376.* Alibi vero Festum Nominis JESU celebratur die Dominica post Epiphaniam

secunda, nempe ut ritu festorum de præcepto Romanæ Ecclesiæ servato, semper celebrari contingat.

(2) Tomo I. pag. 10. num. 3. Præfationem adfert Joannis Baptistæ de Cavalleriis ad Pontificum effigies, quas ipse Cavallerius vulgavit, ubi inquit: *Pontificum effigies, post eas, que quidem opera F. Onuphrii Panvini in publicum prodierunt studiose conquistæ, partim ex sepulturis, picturis, & musivis antiquis, partim ex numismatibus excerptas, in unum collegit reliquas autem ex Basilicis sanctorum Petri, & Pauli, diversisque in Urbe Ecclesiis depromendas curavi &c.*

(3) In eodem Propylæo, Tomo I. *Paralipomena addendorum, mutandorum, aut corrigendorum in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Romanorum Pontificum &c.*

(4) Pag. 55. num. 5.

(5) De hoc Pontif. operæ pretium est videre, quæ notat Panvin. ad Platinam,

pressum, addita desuper Cruce, inferne autem tribus clavis Dominice crucifixionis  $\dagger$ . Ea novitas, quam etatem pictoris indicet,  $\text{IHS}$  facile intelliges, si animadverteris Christi Monogramma  $\text{✠}$ , Romanis passim usitatum fuisse ex institutione Constantini Magni, vel etiam ante ipsum, ad res, inscriptionesque varias; JESU Nomen, nec Græcos, nec Latinos usurpasse, nisi quum imagines Salvatoris placebat, addito nomine insignire (1), quod fere ad superstitionem Græci tenuerunt, atque hodie dum tenent; quasi omnis fere virtus sacrarum imaginum dependeat a nomenclatura. Latini vero arbitrium id esse semper, & merito æstimarunt, maxime circa imagines notarum vulgo personarum, ut sunt Christus, & Deipara. Quod autem ad Nomen JESU seorsim caussa venerationis scribendum, vel pingendum attinet, primus S. Bernardinus Senensis (2), uti in Vita ejus ad xx. Maii narratur, Seculo xv. religio-

(1) Clarus Bonarrotius, ex Museo Carpineo, ebur antiquum vulgavit, in quo Navicula tantum expressa est cum piscatoribus, eorum altero trahente retem cum pisce capto, & in corpore navis legitur  $\text{IHCVC}$ . Vide sis Librum, cui titulus *Osservazioni Istoriche sopra alcuni medaglioni antichi &c.* pag. 395. Nos quoque Achatem varium antiquum, arularis formæ, ex Museo Viëtorio vulgavimus, in quo JESU Nomen sine imagine calatum est circa Crucem. Ad Nummum areum veterum Christianorum Commentario explicatum &c. Parte I. Cap. XLIII., & in fine illius Operis, scilicet, Parte II. Cap. XIX. pag. 105. ex eodem Museo

produximus Cameum antiquum anulare, atque insigne admodum, ex albo & nigro, in quo Anchora cum duobus piscibus; supra vero legitur  $\text{IHCOC}$ . infra  $\text{XPEICTOC}$ : nec tamen imago Christi fideles; imaginibus etiam, sed minus frequenter. Unde patet Græcos, & Latinos JESU Nomen sine imagine SALVATORIS nonnumquam usurpasse.

(2) Idem inquit in Indice materiæ III. memoriam, sic repetentes, in cuius veste præpropere pingitur Nomen JESU, inventum sancti Bernardini Senensis.

gionem eam in-*u*erit ; non nisi cum multa æmulorum contradictione , ipsum exprimere docens in Tabella , additis etiam circum circa radiis , & Cruce super H , ut vel sic conticescerent ora loquentium iniqua , & superstitionis periculum clamose inculcantium ; prout apparebit in genuina imagine istius Sancti , quam ad Appendicem dictæ diei daturi sumus (1) . Sed aberant etiam num tres clavi , quos diu post pictorum exco- gitavit industria ad supplendam circuli vacuitatem .

Quæsito loco designato , in continuatione Operis promissa adimpleta vidimus ; Tomo enim VII. Sancto-*r*um Maii in Appendice ad diem xx. il- lius mensis , imago sancti Bernardini viriculo æri incisa exhibetur ex antiqua pictura (2) cum tes- fera Nominis JESU rotunda , & circum radiata ; illique imagini hoc lemma adpositum est. MANI- FESTAVI NOMEN TVVM HOMINIBVS .

Sanctissimum JESU Nomen , eodem quo sanctus Bernardinus modo , aliisque etiam for- mis expressum , seorsim quoque ab imagine Sal- vatoris , vidimus aliquando perlustrantes Aloy- sii Novarinii Opus , cui titulum fecit , *Agnus Eu- charisticus* [3] . Formæ , quæ ab eodem Novarinio eduntur sunt typi , quibus imprimuntur , & olim pa- riter imprimebantur Panes , sive Hostiæ ex azymo , quæ a Sacerdotibus in Sacrificio Missæ quotidie

con-

[1] Floruit autem Bernardinus , & Sanctitate , & Literis ; ejusque Opera pluribus Voluminibus vulgata , notis eruditis illustrata sunt .

(2) Pag. 822 .

(3) Editionis Lugduni in folio Anno M. DC. XXXVI . Vid. Libro v. Capite 1219. pag. 208. Item pag. 212 .

consecrantur (1). Ex his aliæ sunt *Hostiæ majores*, aliæ *minores Hostiæ*, sive *Particulæ* nuncupantur. Licet vero *Particulæ* dicantur *minores Hostiæ*, sunt tamen *perfectæ rotunditatis*, & *a maculis immunes*, ac *fragmentis purgatæ* (2).

Quoniam vero ad hæc usque devenimus longiutcule ab instituto nostro, liceat a viro doctissimo Joanne Bona, qui fuit postea S. R. E. Cardinalis, pauca de rebus Liturgicis deliberare (3). *A primis autem Ecclesiæ sæculis sumto principio*, inquit ille, *quum dira persecutione per illa tempora vexaretur Ecclesia, integros, ac solidos panes, quales vel præ manibus erant, vel a fidelibus offerebantur, cujuscumque formæ, seu figuræ forent, in altari poni, & consecrari, atque in partes comminui, & communicaturis distribui consuevisse,*

ex

[1] Formis a S. Bernardino propositis Nomen JESU diversimode contractum, adhibitis nonnumquam, vice literarum sacræ aliquibus imaginibus, vide ibidem, pag. 210. p. 211. p. 219. item pag. 224. Sed Agnum mysticum, & aliquando etiam Beatam Mariam Virginem Lauretanam, in minoribus Hostiis expressam, Lib. v. Cap. LXXVI. pag. 231. item, Lib. v. Cap. LXXVII. pag. 234. De imagine Beatæ Mariæ Virginis Lauretanæ in minoribus Hostiis impressa, meminit etiam postremus Scriptor, Petrus Valerius Martorelli, olim Episcopus Montis Feretrani, ad exercendam erga sanctissimam Deiparam suam pietatem, in Opere, cui titulum fecit, *Teatro Istoric della Santa Casa &c.* Vide sis Tomo III. *Discorso generale* §. vi. pag. 45. & seqq.

(2) Idem Novarinus Lib. V. Cap.

LXXVI. pag. 231. ubi loci in hunc modum prosequitur: *Particulæ dicebantur olim Hostiæ illa, quæ populo distribuuntur in sacra Communione*, subditque Cæsarii testimonium ex Lib. IX. Cap. xxxv. Inquit Juveninus de *Sacramentis* Dissertat. IV. Quæst. II. Cap. I. Artic. 3. *De Eucharist. &c.* num. 4. pag. 201. in fine: *Eodem quoque sæculo, nempe circa Annum MLXXXIX. breviores Hostiæ, quas populo communicanti distribuimus, adhiberi cæperunt. Eæ breviores Hostiæ, licet integræ consecrentur, ex antiquo tamen loquendi more, ac veteri praxi, Particularum nomen conservarunt &c.*

(3) *Rerum Liturgicarum* Libri duo, Auctore Joanne Bona &c. Romæ MDCLXXI. Vide Lib. I. Cap. xxIII. §. x. pag. 194. & pag. 195. Vide quoque §. XI. pag. 197.



*ex re ipsa exploratissimum est. Reddita vero pace servatam figuram rotundam, sive orbicularem, insinuant Patres Græci, & Latini &c. .... Oblationibus autem Coronæ nomen inditum a rotunditate, notat Petrus Urbevitanus in Scholiis ad vitam Zephyrini Pape. Ifo Monachus, sancti Galli (1), Rotulus panis vocat Oblatas, quæ in antiquis Codicibus manuscriptis, & in parietibus veterum Ecclesiarum, non alia forma quam circulari, easdem Oblatas representant &c. Sed de Nomine JESU pergamus differere.*

Pene eadem forma, qua usus est sanctus Bernardinus in depingendo Nomine JESU, quam adposite ante illum utebatur beatus Joannes Columbinus, pariter Senensis, Ordinis Jesuatorum Institutor (2), ut a Bollandianis eruimus, qui cum hoc Signo vulgarunt imaginem ipsius Tomo VII. Mensis Julii ad diem xxxi. (3); aliæque imagines adhuc supersunt in antiquis Monasteriis, quæ olim ad eundem Ordinem pertinebant, & modo ab aliis religiose incoluntur, quibus auctoritate Apostolica concessa sunt.

Adhuc antiquius Ordine Jesuatorum monogramma Nominis JESU usurpatum fuisse, perhibent historiæ, ac monumenta. Etenim ab instituto

D

Or-

(1) *De miraculis sancti Othmari Abbat. Cap. 111. Videndus Ifo apud Mabillonium sæculo 111. Benedicti no Tomo 11. & apud alios.*

[2] Ordo Jesuatorum Senis origi-

nem duxit Anno Domini MCCCLIV. qui tandem desit Anno MDCLXVIII. Clemente IX. Summo Pontifice.

[3] In Commentario prævio pag. 346. num. 101.

Ordinis Prædicatorum, qui Innocentio III. Summo Pontifice sumsit initium, auctore sancto Patriarcha Dominico (1), incrementum autem Honorio III. Petri Apostolorum Principis, post eundem Innocentium successore (2), originem traxisse demonstrant pluribus in locis Societates, sive Confraternitates Sæculares sanctissimi Nominis JESU, quas in Ecclesiis sibi commissis, ipse Ordo Prædicatorum postmodum erexit (3); ut jure meritoque debitus huic sancto Nomini honor, ac veneratio adhiberetur.

Flagrabat quidem Dominicus, supra humanum modum, ingenti amore erga Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, ejusque Passionis, & Gloriæ mysteria sedulo meditabatur, ut accurate adno-

(1) Videlicet Anno Domini Mccv. ut in Chronicis quibusdam Pontificalibus editis adnotatur; Anno siquidem Mccv. sanctus Dominicus Monasterium quoddam instituit Prulli, in Diœcesi Tolosana, ad susceptionem Monialium sub clausura perpetua, ut memoriæ tradit Bernardus Guidonis in Catalogo Monasteriorum Ordinis Prædicatorum, in Vita sancti Dominici; illius autem Monasterii Prior fuit idem sanctus Patriarcha. Ceterum diploma Innocentii III. datum Lacerani VIII. Eidus Octobris, Anno xviii. sui Pontificatus, qui est ætæ Christianæ MCCXV. inscriptum est *Dilectis filiis Priori, Fratribus, & Monialibus Domus sanctæ Mariæ de Pruliano*. Hæc Bulla, sive Diploma existat in Bullario Ordinis Prædicatorum Tomo I. pag. 1. in Innocentio III. Num. 1. Nec dum tamen Apostolica auctoritate Ordo confirmatus erat,

quod insequenti anno fecit Honorius III. Summus Pontifex Innocentio successus, ut infra dicemus.

(2) Hic confirmavit Ordinem Prædicatorum Anno Dominicæ Incarnatæ MCCXVI. Bulla edita est Romæ apud sanctam Sabinam xi. Kal. Januarii, Indictione v. Pontificatus Honorii Anno I. Incipit, *Religiosam istam elegantibus &c.* Exstat in Bullario Romano edit. Lugd. in fol. Tom. I. pag. 91 in Honorio III. Num. 11. Eadem in Bullario Ordinis Prædicatorum legitur Tomo I. pagina 2. in Honorio Papa III. Num. I.

(3) Vide Scriptores Ordinis Prædicatorum, Vincentium Mariam Fontana, in Monument. Dominican. Parte I. Cap. VI. pag. 107. Carolum a sancto Vincentio, in Anno Dominicano Parte I. Septembris, in Præfat. pag. 86. alioque plures.

adnotat Frater Leonardus de Utino (1), in-  
 quiens (2). *In cujus signum Ordo iste præ aliis ha-  
 bet in suo sigillo Crucifixum... Præterea in hostia  
 consecranda in toto Ordine Prædicatorum est Crucifi-  
 xus, aut habetur Nomen JESU in modum Crucis...  
 Quia vero manus sinistra vicinior est cordi, quam  
 dextera, ideo, ut Prædicatores jugiter meditentur  
 Passionem CHRISTI, & Gloriam ejus, communicant  
 cum manu sinistra* (3). Exstat in Bullario Ordinis  
 Prædicatorum Bulla, sive Diploma (4) Magi-  
 stro ejusdem Ordinis inscriptum a beato Grego-  
 rio X. Summo Pontifice (5), ut de reverentia,  
 ac veneratione sacris Ædibus, ac Nomini JESU  
 debita Fratres ad populum dicant.

Sacellum vetustum hujus Sodalitii, sive So-  
 cietatis Nominis JESU, Romæ in sacra Æde S. Ma-  
 riæ *super Minervam* nuncupata, modo S. Rosæ  
 Virgini Limanæ sacrum est: Tabula autem picta,  
 quæ in eadem sacra Æde olim erat exposita, vi-  
 situr in superiori ordine claustrum, sive porticum,  
 quæ coenobii satis amplum, quadratumque cavæ-  
 dium, duplici ordine parastatarum arcus susti-  
 nentium, circum ambiunt: & ab adscensu sca-

D 2

larum,

(1) In Opere cui Titulus, *Sermo- rum* pag. 845.  
*nes aurei de sanctis*.


2 In Sermonibus de *sancto Dominico*  
 Cap. ult. pag. 265. edit. Vicentinæ An.  
 MCCCCLXXX.

(3) Laudatur Leonardus de Utino,  
 Scriptor eximius, ab Jacobo Echardo  
 Tomo I. *Scriptorum Ordinis Prædicato-*

(4) Edit. Lugduni, xii. Kal. Octo-  
 bris An. MCLXXIV. Incipit. *Nuper  
 in Concilio Lugdunensi &c.*

(5) Vide his Bullarium Ordinis Tom. I.  
 in Gregorio X. N. xxviii. pag. 524.  
 Edit. Romæ in fol. An. MDCCXXIX. ex  
 Typographia Hieronymi Mainardi.

larum; muro sinistrorsum adpenſa eſt in ipſa illa ſiniſtra facie quadriporticus ſuperioris deambula-  
cri, quum intro eas, & illac primo te conver-  
tas. In ea JESU Nomen ita expreſſum eſt IHS,  
ſed loco Crucis, quæ ſuper H ſtare ſolet, imago  
ſtans pueri JESU depicta cernitur, populo dexte-  
ra manu benedicientis: ſiniſtra vero librum aper-  
tum tenet, in quo heinc legitur. EGO SVM VERI-  
TAS (1): illinc NOLITE IVRARE OÑINO (2).  
Circum Angelorum chorus tabulam implet; il-  
lorumque poſtremi faſciam explicatam gerunt  
cum lemmate. IN NOMINE JESU OMNE GENV FLE-  
CTATVR (3).

Hoc Sodalitium, ſeu Societas venerandi  
Nominis JESU, cujus inſignia ſunt hæc , ad-  
huc utitur eodem ſacello: in eoque ſua pe-  
ragunt officia pietatis, quum pro inſtituti  
ratione, ſtatis temporibus aliquando conveni-  
unt ſodales. Qui multis privilegiis, ſacriſque  
indulgentiis ditati ſunt a Summis Pontificibus,  
ac potiffime, poſt alios a Paulo V. cujus duo  
Diplomata, quæ *Brevia* nuncupari ſolent, typis  
impreſſa vidimus: utrumque Romæ datum.  
Unum apud ſanctum Petrum, Anno MDCVI. die  
XXXI. menſis Octobris, alterum apud ſanctum  
Mar-

(1) Scripſum eſt in Evangelio, ſancti  
Joannis Cap. xiv. verſ. 6. EGO SVM  
VIA, ET VERITAS, ET VITA &c.

(2) Ita S. Matthæus in Evangelio,  
Cap. v. Verſ. 34. EGO AVTEM DICO

VOBIS, NON IVRARE OMNINO &c.

(3) Ex Epiſt. S. Pauli Apoſt. ad  
*Philippenſes*, Capite II. verſ. 10. Sed  
vide etiam ejuſdem Epiſtolam ad *Ro-  
manos*, Cap. xiv. verſic. II.

*Marcum*, die xxviii. Septembris Anno Domini MDCXII (1).

De sacris hisce Societatibus, quæ ut supra dictum est, multæ, vetustissimæque sunt, ac de earumdem instituto, egit erudite, ac plene clarissimus vir Frater Antoninus Bremond Ordinis Prædicatorum, Tomo viii. Bullarii sui Ordinis (2), nuperrime in Urbe editi (3): Et iterum aliquando, vetustiora Asceteria, seu Monasteria, & sacras Ædes describendo, recensitis picturis, sive alia Sodalitiorum supellectili, acturum esse putamus in Annalibus ejusdem Ordinis, quibus adornandis totus incumbit.

Demum, ut notissimum est, pro tessera suæ Societatis usus est sanctus Ignatius Loyola

(1) Carolus Bartholomæus Piazza Libro inscripto: *Le Opere pie di Roma &c.* Edit. Romæ an. 1679. agens de non nullis Sodalitibus Tractatu vi. & Cap. xv. *Del SS Sacramento, e Nome di DIO in SS. Celso, e Giuliano*, inquit pag 536. *Fu eretta una Confraternita di esso nell' anno. MDLX. sotto Pio IV. il quale la privilegiò di molte indulgenze. Nell' an. poi MDLXVI. sotto il B. Pio V. fu nella medesima Chiesa istituita un' altra Confraternita, sotto il Titolo dell' ineffabilissimo Nome di DIO con gl' istessi privilegi & indulgenze, che gode l' Archiconfraternita dell' istesso Nome nella Chiesa della Minerva, il cui fine primario è stato di estirpare il pessimo, e detestabile vizio della bestemmia &c.* Nescio quo argumento, Camillus Fanucci Senensis in suo *Trattato di tutte le Opere pie dell' alma Cistad*

*di Roma &c.* Lib. III. Cap. xxxi. pag 282. Edit. Romæ an. 1601. in 8. Institutionem Sodalitatis Nominis JESU in sacra Æde sanctæ Mariæ super Minervam, referat ad ann. MDLXIV. Pio IV. Pontifice Maximo. Sed ea fortasse, quæ ille narrat de institutione, magis adposite, de instauratione videntur esse intelligenda. Quandoquidem in aliis Italiæ locis illustribus, antiquitatem longe ab hoc ævo conspicuam præstiterunt sacella, & picturæ, quæ ad easdem Societates, sive Sodalitias sanctissimi Nominis JESU spectant.

(2) In Tractatu de consensu Bullarum, Tit. xv. *De Confraternitatibus seu Sodalitatibus*. Quæstione vi. *De Confraternitate SS. NOMINIS JESU* pag. 442. & seqq.

{3} Ex Typographia Hieron. Maidenardi, in fol. An. MDCCXL,

la (1), & ejus in Christo filii, usque in præsens de more utuntur. Verumtamen insigniter notandum videtur, suffragia Patrum pro electione primi Præpositi Generalis Societatis ejusdem, typis edita a Bollandianis ex autographis (quum omnia & clausa, & sigillo munita essent), ferme omnia Nomine JESU interius distincta fuisse hinc modis, quos ita exhibemus, uti descripserunt ipsi Bollandiani (2). Igitur hoc signo descripto IHS. incipit suffragium sancti Ignatii, ab officio, sine munere obeundo se ipsum prorsus excludendo, cujus post finem subdunt editores. *Clausum fuit hoc suffragium sigillo Nominis JESU, quod adhuc ei adheret.* Suffragium Patris Lainez incipit ita, IHS *Maria*, Salmeronis (3), IHVS *Maria*; ita quoque suffragium Joannis Codurii (4): sanctus Franciscus Xaverius eisdem literis utitur, quibus S. Ignatius, IHS (5) & post illius suffragium de eligendo Præposito Generali, per

(1) A nonnullis dicitur fuisse nomen ejus *Innygo*: ita enim apud Hispanos *Ignatius* vulgo nuncupatur, qua de re Patres Societatis JESU, dictos quoque fuisse *Innigistas* animadverterunt, potissime Suarezii testimonio, ipsi Bollandiani in Commentario prævio ad Acta Sanctorum Julii Tomo VII. ad diem xxxi. ejusdem mensis, §. I. Num. 1. & num. 2. pag. 409. Sed, inquit §. xxxiiii. num. 343. pag. 474. *Occurrit Innigistrarum vocabulum, a nomine Ignatii Hispanico, Innigo, derivatum.* Plane suffragium, sive votum, quod lingua Hispanica sanctus Ignatius exaravit Romæ manu sua An. MDXLI.

die v. Aprilis, agente Societate de eligendo tunc temporis primo Præposito Generali, seipsum excludendo subscripsit. *Innygo*. Illud autem suffragium in Latinam linguam translatum ediderunt Socii Bollandiani eodem Tomo VII. Julii in Commentario prævio, §. xxxv. num. 355. pag. 477. quos vide, si rem ab ipso fonte unde manavit, plene cognoscere, & uberius haurire cupis.

[2] Tomo VII. mensis Julii *Ibidem*, in Commentario prævio §. xxxv. num. 355. pag. 477.

(3) *Ibidem* num. 356. pag. 477.

(4) *Ibid.* num. 358.

(5) *Ibid.* num. 361. pag. 478.

ironiam subdunt (1) : *Interim si aliquot sciolos, aut invidios audiamus, S. Franciscus Xavierius non fuit Societatis JESU.* Post hæc triplex edunt suffragium Petri Fabri: primum scriptum Anno MDXL. habet in principio has siglas IHS (2), quas etiam præfert aliud datum Spiræ Anno MDXLI. die XXI. Januarii. Tertium scriptum eodem Anno die v. Februarii, habet IHVS. His omnibus suffragiis, primus Præpositus Generalis Societatis eligitur S. Ignatius Loyola. Quibus si addas Claudii Jaii, & Broëti suffragia, quæ in eodem eligendo consonant, sed non habent illud Nominis JESU monogramma (3), delectus ejusdem Sancti, nemine discrepante, constituitur. Sigillum autem, quo usus est S. Ignatius ad firmandam schedam suam, non ediderunt Bollandiani, sed in Commentario prævio ad vitam ejusdem Sancti (4), aliud sigillum vulgarunt in ære incisum, quo idem utebatur, postquam munus obivit Præpositi Generalis, & alii post illum usi sunt.

Vivit hoc ævo ex Ordine Minorum rigidioris instituti, quod dicunt *Strictioris Observantiae sancti Petri de Alcantara*, Frater Leonardus Ligur ex Oppido sancti Mauriti, optimæ famæ vir, qui ubique Concionator Missionarius accedit, in id maxime incumbit, dictis effica-

cio.

(1) *Ibid.* num. 362.  
 [2] *Ibid.* num. 364.

(3) *Ibid.* num. 357. pag. 477.  
 [4] *S. LXIII.* num. 644. pag. 437.

cioribus, ut JESU Nomen omni veneratione prosequantur Christi fideles, omnesque hortatur, ut in cordibus suis illud insculpant, ut salvi per ipsum fiant, & in superliminaribus domorum, & in portis depingant, & cælare studeant, quod multa cum ædificatione a piis hominibus factum fuisse comperimus pluribus in locis, & maxime circa Urbem (1).

Non nimia premimur sollicitudine de Clericis Regularibus, titulo Passionis Domini nostri JESU CHRISTI nuncupatis sermonem facere, licet super pallio eodem monogrammate Nominis JESU insigniti sint, quod nondum ab Apostolica Sede

no.

(1) Illud Nomen JESU ad avertenda mala recenter scriptum radiato monogrammate in externa facie domorum, potissime in locis suburbanis, & si non, numquam in lapide insculptum viderimus, sæpissime tamen rubro colore signatum animadvertimus. Porro Nomen JESU est SALVTARE SIGNVM quale apud Ezechielem erat THAV Capite IX. versiculo 4. & versic. 6. symbolum SALVTIFERAE CRUCIS qua CHRISTUS redemit nos omnes ab omni iniquitate. CRUX vero, vel NOMEN DOMINI, SIGNVM est IVSTORVM, quod IN FRONTIBVS EORVM meditabatur, & describebat sanctus Joannes in *Apocalypsi* Cap. VII. vers. 2. & vers. 3. Item Cap. XII. versic. 4. & alibi in Divinis Scripturis adnotant plerique sancti Patres, & sacri Expositores. Laudanda autem plenis vocibus hæc consuetudo, nobis in mentem revocatur vetustissimum immolandi Agni Paschalis in terra Ægypti, quem docuit, præceptoque DEUS loquens ad Moysen & Aaron, Exodi Capite

XII. vers. 7. tempe, ut sumerent de sanguine Agni. & ponerent super utrumque postem, & in superliminatibus domorum. *Erit autem SANGVIS vobis in SIGNVM in adibus, in quibus eritis,* dicit Dominus. *Ibidem versic. 13. & videbo SANGVINEM & transibo vos nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Ægypti.* Vide quoque versic. 22. & vers. 23. Sed Agnum Paschalem, signo mysterioque venerabili, figuram JESU CHRISTI Domini nostri representasse, anathema sit, qui dubitaverit, postquam tam aperte mysteria Testamenti veteris in novo revelata, & impleta sunt. Siquidem apertissime, & ad rem maxime, in Hymno vetpettino canit Ecclesia Catholica, tempore Paschali recurrente.

*Sparsum cruorem postibus  
Vastator horret Angelus &c.*

.....  
*Jam Pascha nostrum CHRISTUS est,  
Paschalis idem Victimæ,  
Et pura puris mentibus  
Sinceritatis azyma &c.*



novus Ordo adprobatus fuerit , licet ad Argentarium Montem in Thufcia , item in Oppido Suriani prope Viterbium radices fixerit : potest enim satis esse, rebus sic stantibus, omnino non tacuisse, ne videamur vel recentiora negligere, vel minus cognoscere, qui de præteritis pro occasione differendi aliquando periculum facimus .

Græci utebantur potissime duabus literis circa imaginem JESU Christi, ut ejusdem Nomen indicarent. Porro de Nomine JESU Christi, ut plurimum per has notas IC. XC. in nummis antiquis contracto, agit Cangius in Dissertatione de inferioris ævi numismatibus (1) : occurritque in Thesauro Fridericiano (2) in numismate Alexii Comneni, cujus in postica parte circa imaginem Salvatoris, post notas breviatas IC. XC. legitur KE BOHΘEI, hoc est *Domine adjuva*, nempe, *Alexium Dominum*. Item in numismate Emmanuelis Despotis. Etenim circa imaginem JESU Christi, legitur more solito IC. XC. & in gyro KE BOHΘEI, ut supra diximus. Eadem edita fuerunt a Cangiio (3), atque Anselmo Bandurio (4), ut in Sar-

E do-

(1) Num. xxviii.

(2) *Gottha Nummaria &c. sive Thesauri Fridericiani Numismata antiqua*, Auctore Christiano Sigismundo Liebe &c. Amstelædami. MDCcxxx. in fol. Cap. III. §. xxxi. pagina 89. *Ibidem* §. xxxiii. pag. 92. Sed vide quoque §. xxxii. p. 91. nummum Joannis Comneni, quem in hac Dissertat. describere minus solliciti fuimus, licet circa imagi-

nem Salvatoris habeat siglas IC. XC. quum non habeat liturgicam formulam KE BOHΘEI, cujus magis illustrandæ causa alios quosdam nummos produximus.

(3) In *Constantinopoli Christiana*, & in Dissertatione de inferioris ævi numismatibus, Num. xxviii.

(4) *Numismat. Imperatorum*, Tom. II. pag. 754. & p. 758.

donyche bicolori *Musei Victorii* explanata dictum est (1). Eaque pertinebat olim ad Flavium Leonem Despotam filium Basilii Macedonis & Eudoxiæ, *Sapientem* per antonomasiam nuncupatum (2). Idem occurrit in numismatibus Ragusæis, & Ve-

ne-

(1) *Veteris gemma ad Christianum usum exscalpta brevis explanatio &c.* Romæ ex Typographia Rochi Bernabò in 4. MDCCXXXII.

(2) Eadem forma Liturgica occurrit apud Ciampinium in descriptione Basilicæ Libertianæ, *Veter. Monumentor.* Parte I. Cap. XXI. Tab. II. Eademque apud Ciacconium in *Vitis Pontificum Romanorum*. Is autem cum mendo refert vetustissimum sigillum in Sergio I. hisce notis signatum BONOH CEPPIOT, quod perperam interpretatur *clamor Sergii*. Illud idem emendatius vulgavit deinde Papebrochius una cum aliis monumentis ejusdem Sergii, & Zachariæ Pontificum, in Paralipomenis ad Conatam in Catalogos Pontif. editis post Propyleum ad Acta Sanctorum Maii: legit enim BOHOH CEPPIOT, parte una, altera ΘEOS, *quatuor vteris per totidem Crucis segmenta partitis, fitque hic sensus. ADIVTOR SERGII DEVS.* Vide Dissertationem XXIII. al. xv. de *Pontificatu Agathonis*. Ibid. LXXXVI. S. *Sergius*, pag. 59. num. 7. Sigillum vero Papebrochius non Sergio Pontifici tribuit, sed potius fuisse putat *Sergii Patriarchæ Constantinopolitani heretici, ad Honorium Papam decipiendum scribentis de sua fide Anno DCXIII.* Corrigitur quoque Bosius, *Roma Sotterranea &c.* Lib. III. Cap. XLI. in eo fragmento vetusti lapidis, in quo lapsu manifesto legit BOXHTH.

Protulit et. Gorius Pondus æreum veterum Christianorum quadratæ formæ, Tomo I. Numismatum Musei Florentini Tab. CVII. num. II. hisce literis in orbem signatam, ATIA MA-

PIA BOHΘHCON. In quatuor angulis hæc literæ scalptæ sunt, in unoquoque duæ. ΘΕ & Χ ΑΡ Ι C. In centro vero literæ singulares Β S, quarum Β, forma prorsus exotica, infra ΝΙΒ. De eo tamen nihil protulit Tom. III. pag. 224. num. cccxxxii. tanquam de parrergo Operi adito. Hæc autem est interpretatio. SANCTA MARIA AVXILIARE. Literæ in quatuor partes dispersitæ si conjungantur, DEI GRATIA, legi possunt. Quæ in centro sunt, peritiorum requirunt hominem.

Illam formulam vetustissimam, ac piissimam imitantur etiam nunc Romani Pontifices, post sollemnem ordinationem, brevioribus illis Litanis, quæ ad Confessionem sanctorum Apostolorum recitantur in Basilica Vaticana, dum primam Missam sollemniter celebraturus accedit Pontifex, in quibus Litanis antiqua, ac peculiari consuetudine ad invocationes singulas respondetur, ΤΥ ΙΕΛΥΜ ΑΔΙΥΥΑ. Eadem Litanis recitantur pariter in Basilica Lateranensi, qua die Pontifex insigni pompa, & comitatu illuc fertur ad capiendam de more illius Basilicæ possessionem. Sed antiquam eandem formulam imitati quoque sunt nonnulli Principes, quorum nummos collegit in *Antiquariæ supellestilis porciuncula &c.* Paulus Petavius, ediditque Parisiis Anno MDCX. Titulo *Veterum nummorum ΓΝΩΡΙCMA*. Opellam iterum recudit Albertus Henricus de Sallengre in *Novo Thesouro antiquitatum Romanarum* Tomo II. Edit. Hagæ Comitum MDCCXVII. in fol. Vide *ibid.* Col. 1037.

netorum posterioris ætatis, ut monuimus in illustratione Floreni aurei veteris (1). Vidimus autem aliam antiquam gemmam, postmodum eisdem Museo additam, hisce literis exstantibus, & ex albo exscalptis  
 five corolla, area  
 quæ aucto nonnihil  
 dulo heic exprime-  
 KE. BOHΘI. ΠΑΥΛΙΝΩ, hoc est. *Domine adjuva Paullinum* (2). Verum sæpe etiam apud alios vetustarum rerum illustratores, reperitur Nomen JESU contractum per hæc notas IC. XC. circa imagines JESU Christi. Ita apud Ciampinium (3) agentem de musivis operibus aliquando existentibus in Apfide, sive Tribuna Vaticanæ Basilicæ veteris. Sed hæc satis esse putamus de hac formula Græcorum, quæ obvia est tum in nummis, ut diximus, tum etiam in sacris hujusmodi monumentis. Adeat Lector Nummum æreum veterum Christianorum ex Museo Victorio prolatum (4), ubi proferuntur non nullæ gemmæ antiquæ cum eodem lemmate cælato. Et easdem



(1) Parte I. Cap. xviii. pag. 128. Item Cap. xix. pag. 139.

(2) Quis iste Paullinus fuerit, cuius nomen gemma refert, quum in eadem minime exprimatur, divinare opus esset, ut alicui ex multis ejusdem nominis, qui doctrina, & sanctitate clari sunt, tribueretur. Hoc maximo pere evenire solet, quoniam a venditoribus locum unde emerferint vetusta cimelia, frustra requiritimus; & si quid

E 2 no-  
interrogati respondent, tamquam sublestæ fidei metuendum est testimonium. Igitur quisque tribuat, cui magis lubeat. Gemma quam multa præfert antiquitatis argumenta.

(3) *De sacris Edificiis* Cap. iv. Sect. II. Tab. xiiii. Sed in eodem Cap. iv. vide Sect. I. pag. 42.

(4) Parte I. Capite xxxii. Item Capite xxxv. & alibi etiam in eodem Commentario,

notas sine imagine Salvatoris satis sit videre apud Jacobum Sirmondum in disquisitione de Azy-  
mo (1), in Libro de Sacramentis apud Petrum  
Arcudium (2); & in Rituali Græcorum apud  
Jacobum Goar Ordinis Prædicatorum Theolo-  
gum, insigni eruditione conspicuum (3), alio-  
que de iisdem rebus tractantes.

Lectorem vero non ita dimittere volumus,  
ut credat pro lubito sequiori adeo ætate JESU  
monogramma sic expressum IHS, quasi sæculo  
xiv. vel xv. vetustius non fuerit; quin immo  
ad illud idem ultro redeuntes, majorem antiqui-  
tatem procul dubio secum ferre planum fiet.  
Nihilominus, & genio indulgentes, & quantum  
in nobis est, satisfacturi genio eruditorum viro-  
rum, lubet ea quæ differimus, conquistis a vetu-  
state exemplis, monumentisque confirmare.

Heic ergo pro opportunitate describenda  
sunt, quæ olim legimus in vetusto Codice edi-  
to Florentiæ (4), in quo Constantini Lascaris  
*de octo Orationis partibus*, & alia multa ex va-  
riis auctoribus collecta, impressa sunt: Inscri-  
ptus est autem liber a Bernardo Junta *Petro  
Victorio Paulli Filio*. Quæritur igitur ibi-  
dem

(1) Operum Tomo xv. edit. Paris.  
M. DC. XCVI. Cap. IV. Columna 524.  
& 525.

(2) Edit. Lutetiæ Parisior. in folio  
M. DC. XXVI. Lib. III. Cap. xxxviii.  
pag. 272.

(3) In adnotatis ad pag. 117. edit.  
Lutetiæ Parisior. in fol. M. DC. XLVII.

(4) Opera & sumtu Philippi Junta.  
Anno a Nativitate. D. xv. supra mille,  
Mense Novembri. Leone Decimo Pen-  
tifice, in 8.

dem (1): Quare CHRISTUS, & JESUS, sic scribimus. X̄P̄S. IHS.

Quæ sequuntur sunt ea, quæ inde decerpenda duximus, & pro argumenti claritate describimus. *χ*. mutatur in *c* cum adspiratione sic *ch*; ut *χρῦσος* CHRYSSES. *χρυσόστομος* CHRYSOSTOMVS. *χρῦσος* CHRISTVS. Quæ litera, quia figuram habet *x* nostri, sunt qui putant, quum sic scribitur X̄P̄S, per *x*, & *p* scribi Latinas literas; quum ea, quæ *x* videtur sit *χ*, & quæ videtur *p*, sit *p*; & quamquam fere semper legimus in sacris literis CHRISTUS, sic scriptum X̄P̄S; Græce tamen scribatur, quum sic scribitur. Latine enim scribendum est per *ch* adspiratum, sic, CHRISTUS: Eodem modo decipiuntur in JESUS, quum sic scribitur IHS, credentes hanc literam *H*, adspirationem esse, quum sit ἦττα, græca vocalis, quæ est *E* productum, tam apud nos, quam apud Græcos, ut *ΙΗΣΟΥΣ* JESUS. Item, quia Græci ἦττα sic etiam scribunt *H*, quæ litera est similis nostræ longiusculæ adspirationi, Latini sic scribunt IHS, quod vulgus per adspirationem scribi existimat. Alia nonnulla, quæ in eodem Codice edita sunt, &

rem,

(1) Vide pag. 1. Item pag. 271. Sed ita, ut in hac ipsa Dissertatione descripsimus, pag. 274. a tergo.

Notandum vetustiores Typographos, editoresque primores librorum, non nimium curasse numeris signare paginas, quod demum fecerunt politiores Typographi. Tunc igitur qui usdem libris uti commode volebant, adjuvandum memoriam autem o numeros

adponebant paginis; ut vero minus molestam sibi redderent eundem laborem, numerum paginæ præfixum, partem anteriorem, posterioremque ejusdem paginæ designare volebant. Ideo igitur pag. 274. a tergo indicavimus, ut querenti statim occurreret quod voluerit. Sed ipsi quoque typographi hanc consuetudinem signandi paginas tantummodo parte una, aliquando sequuntur:

rem, de qua agimus juvare possunt, quia minus necessaria videntur, ut locum hunc impleant, reiicimus ad calcem paginæ: Quid enim sit adspiratio in sequentibus explanatur (1). Frater Angelus Rocca Ordinis Eremitarum sancti Augustini, Sacrarum Apostolici Præfectus, & Episcopus Tagastensis, de eodem contracto JESU Nomine per hæc literas IHS, agit variis locis (2), litteram ἦτε falso adspirationem putantes redarguens de Græcæ linguæ inscitia. Inquit Maurus Terentianus (3) in Carmine Trochaico quadrato catalectico.

*Literam namque E videmus esse ad ἦτε proximam,  
Sicut ο, & ω videntur esse vicinæ sibi.*

*Temporum momenta distant, non soni nativitas:  
Inde vertunt hanc in ἦτε sæpe dipthongon Graii.*

*Quando quos ἰππεῖς solebant, aut ἀχάρεις dicere,  
Levigant, ἰππῆςque potius, aut ἀχάρων nominant.*

Sed apud Latinos etiam illud usu venisse, te-

(1) Ita in eodem Codice loco citato. Quoniam autem in sermonem de adspiratione incidimus, illud adnotatione dignum existimavimus, acceptam esse adspirationem nostram ἀπὸ τῆς δασείας ἦτε, ἡλὺς accentibus Græcis. Nam illi δασίαν, sic notant ἦτε & ἡλὺς, sic quos accentus in unum conjungentes Romani fecerunt eam adspirationem, qua nos in grandiusculis utimur literis. Qui tamen accentus, nunc fere exoleverunt apud Græcos, quorum loco juniores hinc utuntur, ἡλὺς ut δασία habeat figuram e nostri, sic ἡλὺς vero e inversis, sic ? Et heino

puto nos accepisse adspirationem, qua cursim scribendo utimur. Nam si addideris ἡλὺς denso, adspirationem facies, sed inflexam. Quamquam etate nostræ plures rectam, quam flexam scribentes notant &c.

(2) In Tractatu de sacratissima Crucis particula &c. Cap. IV. Vide si vis novissimam editionem Operum ejusdem Fr. Angeli Rocca, Romæ vulgatam in fol. ex Typographia S. Michaelis ad Ripam Tomo I, pag. 264. Item in sua Bibliotheca Patiana &c. Operum ejusdem editionis Tomo II. pag. 253.

[3] De syllabis.

testimonium perhibent antiqua marmora edita apud Gruterum, Fabrettum, & alios. Digna plane est, quæ iterum typis vulgetur antiqua inscriptio, apud laudatum Gruterum (1) hoc modo expressa.

D . M
DANG. CONSIDIO
ALCIDH. TATAH. B
HNHMHRHNTI
ITHM. C. CONSIDIVS
ALCIMVS. PATRONO
BHNHMHRHNTI
LIBHRTIS. LIBHRTAB
QVH. POSTHRISQVH

In ea numquam adparet litera E. Latinorum, cujus loco perpetuo substituta est H, *hæta*, sive Eta Græcorum. Aliud quoque Epitaphium idem Gruterus adfert (2), in quo nomen *Valeriani* habet H. pro litera E, legiturque VALHRIANVS; & sæpe sæpius pro E, sive H, habet duplex II. cujusmodi quamplura exempla indigitari possent. Consultendus eruditissimus Fabrettus, Antiquarum Inscriptionum Cap. v (3).

Anno clō. lō. cc. xli. aliquas Animadver-  
sio-

[1] Pag. MCLXIX. num. 9.

(2) Pag. DCCLXI. num. 9.

(3) Vide sis pag. 397. Sed & paullo ante Capite eodem pag. 363.

siones edidimus in hanc vetustam Lamellam æneam *Musei Victorii* (1) quibus, pro moduli



nostri viribus illustrare conati sumus officium  
 ORTHRI AVGusti Liberti PROCuratoris A' LORICATA .  
 Poenituit autem statim, tam præcipites fuisse (2),  
 quum

(1) Ex hac eadem Typographia Zempelliana .

(2) Sero memoriæ succurrit illud insignie Augusto Cæsari tributum numismatis emblemata *FESTINA LENTE*, circa anchoram, cui Delphinus circumvoluitur. Sed illud idem anchoræ cum Delphino signum occurrit sine lemmate in numismatibus Titi Cæsaris Vespasiani, ut perhibet Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis in *Dialogo II.* ubi Augusti lemma fuisse prodit *ΚΡΕΤΑΕ ΒΡΑΔΕΩΣ*, quod Latine sonat *FESTINA LENTE*. Ita enim demonstrare volebant hi Romanorum

Principes quantum in omni re prodesse soleat industriæ celeritas cum diligentie tarditate conjuncta. Fuit etiam eodem argumento sapienter additum Fabio Maximo cognomentum perinde celebre, *CUNCTATORIS*. Certe *magna sapientia est, non esse precipitem in agendis*, inquit Joannes Gersen, sive Thomas a Kempis, ut alii putant, *De imitatione Christi* Lib. 1. Cap. IV. §. 2. vere enim discipulus est prioris posterior dies. Veteres in adagiis, atque emblematis, sæpe variisque modis, multa rerum documenta, posterorum utilitati consulentes comprehenderunt.



quam de nomine ejusdem Liberti nihil protulerimus (1). Certum enim est in eo quoque nomine, H. pro litera E. usurpatam fuisse more Græcorum. Sed jam fatis a scopo aberravimus, nempe a re sacra ad profanam divertentes, magis illustrandæ hujus Dissertationis causa.

Ergo ut argumentum resumamus, Epistolas quasdam heic subnectimus ex Spicilegio Lucæ d' Acherii (2). Prima pertinet ad Annum DCCCXXVII. quo Amalarius Episcopus scribit ad Hieremiam (3) Archiepiscopum Senonensem, & de Nomine JESU recte scribendo sciscitatur: Epistolæ hæc formula est.

*Clarissimo Patri, & acutissimo Rhetori  
Hieremiæ Vati in nostra Jerusalem,  
Amalarius.*

*Scribunt Salvatoris nostri JESU Nomen per  
adspirationem, cujus rationis expers sum. Scio vobis  
ignotum non esse, si alicujus rationis causa postpo-*

F

na-

(1) Idem nomen ORTHRI legitur in vetusto lapide Columbarii Liberto- rum, & Servorum Livie Augustæ, & Cæsarum apud Gorium pag. 89. num. XXI. & apud cl. Blanchinium pagina 26. num. XXVI.

(2) Tomo II. edit. Paris. in fol. M.DCC.XXIII.

(3) Vide *ibidem* pag. 330. Quam autem sæculi IX. monumentis Nomen JESU monogrammate descriptum, jam illustrare cœperimus, frustra posterioris ævi multi lapides inscripti, qui hæc il- lac occurrunt; sed & quædam numis- mata heic proferenda essent, quæ tri-

bui solent Constantino IX. qui *Mono- machus* dicitur, floruitque circa an- num MXLI. vel Constantino *Porphyro- genito*. Aureos nummos duos ex The- sauro Fridericiano protulit Liebe, §. XXIX. pag. 37. primo istorum facile concedendos. Alia, quæ nomine Im- peratoris carent hujusmodi numismata, Joanni Zimisæ tribuuntur, qui eodem sæculo IX. Imperium tenuit. Verum- tamen Nomen JESU, non compendio, sed omnibus literis expressum in illis est; & nos majoris antiquitatis moni- menta, de eodem JESU Nomine, ma- nifesta facere hæc Dissertat. conamur.

natur post I, adspiratio in Nomine JESU, quam intimate filio vestro, si adsit. Scio si est, adfore in promtuarium mentis vestræ, quod fluat ad me. Antequam pergeret Dominus Carolus Romam novissime, audi-vi Sacerdotes Galliæ nostræ sonare GISVS; quod neque cum Hebræis, neque cum Græcis conveniebat. Ab illo tempore audio JESUS, ut opinor, quod convenit cum Hebræis, quorum Ducis Nomen legitimus JESUS. Qui JESUS Nomine suo præfigurabat nostrum JESUM, ut Sedulius.

..... jam tunc famulata videbant

Sydera venturum præmissis Nomine JESUM.

Nam Græci his notis I. C. conscribunt illud Nomen, & legunt IHCOYC. Unde mihi videtur, si tamen vobis non alias, oportere scribi per I. & H. & C. sive S. quod legitimus JHESUS. Quibus notis memoratum Nomen scribere debeam, oro ut mandetis.

Quæsitio satisfacit Hieremias Archiepiscopus in hæc verba rescribens (1).

Porphyrus Philosophus Nomen JESU in Anacrostica sua Latine scribit hoc modo JHESUS, quem novimus utriusque Linguae peritissimum fuisse, usus videlicet. Ita Græca litera pro H longa, quam Græci in lingua propria pro I. longa semper sonant. Latini vero pro E. longa. Alia vero ratione imitantes Hebræos JESUM pronunciamus, non per adspirationem, sed per H. Græcum scribentes.

Rur-

(1) Exstat Epistola in eodem Spicilegio Lucæ d' Acherii Tomo III. pag. 330.

Rurfus ita scribit idem Amalarius alia Epistola data ad Episcopum venerabilem Jonam, quasi ad eandem rem nostram apertius declarandam (1).

*Pater, intimate nato, quibus notis inferius figuratis rectius videatur vobis pingi Nomen JESU. IHC. an IHS. Cui ille. Sicut X. & P. (nempe chi, & rho), Græcis literis, & alia qualicumque Latina convenienti superioribus, scribitur Nomen Christi (2), ita I. & H. addita convenienti Latina scribitur IHS.*

Igitur abunde constat ex prolatis monumentis, sæculo IX. usu receptum esse, ut Nomen JESUS hisce notis describeretur. Interest tamen hoc loci memorare quædam numismata Flavii Basilii, & Constantini ejus filii, edita a clariffi-

F 2

mis

(1) *Ibidem* pag. 330:

(2) Notandum Episcopum Jonam in hac Epistola ad Amalarium missa, ut dubiam rem quam cito solveret, non loqui de illo Monogrammate, quo Nomen CHRISTI, duabus tantum literis simul nexis, colligatisque exprimitur hoc modo  $\text{P}$ , sive  $\text{H}$ ; tertiam enim aliam  $\text{K}$  literam requirit. Sed de illis, qui quasi currenti calamo scribentes, quin scribant, exempli gratia, CHRISTUS, IN CHRISTO &c. brevitatis causa hisce notis utuntur, partim Græcis, partim Latinis XPS, item XPS. & IN XPO, seu IN XPO lineola super ducta. Vide marmor vetustum, editum a Bosio Lib. III. Cap. II. in quo legitur FIDELIS IN XPO. Idemque vulgavit Margarinus ex pavimento Basilicæ a Constantino Magno extra Urbem constructæ in honorem sancti Pauli Apostoli, ad pag. VII. num. 76. Is vero lineolam adponit in capite brevitarum literarum in illo marmore.

Id ipsum cumulate videris apud Sertorium Ursatum *de notis Romanorum* pag. 453. & pag. 454. Item pag. 532. Latine vero scribebant IN CHO, sive PRO CHO, nempe, IN CHRISTO, seu PRO CHRISTO, ut in lapide sancti adolescentis, atque Martyris MARIJ, edito a Bosio Lib. III. Cap. XXIII. & postmodum a Boldetto Lib. I. Cap. XLIV. pag. 233. a quibus descriptimus.

TEMPORE ADRIANI

IMPERATORIS

MARIUS ADOLESCENS DVX

MILITVM QVI SATIS VIXIT

DVM VITAM PRO CHO CVM SAN

GVINE CONSVNSIT IN PACE

TANDEM QUIEVIT BENEMERENTES

CVM LACRIMIS ET METV POSVERVNT

ID. VI

Lapidem vulgavit quoque Ursatus *de notis Romanorum* pag. 73. Sed de hoc Monogrammate, alibi fusius.

mis viris Cangio (1), Bandurio (2), & Bege-  
ro (3), quorum unum ex Thefauro Mediceo protu-  
lit Clarifs. Gorius, dignitate *Præposituræ* insignis  
Ecclesiæ S. Jo. Baptistæ, nuper Florentiæ auctus,  
Tomo I. numismatum maximi moduli Musei Flo-  
rentini (4), de quo nonnulla profert Tom. I. (5):  
habet autem circa Salvatoris protomen lemma .  
✱ IHS XIS REX REGNANTIVM . Et illos sæculo IX.  
floruisse satis superque compertum est; ita ut  
dubitare non liceat. Antiquum inscriptum lapi-  
pidem edidit Ciampinius (6), agens de Ecclesia  
in Monte Cœlio a sancto Stephano nuncupata  
(cujus structura, & forma in orbem ducta,  
vulgo occasio existit, ut dicere consueverit, *San-  
Stefano Rotondo*), quæ musivis picturis decorata  
fuit An. DCXLV. Inquit idem existare marmor in  
Oppido Legiuni (7), parieti adhuc adfixum, memi-  
nitque translationis Corporum sanctorum Primi  
& Feliciani ab Urbe Roma, Sergio Juniore, sive  
II. Summo Pontifice qui, ut ibidem legitur,  
EREMBERTO INLVSTRI VIRO CONCESSIT.

Sacrum hoc monimentum vulgavit antea

Gru-

(1) *In Familiis Byzant.* pag. 136. & seq.

(2) Tomo II. *Numismat. Imperat. Romanor.* pag. 724. & pag. 726.

(3) Tomo III. *Thefauri Brande-  
burg.* pag. 362.

(4) Tab. IV. Num. III.

(5) Classe I. Num. xv. pagina 25.  
& seq.

(6) *Veter. Monumentor.* Tomo II.  
Cap. XVI.

[7] Vicus est in Diocesi Mediola-  
nensi. Michaël Antonius Baudrand in  
*Novo Lexico Geographico* inquit: *Le-  
giodunum*, Legion, *Pagus Insubria*,  
*apud oram lacus Verbani, & Besutium*,  
*inter Angleriam, & Locarnum*; ab  
*Angleria* 8. millia passuum; *A Varese*  
12. *A Mediolano* 42. sic a Legionibus  
dictus, olim Oppidum amplum, & an-  
tiquum &c.

Gruterus in magno antiquarum inscriptionum Thesaurō (1): sed quum multa dubitandi argumenta in eo cognoscere sibi videretur Ciampinius; ut tuto procedere, & difficultatibus diligentia, & studio facilius obsistere posset, genuinum exemplar, ipse inquit (2), ut transferberetur curavit. In eo Monogramma Nominis JESU ita formatum est IHV. Ab eodem igitur descriptum (3), iterum typis recusum heic accipe.

✱

HIC SCI PRIMI MARTYRIS CORPVS  
 VENERANDVM IN XPO HVMATVM QUIESCIT  
 QVOD DNO DIGNVS SERGIVS PAPA IVNIOR  
 EREMBERTO INLVSTRI VIRO CONCESSIT  
 AB VRBE ROMA CVM HYMNIS AC LAVDIBVS  
 SPALIBVSQ; CANTICIS DVM ESSET TRANSLATVM  
 QVEM INTER SCOS EIVS SPS TENEAT PRIMATVM  
 IN MULTIS VIRTVTIBVS ET SIGNIS EST DECLARATVM  
 RECONDITVM EST CORPVS BEATI PRIMI MARTYRIS  
 CVM RELIQVIS SCI FELICIANI ANNO INCARNATIONIS  
 DNI NRI IHV XPI DCCCVI KL AVG INDIC VIII ORDINANTE DOM  
 ANGILBTO ARCHIEPO ANNO XXIII PASSIO SCOR VI ID IVN.

Ciampinius erratum triplex notat in hoc Epigrammate. Annum igitur emendat DCCCVL (4). Indictionem VIII. restituit: annum vero Episcopatus Angelberti designat XVIII. errorisque causa

expo-

(1) Pag. MCCLXII. num. 2.

(2) Loco indicato pag. III.

(3) Vide eundem Ciampiniam,


*Veterum Monumentorum Tom. II.*

Cap. XVI. pag. 112.

(4) *Ibidem* pag. 113.

exposita inquit (1). Anno Domini DCCCVL. vivebat Sergius Pontifex. Eodem anno recurrebat Indictio VIII. Eodemque tempore erat Annus XVIII. Angelberti. Miramur autem tot Insubres Scriptores, quot ipse enumerat, de mendis hisce castigandis non fuisse sollicitos.

Nono item sæculo cælatum fuit Epitaphium Arnulphi, quod Muratorius nuper vulgavit (2), & in Oppido Arfagi agri Mediolanensis, in beatæ Mariæ del Monticello exstare scribit. Est vero hujusmodi.



Eidem sæculo IX. tribuit clarus Bonarrotius  
dipty-

[1] *Ibidem* pag. 114.

*Inscriptionum* Tomo IV. pagina

(2) *Novus Thesaurus Antiquarum* MDCCCXXXI. num. 9.

diptychum eburneum sacrum ex Museo suo editum, & illustratum (1), quod olim pertinebat ad Monasterium Rambonæ: sed de eo plura idem Bonarrotius scripsit (2). Vulgavit antiquam picturam Petrus Lambecius ex antiquo Codice Bibliothecæ Cæsareæ manu scripto, quæ pictura pariter sæculo IX. adscribitur, in eaque titulus, qui superstat Christo cruci adfixo, legitur (3). IHC NAZARENVS REX IVDEORVM. In diptycho autem Bonarrotii. EGO SVM IHS NAZARENVS REX IVDEORVM (4).

Sed in sacro triumphali Titulo, capiti Domini nostri JESU Christi superposito, & cruci infixio, Nomen sanctum per singulas literas expressum fuisse non dubitamus, ut videlicet omnibus innotesceret, quis ille Rex cruci per ignominiam, ludibrium, & infamiam defixus existeret: neque enim Hebraice, Græce, & Latine titulum scribere fuisset opus, quando Regis Nomen, per syncopen, sive nexu literarum contraxissent. Istud egregie demonstraret ille idem Titulus vetustissimus; sed malum, nostroque damno infausta res est, non integrum adhuc perseverare in Basilica Sessoriana, ubi pars tantummodo ejusdem insigni veneratione col-

(1) *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro ornati di figure &c.* Firenze. M.D.CC.XVI.

(2) *Ibidem* pag. 280.

(3) *Commentariorum de Augustissimæ*

*Bibliotheca Cæsarea Vindobonensis &c.* Tomo II. pag. 433.

[4] Consule eundem Bonarrotium pagina 265. & illam tabulam cælatam vitriculo, ab ipso editam.

colitur (1), & multis ab heinc sæculis sedulo custoditur.

Narrat Gilbertus Genebrardus in Chronographia (2), repertum fuisse eundem Titulum in Basilica sanctæ Crucis, *in medio templi pariete oclusum*, ævo Innocentii VIII. Summi Pontificis. Verum de re ipsa plenius agit Ciampinius in Opere de sacris Ædificiis (3), ubi Historiam ipsius Tituli reperti, scriptam ab Stephano In-fessura publici juris fecit.

Circa hæc tempora lubet ea referre, quæ de Placentia Urbe scribit Bernardus Montfaucon Monachus Ordinis S. Benedicti, Congregationis S. Mauri in Galliis (4). *Visimus Ecclesiam beatæ Mariæ Majoris; hujus Stratum, antiquum opus musivum est, quo representatur historia Judithæ. Figuræ magnam imperitiam, & barbariem olent. Monstrant ibidem in Cappella quadam B. Mariæ Virginis, puerum JESUM gestantis imaginem, ab ipsa Helena, ut narrant, Constantini matre confectam. In vestibus CHRISTI infantis, hæc literæ sparsim positæ videntur.*

VHS

IHS

Ad hujus ævi terminos spectare quoque arbitramur numismata quædam superstitionis erudi-

(1) Imaginem ejusdem Tituli triumphalis ærea tabula insculptam vulgavit cl. Lupius in Epitaphio Severæ Martyris illustrato, §. xv. Tab. xviii. pag. 150. Descripsitque ab ænea alia antiquiori tabula, jam olim edita Anno

Dom. MDLXXXII.

(2) Lib. IV. pag. 727. edit. Paris. in fol. M. DC.

[3] Cap. VII. pag. 119. & seq.

(4) In Diatio Italico Cap. XXVIII. pag. 445. num. xv.



ditionis, magicis nonnullis characteribus, etiam imagine JESU CHRISTI, & aliis sacris imaginibus, signisque ditata (1), quemadmodum si cum illis comparandæ sint, aliquæ gemmæ *Abraxæ*, multo antea ab impio Basilide, ejusque sectatoribus confectæ conspiciuntur (2); aliquando cum imagine quoque Boni Pastoris ovem suis humeris

## G

## susti-

(1) Originem, ni fallimur, habuerunt hæc numismata ab eo quod legitur in Deuteronomio Cap. vi. *Eruntque Verba hæc, quæ Ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque confurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque, & movebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine, & ostiis domus tuæ.* Quibus infecto animo digestis, posterius facile in superstitionem prolapsi sunt. Aliqua ex his numismatibus recentioris ætatis, sæculo circiter undecimo tribuenda, & Hebraicis characteribus distincta, vidimus in Bibliotheca Rabbinnica Domni Julii Bartolocci Parte IV. quam absolvit, ediditque in lucem D. Carolus Joseph Imbonatus, multa proferens, potissime adversus Carolum de Fabri, & Angelum Gabrielem Anguisciolum hujusmodi numismatum, editis libris qui damnati sunt, acerrimos defensores. Sed multo vetustiora Latinis literis, obscuris tamen nominibus Angelorum, & Patriarcharum distincta, Crucis etiam figura admixta, vidimus in Museo Vallicellano, alibi que. Porro de remediis characterum, videlicet: *Utrum quibusdam verbis, vel characteribus sacris insit virtus sanandi, vel præservandi a peste*, agit Philibertus Marchini Clericus Regularis Barnabita Congregat. S. Paulli. Libro cui titulus, *Belli Divini, sive pestilentialis temporis accurata,*

*& luculenta Speculatio Theologica, Canonica &c.* In Philosophicis de pestilentia problematibus, Problemate xxxiij. edit. Floren. in fol. An. M. DC. xxxij. pagina 41. Illud idem agit Athanasius Kircherius in *Scrutinio Physico-Medico contagiosæ luis, quæ dicitur Pestis.* Sect. III. Cap. V. pagina 113. & seq. edit. Lipsiæ in 4. Anno M. DC. lxxij. Uterque sententiam negativam tuetur. Alii Scriptores, qui de hisce characteribus meminerunt, quod plerumque ad superstitionis nimis declinaverint, omitimus. Dicta est autem superstitio, ut inquit Isidorus, *Orig. Lib. viij. Cap. III. Quod sit superstitia, aut superstita observatio.*

(2) Vocem ΑΒΡΑΧΑΞ illustrat sanctus Augustinus initio Libri de Hæresibus ad Quodvultdesum, ubi ait: *Basilidiani a Basilide, qui hoc distabat a Simonianis, quod trecentos sexaginta quinque cælos esse dicebat, quo numero dierum annus includitur. Unde etiam quasi sanctum nomen commendabat quod est ΑΒΡΑΧΑΞ, cujus nominis literæ, secundum Græcam supputationem eundem numerum continent &c.* Ea de causa, quod scilicet Sol eadem circuitione dierum totum anni spatium compleat, gemmas *abraxæas* dicunt antiquarii, quæ Solem, seu Michram referunt forma Serpentis, Leonis &c. Et literis prorsus significatione carentibus distinctæ sunt; fortasse iis unice notis qui calaverunt, vel calare fecerunt: si tamen eorum alterutro exploratæ erant.

sustinente, aliisque oviculis circa pedes; similibus autem characteribus, a nobis quovis conatu numquam interpretandis, circum adpositis, cælatisque. Quibus figmentis, abutebantur sanctissimis Christianorum dogmatibus, & piis institutis. Sed hæc numismata, quamvis eadem impietate conspurcata, vere posteriorem illis gemmis ætatem sapiunt: neque enim aliquod hujuscemodi numisma vidimus sæculo secundo referendum, in quo Basilides hæresiarcha occubuit (1).

Sed VIII. quoque sæculo idem monogramma Nominis JESU usurpatum fuisse, sunt aliqua illius ævi testimonia quæ doceant, publica jam luce donata a majoribus nostris; ita ut nostrarum partium cura solummodo versari deberet in eorundem memoria hoc loci refricanda; ne autem in ancipiti hæreat aqua, si interea ad consulendos alios Scriptores (quorum opera edita sunt antiqua monimenta), eos qui legerint amandaverimus; & in re gravi magis secure fermocinari contingat, fidelibus oculis iterum nonnulla subiicere constituimus. Illud autem prodit evidenter inscripta ea Columna, quam Panvinius edidit in antiquitatibus Veronenfibus (2). Item Ludovicus Moscardus in Historia Veronenfi (3). Demum Justus Fontaninius Archiepiscopus An-

cyr-

(1) Hadriano Imperatore Basilidem occubuisse notant Chronologi: obiit autem Hadrianus mente Julio, Anno Christi c x x v i i i. quo Imperium

sumit Antoninus, Pius nuncupatus.

(2) Lib. v. Capite xi. pagina 131. edit. i l.

(3) Lib. iv. pag. 70.

SS. NOMINIS JESU 51  
 cyranus in Disco argenteo votivo veterum Christi-  
 anorum Perusiæ reperto , quem commentario  
 illustravit (1). Columnam ipsam igitur (2) ite-  
 rum edendam curamus , putantes Lectoribus non  
 inopportunam judicandam .

† IN N̄ DNI IHV XPI DE DONIS  
 S̄CI IVHANNES  
 BAPTESTE EDI  
 FICATVS EST HANC  
 CIVORIVS SVB TEMPORE  
 DOMNO NOSTRO  
 LIOPRANDO REGE  
 ET VB̄ PATERNO  
 DOMNICO EPESCOPO  
 ET COSTODES EIVS  
 VV̄ VIDALIANO ET  
 TANCOL PRBRIS  
 ET REFOL GASTALDIO  
 GONDELME  
 INDIGNVS DIACONNVS SCRIP  
 SI

Porro sæculo VIII. Catholicæ Ecclesiæ præerat  
 Gregorius III. Pontifex Maximus , Basilicæ

G 2

Con-

(1) Cap. XII. pag. 30.

[2] Duæ sunt columnæ inscriptæ ,  
 quæ de eodem Ciborio mentionem  
 faciunt , utramque laudati Scriptores  
 ediderunt . Nobis hæc una satis est

pro re nostra : aliam ideo omitti-  
 mus , quod ea , quæ utquumque re-  
 dundare animadvertimus , omnino  
 tamquam a nostris curis aliena præte-  
 reamus .

Constantinianæ , in honorem sancti Pauli Apostoli extra moenia Urbis exstructæ cultor eximius . Lapis in ea Basilica adhuc existens , dicto fidem facit , quum *oblaciones* multæ in eadem Basilica quotidie faciendæ in eo præscriptæ sint ; edicente Pontifice interposito anathemate , nemini licere futuris temporibus easdem *oblaciones* minuire : lubet autem partem aliquam heic describere , quæ satis faciat proposito nostro (1) .

\* INN DNI . DI . SALVATORIS . N̄ .

IHY . XPI . BREVE . FACTA . A ME .

GREGORIO . TERTIO . PAPAE .

fic

DE . OBLATIONES . QVAE OFFER

RE . DEBENTVR . PER . SINGVLOS .

DIES . IN . ECCLESIA . BEATI .

PAVLI . APOSTOLI . STATVI .

ENIM . OFFERRI . &c .

Partem quoque alterius antiqui lapidis describendam censui , ad hanc diem servati in Ecclesia , quæ vulgo dicitur sancti Angeli ad Forum Piscarium , a loco in quo constructa est , ita nuncupata : etenim circa illam fit continuo adlatorum in Urbem piscium mercatura . In eo lapide multorum Sanctorum nomina descripta sunt , quorum insignes reliquiæ in eadem sancti Angeli  
sa-

(1) Inscriptionem integram edidit Margarinus, facti sui Operis hoc titulo: *Inscriptiones antiquæ Basilicæ S. Pauli ad viam Ostiensem*, Romæ MDCLIV. in fol. Existare inquit, inter Altare sancti

Dionysii, & primam columnam ad lævam in Navi media. Vide pagina IV. num. 30. Post Margarinum alii quodædum ediderunt, quorum non est instituti nostri ratio texere catalogum.

facra Æde , a vetustiori ætate repositæ fuerunt . Hic lapis epocham certam , qua cælatus fuit , expressam præfert , indicatque diem Dedicacionis ejusdem Ecclesiæ ; eoque magis debet a nobis in pretio haberi , quod antiquitatem fere mille annorum æquet . Spectat enim ad eandem sæculi VIII. ætatem ; quum THEODOTVS . HOLIM . DVX , ac deinde PRIMICERIVS . SCÆ . SEDI . APOSTOLICAE , qui sic Ecclesiam a . SOLO . EDIFICAVIT , in eodem marmore TEMPORIBVS . DOMNI . STEPHANI . IVNIORIS . PAPAË , illam sacram Ædem se construere fecisse profiteatur , nempe ævo Stephani III. Summi Pontificis , qui secundus , non bene , ab aliquibus dicitur (1) . Vulgavit hunc eundem lapidem Joannes Marius Crescimbenius (2) , olim Basilicæ sanctæ Mariæ in Cosmedin Archipresbyter , multis

[1] Stephanus II. tribus elapsis diebus postquam Summus Pontifex renunciatus fuit , repentina morte interiit ; eique mox successor legitime , ac rite datus Stephanus III. apud aliquos origo fuit delendi a Catalogo Pontificum Romanorum eundem Stephanum II. dicentes hujus nominis secundum , qui tertius dici jure debetur . Illo ævo nondum usu receptum erat , ut Romani Pontifices , quum adsumerentur , sive ordinarentur , nomen commutarent , alio sibi adscito , quod primo factum fuisse tradunt Historiæ , ab Hadriano II. Anno Christi DCCCLXXXIV. qui antea *Apetus* dicebatur ; quicquid dicat de Sergio II. Blondus Dec. II. Lib. II. & Martinus Polonus in Chronico , a quibus certe Platina accepit . Igitur , quum Stephanus II. & III. no-

men suum vetus post adfuntionem retinuerint , & Tertius statim post tres dies Stephano II. successerit , vulgus , quod plerumque perperam in rebus minimis , aut non magnis ; ac etiam gravioribus se habere solet , de duobus Pontificibus ejusdem nominis , unum conflatit .

(2) *Stato della Basilica Diaconale Collegiata , e Parrocchiale di S. Maria in Cosmedin &c. descritto da Gio. Mario C. escimbeni , Arciprete della medesima &c.* In Roma . MDCCXIX. in 4. Vide Lib. v. pag. 199. & seq. Sed in aliquibus antiquam lapidis orthographiam non sequitur ; quæ tamen , & si in describendis veteribus monumentis omnino spectanda est , vetustari lapidis rebusque in eodem descriptis , neque demunt quicquam ponderis , neque addunt .

tis nominibus clarus (1), & ejusdem lapidis hæ sunt

(1) Multa sunt quæ scripsit, ediditque Latino, & Patrio sermone, tum soluta oratione, tum carmine, quæ ab eruditioris viris æque laudantur. Sed illud in primis memorandum, Joannem Mariam Crescimbenium, adsumto pastoritio nomine Alpheisibæi Carii (non enim licet in rebus Arcadicis ex instituto, nisi pastorali uti nomine), unum ex primis Fundatoribus existisse Academiæ Arcadum in Urbe, quæ ubique locotum paullo post, ipso potissime rem urgente, Colonias illustres eodem titulo dedit, & quamulta emisit specimina egregiorum ingenii monumentorum.

Porro Arcadum titulo, illustri Academia in Urbe fundata 11. Nonas Octobris Anno MDCXC. Is primus, universo annuente cœtu, ejusdem Custos Generalis renunciatus fuit, quod onus honorisque genus tulit, sustinuitque incredibili alacritate; ita ut moriens, & sub pavimento, prope adytum Basilicæ, cui præerat, adliteratque diu Archipresbyter tumulatus, brevissimo hoc elogio distinctus sit, addita summo loco suo stemmati Syringe, Arcadum insigni. Legendumque est. IOANNES MARIUS CRESCIMBENIVS, PRIMVS ARCADIAE CVSTOS.



Hæc autem addenda pro occasione censemus, iis, qui ab Urbe distant albo Academicorum Arcadiæ adscriptis, scitu non inopportuna. Igitur Crescimbenio successit *Phylacidas Lucinianus*, quo nomine censēbatur *Franciscus Lorenzinius Romanus*. Sed morte sublati est vir maxime clarus xviii. Kal. Julii Anno MDCCLXIII. ac demum quinto nonas Octobris, eodem Anno MDCCLXIII. Tertius post Crescimbenium, & Lorenzinium delectus est *Miræus Kopbeaticus*, nempe *Michaël Joseph Morei*, olim Generalis Arcadiæ

Procurstus; editisque multis carminibus, & prosa, sive soluta numeris oratione de literaria republica optime meritis.

Ad notatiunculam fortasse longiorem quam oportebat, nonnulli judicabunt; sed qui huic Academiæ socius immerito cooptatus sum, THEODEMI OSTRACINII nomine, multis ab hæc annis, ingrati animi vitio notari formidabam, si hanc qualemcumque laudationem adponere detrectassem. Si Poësim amas, si multijuga eruditione delectaris, vide *l'Autunno Tiburtino di Mirco P.A.* edit. Romæ An. 1743. in 8

sunt primæ lineæ nostro instituto magis necessariæ.

HAEC SVNT NOMINA . SCORVM . CORVM

*sic* BENEFICIA . HIC . REQVIESCVNT . IDEST .

DNI ET SALVATORI . N . IHV . XPI . SCAE QVAE

EIVS GENETRICIS . MARIAE DOMINAE . N . &c .

Reliqua consulto omittimus , ne benevolos Lectores , Typographosque tædio inaniter , ac frustra adficiamus (1) . Eodem pacto missos facimus alios inscriptos lapides ad utrumque sæculum , VIII . videlicet , & IX . pertinentes ; vetustiores lubentius daturi , si tamen omnimoda cura , atque impigro studio adhibito contigisset editos , vel ineditos invenire , ac inspiciere .

Nummum Justiniani Secundi , seu Junioris , cujus hoc est lëmna circa Imperatoris stantis imaginem . D N IVSTINIANVS SERVVS CHRISTI 3 , & infra CONOB : Parte altera vero circa Christi protomen . IHS CRISTVS REX REGNANTIVM , memoravimus olim in Nummo æreo veterum Christianorum explicato Parte 1 . (2) , & sæculo VIII . vel etiam VII . si vis , tribui potest , quum idem Justinianus II . regnare cœperit Anno DCLXXXV . a Philippico autem obruncatus obierit Anno DCCXI . Cangius in Familia Heraclii Tabula III . aliud quoque numisma profert ejusdem Imperatoris , cujus lemma circa JESU Christi imaginem ,

[1] Siquidem brevitati studemus , volumen . quod aliis placet , evadat , non utique , ut dissertatio liber , aut (2) Capite XXXVII .

nem, parum differt a superiori : monogramma vero Nominis JESU, idem omnino est. Sed numismata hæc alii pariter ediderunt.

Aliqua diplomata etiam antiquiora, in quibus Nomen Domini nostri JESU Christi occurrit, non curavimus ad rem nostram juvandam producere, quum vulgata sint communibus Typothetarum characteribus, & ea in nobis non sit oculis perlustrare. Verum plura ex his conscripta esse cum eodem a nobis hæctenus illustrato monogrammate, postquam adeo vetusta, ac sincera monumenta vulgavimus, vix ullus remanet scrupulus, ac dubitandi locus. Ergo quam longissime ab ævo, quo florebat sanctus Bernardinus Senensis, sacratissimum JESU Nomen hisce siglis formare sollemnè erat, ut pluribus vetustis monumentis palam fecimus, & comprobavimus, variis prolatis exemplis Scriptorum ætate ejusdem viri sancti multo antiquiorum.

Verumtamen sæculo IX. & VIII. ac etiam sæculo VII. monumentum adhuc antiquius proferam, jam olim editum ab Aringhio (1), cælaturam nempe primorum Christi fidelium ex anulari onyche, *vix humani unguis mensura*, quam Ludovicus Compagnius (2), etsi ruditer ab artifice confectam, atque expeditam, apud se reti-

nere

(1) *Romæ subterranea* Tomo II. Lib. v. Cap. IX. pag. 475.

[2] Aringhius inquit apud Ludovicum Compagnium gemmam adservari,

errore, ut putandum est, typographico. nisi a Compagnio ad Campegium gemma transferit. Vide igitur Aleandrum juniorem pag. 13. mox citandum.



vere gaudebat, ut gaudere solent omnes, qui in aliqua re vetustiori comparanda, & possidenda, non ita facile considerant quid impensum; immo vero, si quid in eruditione lucratum, magni faciunt. Singulari commentario eandem gemmam multo antea illustravit Hieronymus Alexander junior (1), dicavitque Francisco Barberino S. R. E. Cardinali. Exprimit gemma symbolice Petri Naviculam: Christum quoque super aquas gradientem, qui Petrum ne demergatur fluctibus, manu porrecta sustinet. E regione legitur græcis literis ΙΗΣ. ΠΕΤ. nempe ΙΗΣΟΥΣ, scilicet JESUS, & ΠΕΤΡΟΣ, hoc est PETRVS. Sed iconem gemmæ accuratissime recusam heic præstat exhibere.



Ne tamen putet Lector eadem vetusta gemma iterum prodita, nobis quodammodo cordi esse ipsam gemmæ interpretationem, quam Aleander, & Aringhius subdidere de Arca Noëmica, ultro dicimus eam probare non posse. Quis enim cordatus vir facile credat Arcam Noëmi super arbore navis

H possi-

[1] Navis Ecclesiam referentis symbolum in veteri gemma anulari incisum. Romæ MDCXXVI. in 8. Apud Franciscum Corbilletum.

positam ab artifice, quanti vis rudi, atque imperito? Illic igitur, nonnisi vela periclitantis naviculæ coarctata cognoscimus; in avibus vero illis, & pisce natante, alia mylteria, quæ percensere non est nostri instituti ratio, multaque de hisce symbolis egregie, atque eruditissime prodidit ipse Aleander: Est autem quasi rei nauticæ primum elementum, insurgente procella, navigii vela quantocyus contrahere, ne magis agitata fluctibus illidantur naves, & quassentur. Ceterum si Arcam Noë, ea quæ vela contracta navis adfirmamus, adhuc velis fortasse repræsentare, necesse est omnino aliquid spatii intercedat a loco, ubi navis existit ad eum, in quo Arca efficta est; ita ut quam maxime ab ipsa navi Arca distare, atque in ipso mari fluctuare deberet.

Sed mare in ea gemma non ita adfurgit, ut illam quoquo modo possit adtingere. Arca autem Noë temone, sive gubernaculo caruit, remis quoque, arbore, ac velis; atque ita mari commissa, non sine miraculo, ab omnipotentis Dei ineffabili providentia ducebatur, ac reducebatur; *requievitque, ut habet Genesis (1), mense septimo, vigesimo septimo die mensis, super montes Armenia.*

Illam rem non ita facile credibilem animadvertit optime Aleander (2), visis apud Pe-  
re-

(1) Cap. VIII. versic. 4.

(2) Operis laudati pag. 14.

rerium nonnullis Arcæ formis (1), ab hac adfer-  
ta Arcæ figura prorsus diverfis : nec tamen ab  
adoptata opinione, cognitoque absurdo recessit,  
quum posset eadem quæ scripsit, etsi a navi  
distaret Arca, vel intacta relinquere, vel facili  
negocio, pene dictis ab eo cohærentia, simul  
omnia contexere. Nos longa vetustate gemmæ  
contenti sumus, & illis characteribus in eadem  
cælatis, quibus de Nomine JESU, compendio  
primis temporibus Christianæ Religionis forma-  
to, satis constare potest (2). Multam enim re-  
dolet antiquitatem rudis illa cælaturæ forma,

H 2

quæ

(1) In Commentariis ejusdem in Ge-  
nesim. Vide sis dissertationem Octavii  
Falconerii de *Nummo Apamensi* ad Pe-  
trum Seguinum, editam Romæ Anno  
M.DC.LXVII. in 8. Cl. Præsul Blanchi-  
nius in sua universali Historia moni-  
mentis, symbolisque Illustrata, Deca-  
de II. Cap. XVII. pagina 191. in Apa-  
mensi nummo Ottoboniano, in Arcæ  
anteriori facie legit ΝΙΩ, non autem  
ΝΩΕ, ut alii editores, ita ut ΝΕΩ-  
ΚΟΡΩΝ debeat interpretari. Sed de  
codem nummo, aliisque hujuscemodi  
forma signatis, multa dixerunt viri do-  
cti, quos paullo ante cl. Gorius recen-  
suit in numismatibus maximi moduli  
Musei Florentini Tomo III. Classe I.  
num. cccxxi. pag. 149. & seqq. descri-  
bens tabulas Tom. I. numismat. produ-  
ctas, nempe Tab. LXXVI. N. III. Sæpe  
autem in antiquis monumentis Arca Noë  
expressa cernitur. Si qui vero de Arca,  
ejusque constructione plura avent co-  
gnoscere, adeant Opus de *Arca Noë*  
ab Athanasio Kircherio elucidratum,  
editumque Amstelodami in fol. Anno  
1675. & simile Opus P. Bernardi Lamy.

(2) Hanc eandem historiam peri-  
clitantis naviculæ, & Petri, cui CHRIS-  
TUS manum adjutricem porrigit, vi-  
dimus in *Museo Victorio* ab artifice  
recentiori cælata egregie chalcædo-  
nio insignis magnitudinis, & crassitu-  
dinis uncialis & ultra, in quo mare  
subfuscum comparat, reliquo chalcædo-  
nio subalbido : nubibus quibusdam in  
ipso gemmæ margine a natura forma-  
tis. Porro quæ pars nubes repræsen-  
tat, quasdam habet variegatas nebu-  
las, seu venas dixeris, quales fert  
achates. Duplex autem chalcædonii  
color, subfuscus videlicet, sive potius  
subæruleus, ac subalbidus, non om-  
nis a natura est; sed subalbida pars su-  
perior adparet, quod ferræ scindere,  
ante quam scalperetur, in segmenta vo-  
luerint, nec tamen usque in finem scif-  
suram prodixerint. Ergo pars adhuc in-  
tegra subfuscum retinuit colorem, quod  
solida sit: pars autem altera, quæ in  
duo scindi cœpta est, subalbidum osten-  
tat, quod majorem, causa subtilitatis,  
obtinuerit transparentiam; ideoque  
magis diaphana, ac translucida est.

quæ fucò omni excluso, in ipsa nititur artis simplicitate.

Verum enim vero gemma, quam produximus, inspectis certis indiciis, etsi vetustissima sit, tamen, quod epocham constantem, & fixam illi tribuere nemo possit, eadem profecto nolumus, tamquam sigillo uti ad claudendas nostras hæc lucubrationes. Ineunte autem sæculo III. JESU Nomen his literis IHC. expressum fuisse, numismate Alexandri Severi Romanorum Imperatoris mox producendo, pro coronide hujus dissertationis tutissime firmabimus. Quo Lectori æquo, humanoque satisfacisse existimamus.

Ergo exstabat olim in Museo clari viri Marci Antonii Sabbatinii antiquarii in Urbe, laudatissimi, æreum numisma Alexandri Severi,



cujus imaginem ad formam vetusti exemplaris æri incisam, tenui pagellæ segmento, sine ulla tamen illustratione ipse vulgavit, & nos ab eadem cælatam buxo exactissime, iterum produximus. Ex una caput Imperatoris adparet leo-

nina pelle vestitum , ita ut sola facies oblique formata videatur , cujusmodi etiam visitur in aliis numismatibus jam editis . Circum legitur ALEXSA---DRI . In averſæ partis area fingitur Afella ſtans , & pullum ſuum lactans , ſupra Scorpius : Hoc autem eſt lemma in orbem deſcriptum . DN IHV XPS DEI FILI---VS , nempe DOMINVS NOSTER JESUS CHRISTVS DEI FILIVS .

Alexandrum ethnica pietate JESUM CHRISTUM quodammodo coluiſſe , monſtravimus in Commentario ad Nummum æreum veterum Chriſtianorum *Muſei Victorii* explicatum Parte I (1) . Quid vero ſibi velit hoc monſtrum , quod in nummo fingitur , intelligent pleniffime qui *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* vetultioreſ memorias non ignorant . Magnus Baronius ad Annum Chriſti cci. (2) , calumniam ab Hæreticis Gnoſticis ad Chriſtianos facile profluxiſſe opinatur , loquens de figura Afini , cujus ſub imagine Deum adorare hi dicebantur , quemadmodum Gentiles de Judæis fabulati ſunt (3) . Hæc etiam objecta fuiſſe Chriſtianis , præter Scriptorum teſtimonia , quæ ab ipſo Baronio cumulate recitantur , diſertiffime oſtendit numiſma prolatum tunc temporis percuffum . Ex libro , quem ſcripſerunt Gnoſtici de *Stirpe Mariæ* , multis horrendiſque portentis , &

blas-

(1) Capite vi.

[2] Num. margin. xxv. uſque ad num. xxvii. Eadem attingit quoque idem Baronius , ſed non ita clare ad

annum Chriſti xlii. num. marg. xxxiii.

(3) Vide ſs Tacitum , *Hiſtoriam* Lib. v. Cap. i. & iv.

blasphemiis scatentem , aliqua ad rem magis declarandam excerpfit sanctus Epiphanius (1) . Proinde legitur apud Tertullianum (2) , picturam quamdam sua ætate , palam propositam fuisse Romæ , cum inscriptione . DEVS CHRISTIANORVM ONONYCHITES . Sed hæc omnia plene digesta sunt in Annalibus Ecclesiasticis (3) .

Apud Bonarrotium in Observationibus ad vitrea fragmenta figuris ornata , repertaque in sacris cœmeteriis , semel occurrit figura Asini (4) , ornamentum fundi vitrei vasis rotundi , cujus in area superne legitur , ASINVS . De eadem figura multa erudite scribit laudati Operis auctor (5) : etenim quam sæpe sculptura , picturaque hoc animal expressisse veteres Christianos , seorsim etiam ab aliqua historia nos monet . Nec dissimulavit , licet paucis contentus , calumniam illam adversus Christianos evulgatam , fortasse originem duxisse ab ipsa frequentiori consuetudine fingendi hujus animalis figuram .

Huic numismati comites , alia quoque adhuc inedita adjicenda sunt , quæ servabantur olim a Francisco Palatio in Urbe antiquario , duobus ab heinc annis vita defuncto

(1) Hæresi xxvi .

(2) In Apologia Cap. xvi . Vide quoque Minutium Felicem in *Octavio* . Floreat autem Tertullianus Sæculo III . incunte , Alexandro Severo Imp .

(3) Locis citatis .

(4) Tab. ix . Fig. iv . In Familia Cor-

nelia notum est ASINÆ cognomen : Idem dici potest de Gente ASINIA . Sed ab animalibus Porcos , Vitulos , Taurios , & alios nuncupatos fuisse , docent qui de Nominibus Romanorum , & Numismat. Familiarum scripserunt .

(5) Pag. 71 . & seqq .

cto (1). Unum & alterum parte una caput exhibet Alexandri, leonis pelle contactum, ut in superiori exprimitur. Unius in peripheria legitur ALEXANDER. Et in averfa parte, sine lemmate idem monftrum profertur. In altero circum legitur ALEXANDR. litera x. bis repetita, & in poftica repræfentantur cum fuis fymbolis, Hercules, & Minerva, pariter fine ulla infcriptione. Aliud numifma eundem Alexandrum refert, laurea corona circa tempora redimitum, cum lemnifcis de more pendentibus, prominente dextero humero cum parte pectoris, effufa defuper chlamyde, & circum legitur, IOVIS FILIO. In adverfa parte idem omnino monftrum, quod in primo, & fecundo numifmate perfpeximus. Tribuiffe autem fibi Alexandrum Severum, quæ potiora ab Alexandro Magno gefa narrantur, quafi alter Macedo effet, quis ignorat? Quare tamquam IOVIS FILIVS, & ipfe fupra humanum genus feffe efferebat, & magnifice gloriabatur (2).

Igitur in opprobrium Christianorum, qui æque ac Judæi, per jocum *Afinarii* dicebantur a veteribus, tria hæc numifmata edita fuerunt ab eodem Alexandro Severo Imperatore, ut putandum

[1] Obiit Romæ An. MDCCXLIV. Undecimo Kal. Maii, tumulatus ad Ædem, in honorem S. Nicolai Deo facratam, quam vulgo nuncupant fancti Nicolai in Arcione.

(2) Porro ea de cauffa in numifma.

tibus aureis, argenteis, æteisque Alexandri Macedonis, cornu Ammonis frequentiffime obfervatur. Jupiter enim Ammon ad fines Libyæ, quæ Africæ regio eft, infigni templo ab illis Gentibus extructo, Arietis imagine celebratur.

64 DE MONOGRAMMATE SS. NOMINIS

dum est, quando in illa pictura, de qua nonnulla loquuti sumus, mysteria eorundem Christianorum irrideret Gentiles, quæ falso quamvis, ac dolose ab impostore conficta, sibi tamen videbantur in eadem, tamquam vera, detecta cognoscere.

Utquumque de hoc monstro sit, de Monogrammate Nominis JESU, testimonium ceteris longe vetustissimum, in eo numismate Lectores accipiant, & quæ monumenta illustriora contigit scribenti mihi præterire, si ab ipsis fuerint quomodocumque indicata, rem nobis gratissimam facturos esse sciant, ut magis ornate de sanctissimo JESU Nomine (1), si oportuerit, iterum tractare conemur: parati quippe sumus doceri semper ex monito Lucii Annæi Senecæ, qui sapientissime scribit (2). TAM DIV DISCENDVM EST . QVAM DIV NESCIAS . ET SI PROVERBIO CREDIMVS . QVAM DIV VIVAS .

(1) S. Augustinus, *de Civitate Dei* Lib. xviii. Cap. xxxii. ubi, de *Prophetiâ, quæ in Oratione Habacuc, & Cantico continetur*, sapientissime disserit, ad examen revocans illud ejusdem Habacuc Cap. ii. Vers. 18. quod in variis Codicibus diversimode legitur: *Ego autem in Domino exultabo, GAUDEBO IN DEO SALVARI MEO &c.* inquit: *Melius autem mihi videntur quidam Codices habere: GAUDEBO IN DEO JESU MEO, quam hi, qui volentes id Latine ponere, NOMEN ipsum non posuerunt, QVOD EST NOBIS AMI-*

*CIVS, ET DVLCIVS NOMINARE.* Vide notatiunculam in hac dissertatione de Monogrammate SS. NOMINIS JESU, positam ad calcem paginæ 2.

(2) Epistola LXXVI. nempe Libri x. Epistola vii. Scribit Cicero *Tusculanarum Quaestionum* Lib. I. pag. 151. *Nec me pudet . . . fateri nescire quod nesciam.* Sidonius autem Apollinaris *ad Felicem* scribens in suis Panegyricis, inquit.

. . . . . TANTA  
NULLVS SCIT, MIHI CREDE, QVANTANTA NESCIIT.




M A N T I S S A  
*AD PRAECEDENTEM DISSERTATIONEM*  
D E V E T U S T A T E  
*ET FORMA*  
M O N O G R A M M A T I S  
*SANCTISSIMI NOMINIS*  
J E S U

Omne quodcumque facitis in verbo , aut in opere , omnia in NOMINE DOMINI JESU CHRISTI , gratias agentes Deo , & Patri per ipsum .

*S. Pauli Apost. Epistola ad Colossenses ,  
Cap. III. Versic. 17.*

M A N T I S S A  
 D E M O N O G R A M M A T E  
 S A N C T I S S I M I N O M I N I S  
 J E S U

**A**BSOLUTA dissertatione de vetustate, & forma Monogrammatis sanctissimi Nominis JESU, extra ordinem monumentum hoc adponere, visum est, in quo idem Monogramma cum aliis sacris imaginibus, atque emblematis exprimitur. Ponitur autem loco non suo; certis enim temporibus adsignare nequivimus, occasione qua id monumentum constructum est haud quaquam explorata.



Plumbea lamina hæc est rotundæ formæ servaturque in *Museo Victorio*. In ea, parte antica spectatur beata Virgo MARIA nubibus insidens, corona redimita caput, puerum JESUM genibus suis stantem sustinens dextera manu, sinistra Rosarium, sive coronam precatoriam extendit, porrigitque ad Urbem quamdam amplissimam, in

inferiori parte laminæ expressam conversa; similemque coronam precatoriam gestat, ac versus eandem Urbem protendit puer JESUS. Parte altera expressæ sunt imagines sanctorum Sebastiani, viri barbati figura (1), trunco adligati, ac fagittis confossi, & Rochi peregrinorum more vestiti, baculum oblongum sinistra gestantis, cujus ante pedes canis visitur panem ore deferens, blandientis statu. Exsurgit inter eos litera T, cujus hasta longior perpendicularis, alicubi dissecta est ad formam Crucis, eidemque permixta est litera S.

Arbitramur literam T. signum salutare continere-

(1) Exstat Romæ in Exquillis, Titulo Eudoxiæ Deo dicata Ecclesia, quæ a ferreis catenis S. Petri Apostoli, ibidem longe ab hoc avo servaris, dicitur ad vincula S. Petri: ibique opere musivo constructa est perantiqua imago sancti Sebastiani Martyris, videlicet tempore Agathonis Pontificis. De hac imagine primus egit Paullus Diaconus in Historia de gestis Langobardorum Lib. vi. Cap. 111. agit etiam Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad Annum Christi DCLXXX. num. 52. Item in notis ad Martyrologium Romanum ad diem XIII. Kal. Februarii lit. c. Bollandus quoque suo loco; ac postremo Ciampinius, qui imaginem ipsam exacte delineatam, & æri incisam edidit Libro II. Veter. Monim. Cap. xvii. Tab. xxxiii. ibique sanctus Sebastianus non imberbis, & nudus, sed senili aspectu, ac decore vestitus effingitur, contra communem nostræ ætatis pictorum, & sculptorum consuetudinem, qui suo Marte ad ostentationem artis potius, quam ad historiæ veritatem, juvenem

exprimere solent, & imberbem amicum deposito. Clamant adversus hanc artificum licentiam Baronius, & Bollandus, ut magis honestati consulatur; nec tamen adhuc quicquam profecerunt.

Male autem Ciampinius Lib. eodem *Vet. Monim.* eodemque Capite supra citato, pag. 116. putans ex Annalibus Ecclesiasticis, ea quæ Bollandus recitat descriphisse, insurgit adversus eundem, quod, ut ipse ait, Baronii sententiam alteraverit; quin ipse Ciampinius eo loci redargui debet, quod non animadverterit, Bollandum ex notis ejusdem Baronii ad Martyrologium Roman. ea sumisse, ad supradictam diem xx. Januarii, in qua S. Sebastiani Martyris memoria recolitur. Frustra igitur tres Baronii impressiones inspexisse se inquit, in quibus relata a Bollando sententiam non invenit, & minus ad rem faciunt sequentes querelæ. Sed post obitum auctoris vulgata est pars secunda Veterum Monumentorum: neque vero Ciampinius amoverat, ut in adagio est, MANVM DE TABULA.

tinere, ac prodere; illud autem magis ostendunt litera s, & forma Crucis. Dicitur etiam posset, duabus hisce literis s. τ. simul commixtis Græcam vocem *σαυρός* designari, quæ Crucem significat. Vide *Staurostichon*, nempe Heroicum Poëma de Mysteriis Dominicæ Crucis a Joanne Francisco Pico elaboratum (1). Sed non est tantæ antiquitatis id monumentum, ut Græco-Latina inscriptione, atque eruditione præstare nobis videatur; altero enim ab heinc sæculo, vel paullo ante formatum fuisse credimus.

Super Tau, Nomen JESU sanctissimum ita expressum est IHS, & super H, Crucis figura attollitur. Demum in summitate hujus Crucis Monogramma ✠ descriptum est. Itaque JESUS CHRISTUS interpretari debet.

Salutare signum inter imagines sanctorum Sebastiani & Rochi, sacrum amuletum fuisse hoc numisma demonstrat, adversus morbi pestilentialis furorem, pie ab aliquibus hominibus in ea Urbe, quæ ibidem expressa est, usurpatum. Quare inferne adpositum est lemma: SIGNATIS. PARCENDVM, tamquam ab Angelo percutiente intactis in communi malo relictis, & relinquendis, quod alias ab Ezechiele narratur Cap. IX. Videtur Tertullianum *adversus Marcionem* Lib. I II. Cap. XXI L.

& ite-

(1) Hoc opus inter Scriptores Germanicos Marquardi Freheri reperies Tomo II. pag. 242. Ideo autem heic recensemus, quod ipse titulus Operis sa-

tis illustret rem nostram; ceterum legit auctor de Crucibus, quas in Germania suo ævo cœcilitus delapsis, & in vestibus hominum impressas referebant.

70 DE MONOGRAMMATE SS. NOMINIS JESU  
& iterum Lib. *adversus Judeos* Cap. XI. Sed vi-  
de etiam in præcedenti dissertatione adnotata ad  
calcem paginæ 32.

Plura de hoc monumento minime subnecti-  
mus, quum nihil ultra progredi quiverit nostræ  
perquisitionis studium, ut supra diximus, arcta-  
to tempore currentis præli. Relicta igitur, si  
cui lubeat, de eodem ampliori dicendi faculta-  
te, ne interea viris eruditus lateret hæc etiam se  
exercendi occasio, ultro monumentum producere  
fategimus, sola illius descriptione proposita.

Ea vero omnia, quæ huc usque de NOMI-  
NE sancto tuo, pie JESU elucubravit, in die  
ultionis nobis profutura confidimus; nullum enim  
laudis, vel præmii studium, aut sollicitudo nos  
excitavit ad scribendum, sed propositum unice no-  
bis fuit, placere tibi, hominibus non displicere,  
quibus rem utilem, ni fallimur, contra ingenii  
tenuitatem conantes, præstare curavimus. Igitur  
quoniam SVFFICIENTIA NOSTRA EX DEO EST (1), si  
quid utilitatis ex hoc scripto, cujusquam bono fu-  
turum sit, ut aliquando emergat, NON NOBIS, DO-  
MINE, NON NOBIS (2), SED NOMINI TVO DA GLORIAM.

(1) S. Pauli Epistola ad Corin-  
thios Cap. III. Versic. 5. Inquit DEVS  
in Evangelio sancti Joannis Cap. xv.  
Versic. 5. SINE ME NIHIL POTESTIS

FACERE.

(2) Psalm. cxiii. Versic. 9. A quo  
Versiculo initium sumunt Hebræi Psal-  
mi cxv.

VIVAT . VALEAT . QVI . LEGIT

IMPRI-

**IMPRIMATUR,**  
**Si videbitur R<sup>m</sup>o Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.**  
*F. M. de Rubeis Archiep. Tarſi Viceſg.*

---

**IMPRIMATUR.**  
**Fr. Nicolaus Ridolfi Magister Sac. Palatii Apostolici Or-**  
**dinis Prædicatorum.**





---

IMPRESSIT ROMAE  
EX ARCHETYPŌ  
IOANNES ZEMPEL TYPOGRAPHVS  
PROPE MONTEM IORDANVM  
ANNO A PARTV VIRGINIS  
cl. l. cc. XLVII.  
MENSE PRIMO







*DE EMBLEMATE*  
MUSEI VICTORII  
*ET DE NONNULLIS NUMISMATIBUS*  
ALEXANDRI SEVERI



EPISTOLA  
AD VIRUM CLARISSIMUM  
PAULLUM MARIAM PACIAUDI  
CLERICUM REGULAREM  
DE MUSEI VICTORII EMBLEMATE  
ET DE NONNULLIS NUMISMATIBUS  
ALEXANDRI SEVERI  
SECUNDIS CURIS EXPLANATIS




ROMAE  
TYPIS ZEMPELIANIS. M. D. CC. XXXXVII.

---

SUPERIORUM PERMISSU

Hoc præstat amicitia propinquitati , quod ex propinquitate benevolentia tolli potest , ex amicitia non potest : sublata enim benevolentia , amicitia nomen tollitur , propinquitatis manet .

*Cicero in Lælio , sive Lib. de Amicitia pag. 485.  
Operum Tomo IV. Edit. Venet. ex Officina Lucæ Antonii Juntæ , in fol. An. MDXXXVI.*



*Imprimatur .*

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici .

*F. M. de Rubeis Archiep. Taris Vicefg.*

*Imprimatur .*

Fr. Raymundus Palombi Magister Socius Reverendissimi Pat. Mag. Sac. Pal. Apost. Ordinis Prædicatorum .


AD

AD VIRUM CLARISSIMUM

PAULLUM MARIAM PACIAUDI

ΕΥΧΑΙΡΕΙΝ

I.



Irantur omnes qui vetustatis monimenta perscrutantur, quique rei literarię magis cultam supellectilem, per honestum otium rimari solent. Mirantur certe qui te norunt omnes, vir clarissime, post nuper editam Ro-

mę typis Zempelianis dissertationem *de vetustate, & forma Monogrammatiss sanctissimi Nominis JESU*, cujus in prima facie legitur auctoris emblemata ΘΕΟΣ. ΚΑΙ. ΗΜΕΡΑ. Tuam idem emblemata præferentem, mox Neapoli prodiisse, cui titulus: *Dissertazione di Paolo Maria Paciaudi &c. sopra una statuetta di Mercurio &c.* Quis enim facile non æstimaverit ad te utramque lucubrationem pertinere? Quandoquidem nomen tuum in ipsa fronte tuorum Opusculorum expressum est; & celebre habetur per Italiam, cujus plures insignes Civitates, & loca, tuis concionibus e suggestu recitatis peragrasti, & ultra montes illustre quoque est scriptis tuis proëlo consignatis. Tamen, quod in eadem

dem prima dissertationis fronte de Monogrammate SS. Nominis JESU, *antiquis emblematis, non antea vulgatis, ex MUSEO VICTORIO referta* dicitur; atque eadem emblemata suis locis opportunè adlata, fortasse non inepte explicata sint, oculatus Lector, auctorem illius dissertationis in eodem *Museo Victorio* latere, quasi per transfennam deprehendere sibi visus est, exemplum monstrante *Glyptographica dissertatione*, in Urbe vulgata anno MDCCXXXIX. memoratis typis Zempelianis, quæ licet anonyma quoque prodierit in lucem, ipso met emblemate distinguitur, versaturque circa *duas Gemmas vetustissimas emblematis, & Græco artificis nomine insignitas, quæ exstant Romæ in Museo Victorio.*

Rem ita se habere magis aperte prodit liber Florentiæ impressus anno MDCCXXXVIII. & patrio fermone conscriptus, titulo: *Il Fiorino d'oro antico illustrato, discorso di un Accademico Etrusco indirizzato al Sig. Dottore Antonio Francesco Gori Lettore delle Storie sacra e profana nello Studio Fiorentino* (1). Cujus in epistola nuncupatoria ad eundem clarissimum Gorium (2), auctor, de more, se latere velle ait, suo emblemate contentum. ΘΕΟΣ . ΚΑΙ . ΗΜΕΡΑ .

Ad hæc recensenda Opuscula non animum incendit vana libido placendi sibi, sed impulit  
occa-

(1) Nella Stamperia di S. A. R. Per i  
Tartini, e Franchi . in q.

[2] Pag. viii. Modo in Basil. S. Joan.  
Florentiæ Præpositi munere fungitur.



occafio ; five potius neceffitas mittendi ad te hanc epiftolam , quafi nolentem coëgit , omiffis aliis nonnullis ex eodem *Museo Victorio* variis temporibus evulgatis Opusculis , quod illo emblemate , fuique auctoris nomine , instinctu bonæ fidei procedente fcriptore , deftituantur . Fuit etiam opus aliquid coram exponere , ut vitam adhuc vivere , juvante DEO OPTIMO MAXIMO , testaremur hoc fcripto , & ne videremur (1)

*Vel Lyra , quæ roticet , vel qui non tenditur arcus .*

five potius ftupidus homo , & cui plumbeum ingenium fit , & cum Juvenale (2)

*..... truncoque fimillimus herma .*

His enarratis , face veritatis , quæ una est omnibus , prælucente , quis non credat jam jam illam illuxiffe DIEM fuo emblemate præfignatam , qua tandem aliquando DEI nomine invocato , foras erumpat *Musei Victorii* obfcurus hætenus illustrator (3) , & nomen fuum prodat , in arenam elato mucrone tecum defcenfurus in prælium ? Hoc fcripto tamen , fuæ imbecillitatis numquam oblitus , doctorem virorum fententiam elicere quærit ; & inftat dumtaxat , fuam ne , an potius in tuam partem propendeat ; victas manus libenter

(1) Claudian. in *Panegyri* de IV. Honorii Confultatu. Verf. 224.

(2) *Satyra*. Lib. 111. Verf. 275. five *Satyra* VII1. Verf. 53.

(3) Illud emblemata , ut ad *Museum*

*Victorium* fingulariter pertinere demonftraretur , palmarum ramis , & lauri , utrimque apte difpofitis ornatum fuiffe , quifque icu oculi perfpicuens , facile apprehendit .

ter daturus, si oportuerit, exemploque vetustioris ætatis, sive mediæ ævi, sive etiam postremæ ætatis ostendatur alterius emblemata alteri, eodem superstite, impune licuisse usurpare sibi; sin minus, tibi sollempniter, & cuilibet alteri intimetur, quovis quæsito colore in aliis edendis lucubrationibus, hoc emblemate ΘΕΟΣ . ΚΑΙ . ΗΜΕΡΑ . uti amplius NON LICERE .

Quoniam vero res ipsa satis perspicue cognita gentibus postulat, aliqua sollicitudine animi nostrum ex hac causa moveri, quomodo possumus demonstrare (humanum enim est hoc pati, & multa in Urbe tuæ dissertationis exemplaria circumferuntur), pauca ex iis, quæ de vetita monetarum imitatione, in illustratione Florenti aurei veteris (1), annis superioribus digessimus, perstringamus.

Monet vir doctus Antonius Stephanus Cartarius in Prodomo Gentilitio (2), eadem insignia diversarum Familiarum arbitrio, neque usurpari posse, neque deberi; cujus rei testem adfert poëtico stilo ludentem Ariostum (3) in eo poëmata, cui titulus Orlandus (4). Sed ut serio rem se agere cognoscatur, ab Historia sumit, ducitque argumenta suæ demonstrationis. Narrat ergo, inter Hugonem ab Hardingh, vi-  
rum

(1) Parte I. Cap. xviii. pag. 114.

(2) Prodomo Gentilitio, ovvero Trattato delle Armi, ed insegne delle

Famiglie &c. Roma MDCLXXIX. in 8.

(3) Ibidem Lib. v. Cap. 11.

(4) Canto xxvi. Stanze 98. e segg.

rum Anglum, & nobilitatis splendore commen-  
datum, Guillelmumve Seintlow, natione Sco-  
tum, quæstionem gravissimam exortam, atque  
agitata fuisse anno MCCCXII. quod uterque  
iisdem insigniis uteretur. Missis utrimque, qui  
nunciarent non semel alterius querelas, demum  
aliquando dicta die, statutoque certaminis loco,  
paribus armis congressi sunt. Robertus autem  
Rex Scotorum Hardingio Seintlowium cedere  
decrevit (1).

Majoris ponderis, ac momenti sunt quæ  
addimus; pari siquidem de causa prælia non le-  
via inter magnos Principes intercessere. Notum  
est, insigne Regni Svecorum a vetustiori ævo esse  
tres aureas Coronas scuto cærulei coloris adpi-  
ctas. Post Acta autem *Unionis*, ut vocant, *Hæ-  
reditariæ*, firmata Anno MDXLIV. in Conventu  
Arosen ab *Ordinibus*, ut ipsi ajunt, *Generalibus*,  
Rege Svecorum Gunstavo I. Christianus III. Da-  
norum Rex, quem de more regionis illius dicunt  
etiam Christiernum, easdem tres coronas in scuto  
cæruleo depinxit; ægre enim admodum tulit sol-  
lemnibus illis Actis jus successionis in Regnum  
Svecorum sibi præreptum: id igitur veteribus  
simultatibus adjectum, inter Reges finitimos caus-  
sa dissidiorum, & malorum incredibilium fuit,

B

po<sup>a</sup>

(1) Sententiam a Rege Scotorum in  
hac causa latam die 11. Aprilis Anno  
MCCCXII. Regni sui VII. refert Joan-  
nes della Bisca in adnotatis ad Vpto.

nem. Sed eandem pro instituti ratione  
descriptam adfert quoque laudatus Car-  
tarius Lib. v. Cap. 21. pagina 472. &  
pag. 473.

potissime post obitum Gunstavi, & ejusdem Christiani III. Itaque legimus in Thesauro Rerumpublicarum Parte I. Tit. XVI. (1), in Excerptis miscellaneis de Regno Sveciæ (2): *Ei successit Ericus, qui gravissimum per VIII. annos cum Fridrico II. Rege Daniæ bellum gessit* &c. Singula apud Scriptores de rebus Svecorum, & Danorum facile reperies, e quibus aliqua Fineus Orontius de Brianville, & Bernardus Justinianus (3); item Cartarius (4), & alii quammulti reliqua descripserunt.

Sed fortasse longius quam par est aberrat fermo. Abest profecto a nobis quam longissime talis vindex animus (5), nec aliter quam calamo res erat æquo jure transigenda. Emblema vero nostrum (hoc firmum ratumque esse debet), modo sumfisti tibi. Plura post hæc non oportet exempla congerere: Signum enim nostrum, quo interdum loco Gentilitii stemmatis uti consuevimus, est

scu.

(1) Auctore *Philippo Andrea Oldenburger*. Edit. *Genevæ apud Samuelem de Tournes*. M.D.LXXV.

(2) §. XXXVII. pag. 235.

(3) *Giucò d'Arme de' Sovrani, e degli Stati d'Europa* &c. tradotto dal Franzese.

(4) *Prodromo Gentilizio* &c. Lib. v. Cap. 11. pag. 473. e segg.

(5) Caput hujus epistolæ literam M. ea de causa ornavimus potius gemma *Minervam* repræsentante, quam *Martem gradivum*, sive *ultorem* exprimeret potuissemus, quomodo in antiqua *cartoneola Musei Victorii* cælatum vidimus;

& occurrit etiam in numismatibus Romanorum Imperatorum, aliisque gemmis ab aliis editis illustratisque. Eodem autem *Minervæ* typo uti sumus in *Animadversionibus ad Lamellam æneam vetustissimam* Anno c. 15. cc. xli. & in *Descriptione numismatis Hieronymi Equitis Odami* anno insequenti: utraque nostra lucubratiuncula Romæ edita hisce typis Zempelianis. Aliquæ de hac *Minervæ* gemma *Etrusci* operis utrobique suis locis dicta, si datur a gravioribus per otium secedere, ibidem in adnotationibus iterum legere, quæso non pigeat.

scutum lemmate signatum . ΘΕΟΣ . ΚΑΙ . ΗΜΕΡΑ .  
 quod in nostris Opusculis distinguendis, nullo umquam refragante, aliquando adhibere solemus, & quo etiam utimur pluribus ab heinc annis, ad signandas Epistolas, quum nobis magis lubet. Quomodo ergo Gentilitia alterius insignia, si alter tentaverit usurpare, culpæ reus merito haberetur, & lege lata coërceri, mulctarique deberet, ita de emblematis, sive lemmate sentiendum est, quando ab aliquo suis usibus adoptata esse, vel certo scitur, vel etiam ab homine ingenuo, & benemorado prudenter dubitari potest.

Ceterum si alium quempiam fortasse contingerit invenire, qui retro actis temporibus hoc idem emblemata, potissime Græco idiomate expressum, quemadmodum nos utimur, adhibuerit, quod hactenus nobis incompertum est, libris Adagiorum, sive etiam Emblematum Erasmi (1), Paulli Manutii (2), Andreæ Alciati (3), Paulli Jovii (4), Paulli Maccii (5), aliorumque nonnullorum exploratis (6); hoc saltem esset in medium profe-

B 2

ren-

(1) Edit. *Francofurti* in fol. Anno M. DC. LVI. Cui plures de Adagiis Scriptores adjecti sunt. Editio altera, *Amstelodami* cl. l. c. l. apud *Ludovicum Elzevirium* in 12.

(2) Edit. *Flor.* 1575.

(3) Edit. *Lugd. apud Guliel. Rovellium* 1551. in 8.

(4) *In Vinegia appresso Gabriel Gio. lito de' Ferrari.* MDLVI. in 8.

(5) *Bononiæ.* 1528. in 4.

(6) *Perlustravimus quoque Opera*

nonnulla Antonii Caraccioli Clerici Regularis Theatini, viri doctissimi; suspicabamur enim Latine hoc emblemata, DEVS ET DIES, suis usibus destinasse, sed fortasse oculus nimis festinanter excurrrens, locum præterit; sive potius in sua quatuor antiquorum Chronologorum editione, cui Appendices addidit, aut in aliis ejusdem Operibus, quæ adhuc videre non licuit, expressum est: Plura enim desiderantur in publicis hisce Bibliothecis.

rendum, ut rei exemplo etsi minus honesto quis frueretur: vel alios illo itidem emblemate eodem tempore, quo alter utebatur, impune abusus fuisset, quod tamen neque credibile videtur, multoque minus verum putandum est; vel hoc ævo id cuique liberum esse, quod neque concedi potest, neque probari.

His expositis, omnibusque conspicue patefactis, & a te etiam, qui clara mente, egregioque ac prompto iudicio polles, fortasse probatis, consequenter tibi ceterisque aliis, NON LICERE illo uti emblemate, omnium suffragiis, ac nemine discrepante, teque sine ulla querela, sine jurgio ad sensum præstante decernendum esse minime dubitamus.

II. **C**ONvertamur modo pacifice, ut inter amicos decet (rei aliquantisper odiosæ memoria non sopita modo, sed prorsus abolita, atque extincta), ad ærea illa numismata non antea ab aliis evulgata, quæ in dissertatione de Monogrammate SS. Nominis JESU nuper edidimus, quæque Alexandro Severo, Juliæ Mammææ filio, non sine argumentis bene multis, adscribere curavimus, quorum tria, etsi diversæ magnitudinis formata, eodem prorsus emblemate, parte adversa insignita sunt, licet unum tantummodo, quod in ordine primo loco delineare, ac cælare fecimus, lemmate distinguatur: reliqua  
enim

enim duo nulla inscriptione in postica signata sunt. Placet autem tecum agere de iisdem numismatibus, quibus illud Monogramma (1) sæculo 111. inunte adhiberi consueviffe, exponentes lemma, quod unius in gyro legitur, quasi digito monstravimus. Igitur in præsentia videamus, an eadem Juliano Apostatæ, sive alteri cuiquam ex Romanis

(1) Duo heic reponenda succurrunt circa idem Monogramma SS. Nominis IESU, quæ post editam dissertationem animadvertimus. Alterum est titulus ille marmoreus in Urbe repertus in perferutando tumulo S. Flavii Clementis Anno MDCXXXV. die xxii. Januarii, in quo e converso epitaphii, tria sunt conspicua Monogrammata: eorumque medium literis HC simul junctis compactum est, quibus Nomen IESU a veteribus expressum fuisse, quoniam H. literam I. quoque comprehendit, jam opus non est pluribus denuo probare. Duplicem lapidis faciem scriçelatham vide apud cl. Eduardum de Vitry Societatis Jesu Presbyterum pag. 4. & pag. 5. in Opusculo Urbini edito an. MDCXXXVI. cui titulum fecit. *Titi Flavii Clementis viri Consularis, & Martyris tumulus illustratus*. Alterum est quod legitur apud cl. Muratorium Tomo 111. *Antiquitatum Italicarum medii ævi*, in quibusdam fragmentis Romanæ Historiæ Cap. vi. Columna 273. ubi de quadam Societate piorum hominum agitur, qui cum Fratre Venturino Bergomate Ordinis Prædicatorum, sæculo xiv. nempe an. Mcccxxx. iv. Romam perrexerunt mense Martio. Porro ruditer describens anonymus auctor uniformes velles a Fr. Venturino suæ Societati attributas, præ ceteris, quæ magis ad rem nostram pertinebant hæc ait. *Portavano una gonnella bianca, lunga, passat. a mezza gam-*

*ma. Sopra la gonnella portavano uno tabarretto de biado, corto fi allo jenuocchio. In gamme portavano caize de bianco. De sopra le caize portavano caizaroni de corame, fino a mezza gamma. In capo portavano una cappellazza de panno de lana biada, ne la quale da la fronte portavano uno IHS. La parte de sopra era bianca, la parte de mezza era rosçia. In pietto portavano una Palomma bianca, la quale teneva in vocca uno ramo de oliva in segno de pace. Ne la mano ritta portavano lo bordone. Ne la manca li Paterno Sri &c. . . . Uno Confalone de zeunato aizavano, lo quale donao alla Minerva. A lo die presente penne ne la voita de la Minerva sopra la Cappella de' Missore Latino &c.* Hic Fr. Venturinus inter beatos Ordinis Prædicatorum ab ipsis recensetur. Meminit inter vetustiores de hac eadem Societate non sine aliqua diligentia Joannes Villanius Historiarum Parte II. Lib. xi. Cap. xxiiii. Meminit quoque inter recentiores scriptores Scipio Ammiratus Historiarum Parte I. Tomo 1. Lib. viii. pag. 395. Verum nullus ita singulariter rem prosequutus est, uti vulgatus anonymus, a quo hæc descripsimus. Ista autem, quæ secundo loco heic recensentur, ad ea referti velim, quæ diximus in dissertatione de Monogrammate SS. Nominis IESU pagina 25. usque ad pag. 29. ubi de Societatibus, sive Sodalitatibus SS. Nominis IESU ab Ord. Prædicat. institutis, sermo est.

nis Imperatoribus, potius quam Severo tribui unquam debeant. Verum, ut illuc quo tendimus, recto tramite, qui brevior est ceteris (1), pertingamus, ea quæ lucubravimus heic repetere minime gravemur, ipsis numismatibus denuo prolatis, tibi que exhibitis, additis præterea aliis argumentis, quibus a nobismetipsis propositæ nostræ menti, temporis fallendi gratia, aliquæ objectiones diluuntur.

Scripsimus ergo exstitisse olim in Museo clari Viri Marci Antonii Sabbatinii antiquarii in Urbe laudatissimi æreum numisma Alexandri Severi (2), cujus imaginem ad formam vetusti exemplaris æri incisam, tenui pagellæ segmento, sine ulla tamen illustratione ipse vulgavit, ab eaque nos cælatam exactissime iterum in eadem dissertatione produximus, & paullo post pro opportunitate rursus exhibemus.

Ex una parte caput Imperatoris adparet leonina pelle vestitum, ita ut sola facies oblique formata videatur, cujusmodi quoque visitur in aliis numismatibus jam editis. Circum legitur ALEXSANDRI adjecta post X. littera S. & secunda litera A,  
tam-

[1] In Mathematicis disciplinis antequam *Problemata* tractanda sumantur, *Definitiones*, *Postulata*, atque *Axiomata* ad erudiendos tyrones proponuntur. Recta autem linea definitur sic ab Archimede: *linea recta est minima linearum eisdem terminos habentium*.

(2) Hoc numisma multis solutis nummis scutatis, & plusquam facile credi possit, emit Abbas le Blond annis superioribus; & quampluribus cœmentis aliis antiquis numismatibus, aureis maxime atque argenteis, potissime ex eodem Museo Sabbatinio, secum in Gallias adduxit.



tamquam  $\Delta$  Græcorum , triangulo æquilatere formata . In averſæ partis area fingitur Afella ſtans , & pullum ſuum lactans , ſupra Scorpius : Hoc autem eſt lemma in orbem deſcriptum .  
DN IHV XPS DEI FILI...US , nempe DOMINUS NOS-  
TER JESUS CHRISTUS DEI FILIUS .



Ante quam ad alia progrediamur , notatiunculam , quæ in editione noſtræ diſſertationis exciderat , heic ſuo loco reponere conſtituimus , proderit enim nonnihil iis , quæ infra dicenda ſunt . Siquidem menſe Octobri natum eſſe Alexandrum Severum nobis diſerte oſtendit Sebaſtianus Tillemontius (1) , ex Herodiani Libro V. recenſitis illius vitæ annis , menſibus , diebus . Itaque prima die Octobris , inquit (2) , natus eſt Alexander ; verum enim vero mihi videre videor , illo quidem menſe natum eſſe , die tamen XXI . Sol enim Zodiaci ſigna percurrens ſua orbita annuo itinere , menſe Octobri ſignum Scorpionis adſequitur .

Qua-

[1] *Hiſtoire des Empereurs &c.* Tomo III. Editionis Venetæ in 4. apud

Franciſcum Piſſeri. MDCXXXII.  
(2) Pag. 157.

Quapropter in hoc numismate, aliisque mox producendis, atque illustrandis, ad indicandum ejusdem Alexandri Horoscopus (1), sive tempus nativitatis, Scorpionis typum expressum fuisse, & facile argui potest; & eos qui hæc numismata nobiscum sentiunt Alexandro Severo esse tribuenda, fortasse non longe a vero aberrare dignoscitur.

Ad titulum D. N. quod spectat (hoc enim pariter in dissertatione omissum fuit, & aliquo examine perpendendum videtur), etsi non obvius est Alexandri ætate, non caremus tamen exemplis illius ævi, potissime vero apud Gruterum (2) in Tabula Fratrum Arualium, in qua ipsi Alexandro idem titulus D. N. hoc est DOMINUS NOSTER, certis notis adtribuitur. Alia exempla profert Cangius in dissertatione de inferioris ævi numismatibus (3), quæ huc adferre supersedimus, parum enim illis fidimus. Quod autem ipse Alexander, ut refert Lampridius (4) se noluerit, ac vetuerit etiam DOMINUM appellari, id quoque argumento esse potest, jam consuetudinem illa ætate invaluisse Romanos Imperatores nuncupari DOMINOS. Illud abunde ostendit doctissimus S. R. E. Cardinalis Norisius (5), ac deinde Spanhemius

(1) Ita in numismatibus Aug. Cæsaris sæpe occurrit Capricornus, ut ajunt Astrologi & Mathematici, ejus *Ascendens*.

(2) Pag. cxxi. num. i.

(3) Num. marg. xxiv.

(4) In Alexandri vita Cap. xv.

[5] In dissertatione *de numismate Imperatorum Diocletiani, & Maximiani*. edit. Florentiæ in 4. an. 1675: Cap. I. pag. 4. & pag. 5.

mius (1) & post ipsos fufe profequitur eruditissimus Georgius, ab intimo sanctissimi Domini nostri BENEDICTI XIV. Pontificis Maximi facello, in dissertatione de Monogrammate CHRISTI DOMINI (2). Itaque dicendum, sæculo III. ineunte hunc titulum usurpatum, rem non esse omnino novam exemplis velle demonstrare. Sed inquires, id prorsus Norisius negat factitatum in nummis, in quibus, *primus omnium*, ait (3), *DOMINI titulum usurpavit Diocletianus, & privato jure tantummodo ab adulatoribus id factum in aliis, quæ existant monumentis. Verum non se DOMINUM in hoc numismate Alexander appellavit. Sed si testimonia illius ætatis hunc titulum Alexandri Imperatoris nomini aliquando præfixum ostendunt, quare JESU CHRISTO ab eis adfigi potuisse non credamus? maxime, ut infra monstrabimus, quod non in obsequium & venerationem, sed fecte & ironice, ac quasi per ludum tribueretur. Hac eadem improbi animi scelerata sententia JESUM NAZARENUM, Gens Hebræorum perditissima, REGEM JUDAEORUM appellavit (4), ita ut sero etiam eos poenituerit, & a Pilato poscerent, ut titulus ille Cruci adfixus tolleretur, responsum autem a Pilato acceperunt (5), *quod scripsi, scripsi.**

Certe Alexandrum Severum ethnica pietate

(1) Dissertatione XII. de præstantia, & usu numismatum.

[2] Capite IV. §. VII. pagina 22. & pag. 23.

C

JESU M

(3) Loco supra citato pag. 4.

(4) S. Joannes in Evangelio Cap. XIX. Vers. 19.

(5) *Ibidem* Vers. 22.

JESUM CHRISTUM quodammodo coluisse ; monstra-  
 vimus in Commentario ad Nummum æreum ve-  
 terem Christianorum *Musei Victorii* explicatum,  
 Parte I. (1) . Quid vero sibi velit hoc monstri  
 quod in nummo fingitur , intelligent plenissime ,  
 qui circa Historiæ Ecclesiasticæ vetustiores me-  
 morias sedulam navarunt operam. Magnus, ac Ve-  
 nerabilis vir Cæsar Baronius S. R. E. Cardinalis,  
 Congregationis Oratorii Presbyter ad annum  
 Christi cci. (2) calumniam ab Hæreticis Gno-  
 sticis ad Christianos facile profluxisse opinatur ,  
 de figura Afini differens , cujus sub imagine  
 Deum adorare hi dicebantur , quemadmodum  
 Gentiles de Judæis fabulati sunt , ut Cajus Cor-  
 nelius Tacitus recenset in Historiis (3) . Hæc  
 etiam objecta olim fuisse Christianis , præter  
 Scriptorum testimonia , quæ ab ipso Baronio cu-  
 mulate recitantur , disertissime ostendit numif-  
 ma prolatum tunc temporis percussum . Ex li-  
 bro , quem scripserunt Gnostici de Stirpe Mariæ,  
 multis horrendisque portentis , & blasphemis  
 scatentem , aliqua ad rem magis declarandam  
 excerpfit sanctus Epiphanius (4) . Proinde legi-  
 tur apud Tertullianum (5) , qui eodem sæcu-  
 lo III. ineunte , Alexandro Severo Imperatore  
 florebat , picturam quamdam sua ætate palam in  
 Urbe

[1] Cap. vi.

[2] Num. XXI. usq. ad Num. XXVII.  
 eadem attingit quoque ad an. Christi  
 XLII. num. XXXIII. sed minus expresse.

(3) Lib. v. Cap. III. &amp; Cap. IV.

(4) Hæresi XXVI.

(5) In *Apologia* Cap. XVI. Videbis  
 Minutium Felicem in *Octavia* .

Urbe propositam fuisse , cum lemmate . DEUS CHRISTIANORUM ONONYCHITES . Sed hæc omnia plene digesta sunt in Annalibus Ecclesiasticis (1).

Apud Bonarrothium in Observationibus ad vitrea fragmenta figuris ornata , repertaque in sacris cæmeteriis suburbanis , semel occurrit figura Asini (2) , ornamentum partis imæ vitrei vasis rotundi , cujus in area superne legitur ASINUS . De eadem figura multa erudite scribit laudati Operis auctor (3) : etenim quam sæpe sculptura , picturaque hoc animal expressisse veteres Christianos , seorsim etiam ab aliqua historia monet lectorem . Nec dissimulavit , licet paucis se expediat , calumniam illam adversus Christianos evulgatam , fortasse ab ipsa frequentiori consuetudine fingendi hoc animal originem duxisse .

Huic numismati veluti focia , alia quoque paullo ante a nobis edita (4) , quæque heic etiam adjecta sunt , describere lubet , atque illustrare . Ea servabantur olim a Francisco Palatio Urbis

C 2 An-

(1) Locis supra citatis .

(2) Tab. IX. fig. IV. Eadem identidem apud Boldettum occurrit , *Observaz. sopra i Cimiterj de' SS. Martiri &c.* Lib. I. Cap. xxxix. pag. 205. In Familia Cornelia satis notum est ASINAE cognomentum . Idem de Gente ASINIA dici quoque potest ; Sed ab animalibus *Percios , Vitulos , Iborios* , aliosque tum a quadrupedibus , ac bi-

pedibus ; tum etiam ab avibus , ac piscibus nuncupatos fuisse , docent qui de Nominibus Romanorum , & Numismatibus Familiarum , sive Romanæ rum historiarum volumina publico bono descripserunt .

[3] Pag. 71. & seqq.

(4) In dissertatione *De vetustate, & forma Monogrammatum SS. Nominis IESU &c.* pag. 60.

Antiquario (1), anno MDCCXLIV. vita defuncto (2). Nunc vero exstant apud Virum cl. Rmum P. Domnum Joannem Franciscum Baldinum Clericorum Regularium Congregationis Somaschæ Procuratorem, ut ajunt, Generalem, quocum una gratulandum, hæc ipsa numismata in suo Museo ad hanc diem Romæ perennare, ubi descripti hæctenus numismatis aliud simile vetustum exemplum vidimus, adhuc asperum, literis etiam utrimque maxime conspicuis, quod identidem apud eundem Palatium servabatur. Unum & alterum parte una caput exhibet Alexandri leonis pelle contactum, ut in superiori exprimitur. Unius in peripheria legitur ALEXA . . . . NDER. Et in averfa parte, sine lemmate idem monstrum profertur, signo quoque Scorpionis superne adposito. In altero circum legitur ALEX . . . . XANDR. litera x. bis repetita, & in postica repræsentantur cum suis symbolis Hercules, & Minerva, pariter sine ulla inscriptione. Aliud numisma eundem Alexandrum refert laurea corona circa tempora redimitum, cum lemniscis de more pendentibus, prominente dextero humero cum parte pectoris, effusa desuper chlamyde, & circum legitur, etsi literæ admodum detritæ sint,

JOVIS

(1) Id munus eo consilio in Urbe institutum est, ut Romanæ vetustatis monumenta diutius conserventur, constituto publica pecunia annuo penso Urbis Antiquario; Neque enim eodem incon-

sulto distrahi possunt quæ vetustatem sapiunt; Nunc autem eo fungitur officio vir cl. Rodolphus Venuti nobilis Cortonenfis.

(2) Obiit Romæ XI. Kal. Maii.

JOVIS FILIO (1). In adverſa parte idem omnino exhibetur monſtrum, quod in primo, & ſecundo numiſmate perſpeximus; idemque ſignum Scorpionis exprimitur, item ſine ulla inſcriptione. Tribuiſſe autem ſibi Alexandrum Severum, quæ ab Alexandro Magno potiffime geſta eſſe narrabantur, quaſi alter Macedo ita cenſeri poſſet (2), quis ignorat? Quare tamquam JOVIS FILIUS, & ipſe ſupra humanæ conditionis ſtatum

[1] In aliis Alexandri Severi numiſmatibus perſæpe occurrit: JOVI CONSERVATORI: JOVIS PROPVGNATOR: JOVI PROPVGNATORI: JOVI VICTORI: JOVI VLTORI Eadem numiſmata deſcribuntur ab Occone, & plenius a Mediobarbo in Occone aucto, ubi legimus pag. 318. Edit. Mediolani in fol. an. MDCCXXX. Scribit Lampridius in *Elagabalo pluribus modis necem Alexandri ab Antonino tentatam ſemper incaſſum, unde poſt occiſum Elagabalum JOVI CONSERVATORI ſalutem debere teſtatus eſt* &c. Ideo in noſtro numiſmate, vere, ac proprie dicitur IOVIS FILIUS, juxta Gentium ſententiam, quæ JOVEM DEVM, & DEORVM MAXIMUM in ſua cæcitate cenſebant.

(2) Ita ſcribit in *Alexandro Severo* Lampridius. *Alexandri habitu nummos plurimos figuravit, & quidem electros aliquantulos, ſed plurimos tamen aureos* &c. Quatuor apud Occonem occurrunt ejuſdem numiſmata capite leonina pelle teſto: in primis duobus unice legitur ALEXANDER. parte antica, ubi caput. In aliis duobus alterum habet ALEXANDER MAG. Alterum. ALEXANDER MAGNVS MACEDON. Qua de re ibi ex eodem Lampridio hæc notantur. *Omina imperij hæc habuit, primum quod ea die*

*natus eſt, qua deſunctus vita Magnus Alexander dicitur, deinde quod in Templo ejus Mater enixa eſt, tertio quod ipſius Nomen accepit.* Sed Lampridius heic adulatoris officio fungitur; vidimus enim ſupra cum Tillemontio Alexandrum Severum menſe Octobri natum fuiſſe: Magnum autem Alexandrum menſe Junio vita deſunctum fuerunt. Carolus Patinus vir cl. rei que antiquariæ meritiffimus, in ſuo Numiſmatum Theſauro Amſtelodami edito in 4. Anno M. DC. LXXII. ſuis ſumtibus, hæc alia ex eodem Lampridio collegit pag. 122 *Nutrix ei Olympias data eſt, quo nomine mater Alexandri appellata eſt. Nutritor Philippus provenit caſu unus ex ruſſicis, quod nomen Patri Alexandri Magni fuit. Legit & vitam Alexandri, quem præcipue imitatus eſt, etſi in eo condeſcendebat ebrietatem, & crudelitatem in amicos. Libenter audivit ſi quis ei recitavit Alexandri Magni laudes, aut meliorum retro Principum, aut magnorum Urbis Romæ virorum. Agoni præſedit, & maxime Herculeo in honorem Magni Alexandri. Reſervabat in menſa unum poculum, quod amicis exhibebat in honorem Alexandri Magni. Alexandrum vero Magnum inter Divos, & optimos in Larario majore conſecravit.*

tum sese efferebat, & magnifice gloriabatur (1).

Igitur in opprobrium Christianorum, qui æque ac Judæi, per jocum *Asinarii* dicebantur a veteribus, tria hæc numismata edita fuerunt ab eodem Alexandro Severo Imperatore, ut putandum est, quando in illa pictura, de qua supra loquuti sumus, mysteria eorundem Christianorum irrideret Gentiles, quæ ab ipsis lumine veræ fidei misere destitutis, non nisi titulo superstitionis comprehensa, tamquam spectaculum ignaro populo exhibebantur.

Nomen autem ipsum, quod in hisce numismatibus exprimitur, ad eundem Alexandrum illa pertinere facile prodit, maxime vero, quod Leoninis exuviis ornato capite ab aliis vulgata sint his similia nonnulla ejusdem numismata. Sane caput junioris hominis, non Juliano Apostatæ, si placeat id objicere, ea quæ proferimus tribuenda esse finit, quum senior esset, & barbatus incederet Julianus; illa vero omnia junioris ætatis specie confecta sunt; eorumque postremum, caput decore laureatum exhibet, juxta purum putum morem illius ævi; ac præsertim quum delineata eo modo sit vestis Imperatoris. Itaque si hoc numisma ad Alexandrum spectare dixerimus, cujus imago, ut evidens est, non

Her-

(1) Ea de causa in numismatibus aureis, argenteis, æreisque Alexandri Macedonis, cornu Ammonis quam sæpe observatur. Jupiter enim Ammon

ad fines Lybiæ, quæ Africa regio est, insigni templo ab illis Gentibus exstructo, Arietis imagine colebatur. Vide Sis Suidam, Aristophanem &c.



Herculis, sive Macedonis forma fucata est; neque etiam genas lanugine vestitas ostendit, cetera quoque a nobis vulgata ipsi tribuenda esse statuendum videtur; quorum adversa pars, seculo lemmate, eodem emblemate, signoque Scorpionis distinguitur. Diximus enim, eadem ætate qua vixit Alexander Severus, Tertullianum floruisse, qui picturæ in Urbe suo ævo propositæ historiam, nostris numismatibus admodum coherentem diserte commemorat.

Quomodo autem in vulgus mitti hujusmodi numismata permiserit Alexander, qui teste Lampridio (1) JESU CHRISTI imaginem in suo Larario servabat, facile quisque intelligere potest, si mente perpendat ethnica eum pietate Christum coluisse; ideoque ejus imaginem promiscue cum aliis adservabat. Verum multa, quæ de eodem narrata & scripta erant, facile aures suas implebant, non animum movebant. Hinc patriis legibus vivens, Christifideles non eodem animo prosequeretur. Quid ergo mirum si dedecoris nota adversus Christianos signata, cudi, vulgarique concesserit hæc numismata, quando picturam ipsam memoratam publice proponi, non sine coævis testimoniis, ut suo loco monstratur, ad sensum præbuisse, luce meridiana clarius evincitur?

Hæc, vir clarissime, de hisce numismatibus  
ad

(1) In *Alexandro Severo* Capite XXIX. & etiam Capite XLIII.

ad te mittenda esse judicavimus , secundis curis  
 expolita , ut iudicio tuo perpendas , castiges  
 etiam , si aliquo medicamine fieri meliora posse  
 cognoveris . Hanc vero nostram qualemcunque  
 epistolam , ut æqui bonique consulas , teque diu  
 sospitem serves velim , victurus ipse *pancratice* ,  
*æque athletice* (1) , amicus autem tuus ex animo  
 usque ad cineres .

(1) Plautus in *Bacchide* Act. 11. Scen. per similem usurpavit idem Plautus in  
 111. Vers. 14. Aliam formulam huic *Epidico* Act. 1. Scen. 1.

ROMÆ ex MUSEO VICTORIO Kal. April. MDCCLXVII.



E X C V D I T

JOANNES ZEMPEL PROPE MONTEM JORDANVM





(1)

ORNATISSIMO VIRO

PAULLO MARIÆ PACIAUDI

CLERICO REGULARI THEATINO

FELICITATEM



ISISTI ad me Epistolam tuam  
fatis officiosam, Paciaudi eru-  
ditissime, datam Neapoli No-  
nis Octobris, simulque non-  
nulla exempla nuperæ Differ-  
tationis tuæ, quam inscripsi-  
sti:  *Osservazioni di Paolo Ma-  
ria Paciaudi Teatino sopra alcune singolari e strane  
Medaglie &c.* Hæc omnia iv. Eidus Decem-  
bris a Palearinis accepi in Urbe typographis &  
bibliopolis. Tuæ autem Epistolæ exemplar heic  
excudendum curavi, ut sciant eruditi viri quan-  
ti faciam amicitiam tuam, humanitatem, & ur-  
banitatem. Ea igitur sic habet.

*All' Ill<sup>mo</sup> Sig. Sig. Proñe Col<sup>mo</sup> il Sig. Cavaliere Francesco Vettori*

*Con alcuni Libri*

*Roma*

L'onore, che V. S. Ill<sup>ma</sup> mi fece l'anno scorso indirizzandomi una Lettera elegantissima, esigea qualche attestato di riconoscenza. La pre-  
gai di permettermi di inferirle qualche opera. Ella coll'usata modestia  
ricusò questo mio umilissimo ufficio. Per adempiere in qualche modo alla  
mia obbligazione, ho stampato un operetta dritzata a un dotto Cava-  
liere,

liere, ma V. S. Ill<sup>ma</sup> ci fa la prima figura in tutta la scrittura. Gliene mando per ora 4. esemplari, e ne conservo quanti ne vorrà per conto suo. Sentirò con piacere se mi accorderà benigno compatimento, e raccomandandomi alla sua grazia mi raffermo

Di V. S. Ill<sup>ma</sup>

Napoli 7. Ottobre 1748.

*Devoto, Obbligato Servo, e Amico*

Paolo Maria Paciaudi Teatino

Mox relatis literis tuis respondere in hæc verba, quæ scriptis mandamus, e re nostra duximus non negligendum. Ergo in ipsa fronte Dissertationis tuæ, quum ea numismata æri incisa conspexerim, de quibus egi tecum parte altera Epistolæ meæ ad te datæ Kal. Aprilis elapsi anni MDCCXLVII. illico rem deprehendi, de qua monitum te esse velim; scilicet numisma, quod tabula ibidem exhibet quartum in ordine, vel non esse idem, quod ipsi illustravimus; vel eum qui misit ad te graphidem & ære incidit, suo Marte delineasse ac cælavisse. Sane Alexandro Severo adscripsimus eadem numismata; quod si cuiquam minus arrideat, is profecto ignorat, postquam Dissertationem *De vetustate & forma Monogrammatum sanctissimi Nominis JESU* vulgaverimus, *Museo nostro* additum esse majoris moduli præclarum numisma ex eorum genere, quæ *Cotroni* vulgo dicuntur. Ipsum, si DEUS cœptis nostrisnaverit, incisum spectabis aliquando in quadam Dissertatione nostra, quam de cultu superstizioso Cybelis apud veteres scripsi, & viro do-

doctissimo atque amicissimo Antonio Francisco Gorio S. Jo: Baptistæ Præposito, jamdiu Florentiam misi, ut inclytæ SOCIETATI COLUMBARIÆ a me inscriptam offerret, Tomo I. Dissertationum illius SOCIETATIS inferendam. Certe in hujusce numismatis parte antica Alexandri caput leonis exuviis contectum expressum est; signum item in ea parte exscalptum conspicitur, similitudinem habens cum aliqua coronæ forma, cujus in area litera S. evidenter impressa est. Quare si eandem literam cum Alexandri nomine componas, facile Alexandro Severo tribuendum esse numisma pronunciaveris.

Pro certo habeas me hisce diebus ægra valetudine affectum fuisse, ita ut contra votum lecto decumbere coactus sim. Testem appello tum Domnum Antonium Franciscum Vezzosi amicum meum, & Theatinæ tuæ Congregationis alumnum doctissimum, tum alios, quos perhumaniter, ut ii assolent, me convenientes, pro more meo excipere haud opportunum existimaui, ne deessem officiis urbanitatis. Equidem Dissertationem tuam legam quantocius: in eamque multiplicis eruditionis tuæ flores jam mihi videor olfacere. Hoc verumtamen scias oportet, si contradicendi studium in ea considerare, & aliquo modo introspicere poterimus, responsum a nobis aliud ne expectes; non enim

ut

( IV )

ut fastidium capiam scribo, sed honestæ occupationis, & animi levandi causa. Interim, quod valeas gaudeo, tibi que DEUS OPTIMUS MAXIMUS vitæ annos centum superaddat his queis vixisti, & eruditioni tuæ virtutum exempla in te prorsus exprimenda concedat, quibus in tua Congregatione sanctissimi viri CAJETANUS & ANDREAS præfulsere, & quas in tuis concionibus aliis prædicas necessarias ad æternam gloriam consequendam. Ceterum tuus ero semper.

DABAM ROMÆ EX MUSEO NOSTRO FIDIBUS DECEMBRIS MDCCXLVIII.



EXCUDEBAT  
JOANNES ZEMPEL PROPE MONTEM JORDANUM  
SUPERIORUM PERMISSU







# DISSERTATIO

## APOLOGETICA

DE QUIBUSDAM

ALEXANDRI SEVERI

NUMISMATIBUS

AD VIROS DOCTOS

*CULTORES SINCERÆ VERITATIS*



R O M A E

EX TYPOGRAPHIO ZEMPELIANO Cl. M. CC. XXXXIX

---

*SUPERIORUM PERMISSU*

CREDIBILIA NONNULLA SUNT FALSA , SICUT INCREDI-  
BILIA NONNULLA SUNT VERA

*Sanctus Augustinus Epist. CLIII. alias  
LIV. ad Macedonium*



*IMPRIMATUR*

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro

*Pro R. P. D. Vicefg. I. Simonettus Locumten.*

---

*IMPRIMATUR*

Fr. Raymundus Palombi Mag. Socius Reverendissimi Patris Sacri Palatii Aposto-  
lici Magistri Ordinis Prædicatorum

DISSER.

DISSERTATIO  
 APOLOGETICA

DE QUIBUSDAM NUMISMATIBUS

ALEXANDRI SEVERI



QUOD haectenus, auspice DEO OPTIMO MAXIMO, mihi contigit, doctissimi Viri, æqui humanique Lectores, ut nihil dicendum aut scribendum aggressus fuerim, nisi animo lubenti ac volenti, id ipsum in præsentiarum fortiri non licet; quum invita plane Minerva, quod antehac facere devitavi, calamum tractare dextera, & chartas rigare atramento compellar. Viri etenim, qui meam, ut ipse profitetur, amicitiam colit, circa quorundam veterum monumentorum nostras explicationes atque ipsa monimenta, recenseri ac serio expendi a me oportet opinionem & nonnullas Observationes, a veritate, ut ego quidem sentio, prorsus alienas. At quum doctissimus & eruditissimus hic Vir, me nihil hujusmodi cogitantem, ad experimentum ingenii provocaverit (qui etsi latere cupiam, jucunde tamen vetustas memorias

& sacras maxime contemplari, in iisque occupari ex veteri meo instituto in deliciis habeo); imo postquam epistolæ humanissimæ per tabellarios non semel ultro citroque perlatae sunt, inopinato stilum in mea scripta convertere atque exercere prior instituerit, typisque publicis suas lucubrationes evulgaverit, neminem mirari putaverim, si ea qua honestos homines decet modestia, causam meam agam, ut veritas rerum a nobis propositarum magis magisque elucescat: Agam vero vel invitus, illud unice postulans, ut vos, ornatissimi Viri, sinceram rei veritatem præ oculis habentes, vestro iudicio quod justum fuerit in hoc negotio decernatis, & is, qui me suaviter & tranquille incumbentem studiis literarum quodammodo perturbavit, pacato animo, quomodo & ego hæc literis mando, scriptum hocce meum percurrat, ac sententiam vestram amplecti sit paratus.

Ut igitur a summo capite exordiamur (necesse enim est rem repetere ab initio), æra quatuor numismata non antea vulgata, quorum uni divinum JESU CHRISTI Nomen hisce siglis IHV sæculo II. ineunte expressum fuisse contendimus, viris doctis exponere conati sumus in *Dissertatione De vetustate & forma Monogrammatum Sanctissimi Nominis JESU*. Primum illorum, quod Alexandri Severi caput leonina pelle ornatum referre diximus, oblique delineatum est, sic  
 adje-

adjecto ALEXSA—DRI nomine , ut post x. litera s. conspiciatur ; & proxime subsequens elementum, quod A. esse debebat, formam habeat Græcæ literæ Δ . In postica visitur Afella stans, & lactans pullum suum, supra Scorpius. Lemma, quod in orbem descriptum est, ita se habet . D N IHV XPS DEI FILI—VS . hoc est DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS DEI FILIVS . Numisma secundum refert persimile Alexandri caput, nomen autem sic legitur ALEXA—NDER . In exergo idem prorsus emblema, quod in superiori descripsimus, evidens est, sed sine lemmate . Numisma, quod tertium in ordine cælandum curavimus, eodem typo caput Alexandri exhibet, expresso heinc & illinc nomine, ut vides, litera x. repetita in hunc modum ALEX—XANDER . In averfa parte vero Hercules & Minerva cum suis symbolis repræsentantur . Quartum numisma protomen Imperatoris ostendit redimitam circa tempora corona laurea pendentibus lemniscis, prominente autem dextero humero cum parte pectoris, supereffusa chlamyde . Circum legitur, *etsi literæ admodum detritæ sint* . IOVIS FILIO . Hæc recitavimus in præfata Dissertatione (1), & in Epistola ad cl. Paciaudum data Kal. Aprilis MDCCXLVII (2) . Quod sequitur est,

(1) Edit. Romæ Typis Zempelianis de nonnullis numismatibus ALEXANDRI SEVERI secundis curis explanatis c. 10. 10. CC. XLVII. in 4. pag. 60. & seqq. Romæ Typis Zempelianis in 4. pag. 14. & seqq.

(2) De Musei Victorii Emblemate, &

6            D I S S E R T A T I O  
 est exemplum, forma, ac modulus eorundem  
 ex ære numismatum a nobis illustratorum.



Delineata fuere hæc numismata adhuc vi-  
 vente Francisco Palatio Urbis Antiquario, qui  
 apud se servabat, quique obiit Romæ an.  
 MDCCXLIV. ut in eadem Dissertatione notavimus(1),  
 & pariter in prædicta Epistola (2); delineavitque  
 Salvator de Hectore Romanus pictor eximius, in  
 designandis antiquis numismatibus, aliisque eru-  
 ditæ vetustatis monumentis in Urbe diu versatus,  
 ac modo Sicilia Civitates & Loca peragrans, at-  
 que delineans veteres illius Regni nummos, quos  
 P.D. Josephus Pancratius Theatinus, amicus noster,  
 aliquando proferet in lucem emendatiores, & au-  
 ctiores quam antea prodierint.

In describendis ac repræsentandis hisce numisma-  
 tibus, primo, secundo, ac tertio, nihil obiicitur  
 nobis in Observationibus Paciaudianis, lis est de no-  
 stra circa eadem opinione. Non enim Alexandro Se-  
 vero,

(1) Pag. 63.

(2) Pag. 20.



vero, sed Juliano Apostatae tribui oportere hæc numismata contenditur, quamvis hujus Imperatoris non adpareat nomen. Sed in re literaria unicuique liberum est proferre quod sentit. De quarto dumtaxat mota lis est momenti quidem non levis, si numisma a nobis visum & illustratum idem cum eo sit, de quo in hujusmodi Observationibus agitur. Etenim in area numismatis, ubi IOVIS FILIO nos legimus, *etsi literæ admodum detritæ sint*, Observationum auctor nonnisi literas D. N. V. perspicere valuit, tametsi numismata exploraverit adspectu vario, fricuerit, olfecerit (1). Præterea imaginem format non laurea corona redimitam, sed gemmato diademate coronatam. Heinc, quod literas D. N. V. sibi videre videatur, legit DOMINVS NOSTER VALENTINIANVS. Existimat autem idem Observationum auctor Juliani typum, in hoc quarto numismate forte fortuna cum Valentiniани imagine fuisse conjunctum errore monetarii. Demum omnia hæc monimenta opinatur esse Amuleta. Hæc est summa rerum, quæ in illis Observationibus proferuntur, & adversus lucubrationes nostras vulgantur, adferuntur, digestæ sunt. Quibus compositæ atque ordinatim satisfaciendum, ne videamur inani studio verborum ambagibus inniti, & in reliquis deficere: neque enim

(1) Osservazioni di Paolo Marja Pa- *Strane medaglie.* Napolim DCCXLVIJ.  
 clausii Teatino sopra alcune singolari e pag. 13.

enim sine lege vagari lubet, ut aliqui faciunt in hoc scribendi genere, qui cum rationibus careant quibus se tueantur, hac illac sese plerumque obvertunt ac circumagunt, prout sibi magis expedire arbitrantur. Veritas dilucide exposita (1) firma erit rerum quæ in controversiam cadunt apologia.

Sed ut securim ad radicem ponamus, antequam ultra gradiamur, declarare opus est unde *ἀμφιβολία*, quæ, uti nobis apparet, dubiam reddidit mentem auctoris Observationum, emanaverit. Porro fallacia in eo sita est, si viri docti, quibus sincerum pectus, nos humaniter audiant, ut nota illa D, quam ipse putavit literam esse D, duas, non unam tantummodo, literas complectatur. Itaque recta linea est omnino litera I. & qua ita O. sinuatur, literam O. distinctam efformat, ac proinde literæ I. O. statim conspicuæ esse possunt. Quod autem numisma nonnihil detrimenti ab ærugine, sive ab edaci rubigine multorum annorum spatio contraxerit, visus non omnino intentus, vel non bene purgatus literam D. ex duabus facile conflavit. Quæ sequitur in nostro numismate litera est V. itaut primis duabus copulata reddat IOV. Verum nimia inspectoris sollicitudo ex inæqualitate areæ hujus numismatis addidit

(1) Veritas nuda ac simpliciter prolata magis placet, & humanos animos attrahit, inquit vir cl. Joan. Lam. Lib. De eruditione Apostolorum Cap. XLV. pag. 331.

didit literæ v. hastam pendentem literæ o. proximiorē , formavitque sibi literam n. Ergo duæ literæ d. n. ut ita dicam , sub glaucomate , tres literas distinctas in luce purgata nobis ostendunt , nempe iov. ut mox dicebam . Tertia litera , quam ipse efformat , est v. sed , quid non facit opinio ? Hæc litera constat item ex duabus , i. videlicet atque s. Si , qua conjungi oporteret , literam v. inspexeris diligenti examine , apertam conspicias , itaut indicio sit literas esse duas , non unam . Rursus hastam hujus literæ ultimam si videris non rectam , sed nonnihil inflexam , sinuosam , tortuosam , nonne literam s. illam esse dices ? Quisquis igitur oculo irretorto , non erranti , non juxta mentis sententiam , quam forte sibi perperam præformarit , sed juxta eam , quam prætulimus facem numisma inspexerit ; haud dubia res est , quin repente , nulloque negotio in opinionem nostram descendat , sibi que persuadeat , iovis legendum esse , non literas d. n. v. At de his plura inferius .

De reliqua epigraphe , quod nihil ipsi videre contigerit , nihil pictori ac cælatori suo , non nimis solliciti sumus , quandoquidem ut manifeste demonstravimus , quod viderunt parum est , neque illud est , quod erat videndum .

Quid simile accidit in illustratione Anastasii  
Tomo IV. Vitarum Romanorum Pontificum in

sancto Eugenio (1), ubi anulus aureus quammi-  
 nimus Gentilium adclamatione ita  
 signatus exhibe- tur. Hæc autem  
 inscriptio, in qua legi debuerat MA-  
 XIMAE. VITA, ab illustratore propo-  
 nitur tamquam in ea legeretur MAXIM. AEVITA, sum-  
 ta litera A. quæ non habet hastam transversam pro  
 litera L. græcorum more formata Λ. atque eru-  
 dita adnotatione de infantulis a parentibus Eccle-  
 siæ oblati adjecta (2).



Multa quidem sunt quæ de literariis com-  
 modis ex numismatum diligenti inspectione ca-  
 piendis, licet hæc eruditi sciant, in ipsa Observa-  
 tionum introductione exponuntur; quod autem ex  
 Ænea Vico (3), viro editis ingenii monumentis cla-  
 ro, & cui plurimum debent qui antiquorum nu-  
 mismatum studio delectantur, *Gambellum, Cavi-*  
*nos,*

(1) Edit. Vaticanæ in fol. pag. 62.

(2) Vetus lapidem editum a cl.  
 Georgio Tomo II. *Liturgiæ Romani*  
*Pontificis* Dissertatione 1. Cap. vi. in duo  
 Epitaphia perperam divisit Marango-  
 nius in Appendice ad Acta S. Victorini  
 pag. 130. Quem minus opportune sequu-  
 tus est cl. Muratorius Tom. IV. novi The-  
 sauri antiquarum inscriptionum, primam  
 Epitaphii partem referens Classe xxv.  
 pag. MDCCXXXIV. num. 3. Alteram in  
 Appendice pag. MCI. num. 8. Emenda-  
 tiorum ergo nuper produxit in lucem ad  
 exemplaris formam cælatum vir Litur-  
 gica eruditione, probitate, atque huma-  
 nitate præstans P. D. Antonius Franciscus  
 Vezzosi C. R. in Præfatione ad Tomum  
 IV. novæ editionis Operum Ven. Servi  
 Dei Josephi Mariæ Cardinalis Thomasi

pag. XXI. notatoque quadratarii men-  
 do, quod ratum haberi putat ab eruditis  
 vitis, inservire posse opinatur ad evincen-  
 dum, ut ipse inquit pag. XXIV. & pueros  
 olim in Lectorum Ordinem cooptatos fuis-  
 se. Cælator autem in efformanda litera  
 I. posuit in Epitaphio literam F. inver-  
 so ordine E. verbo QVI ita ut pene ade-  
 merit spem animadvertendi sit ne litera  
 I. vel E. Ceterum marmor exstat in Mu-  
 seo lapidario doctissimi viri S. R. E. Car-  
 dinalis Dominici Passionei in Tuscula-  
 na Camaldulensi Eremita sibi constructo,  
 & AVGVSTI LECTORIS DE BELABRV  
 (quod est VELA BRVM), memoriam re-  
 fert, QVI VIXIT ANNOS P. M. XII.


(3) *Discorsi di Messer Enea Vico Par-*  
*migliano sopra le medaglie degli antichi*  
*&c. Lib. 1. Cap. XXI.*

nos (1), aliosque non paucos veterum numismatum imitatores ; atque ideo corruptores dixerim (2),

B 2 descri-

(1) Hujus excellentis in arte viri numisma auro illitum, absolutissimi operis exstat in Museo Vaticano (duobus enim metallis compactum eusumque est, cujusmodi nonnulla antiqua numismata aliquando, raro tamen, occurrunt), Christi imaginem pectore tenus representans, capillatam, & de more barbaram, facie non plena sed dimidia cum hoc lemmate PORVS CONSILII FILIVS In inferiori parte exsecti pectoris, literis quamminimis legitur cælatoris nomen, A. tamen & prima litera N. simul junctis. IOANNES CAVINEVS. Parte altera

dibus subpedaneo defixis, expresso in Cruce recentiori hoc Titulo I. N. R. I. quo utuntur etiam nostro ævo artifices Christum Crucifixum exprimentes. Prope Crucem heinc stat Beata Virgo MARI A passis manibus Filium respiciens: illinc Discipulus, quem JESUS diligebat, dextera ad pectus conversa, sinistra expansa; Magdalena vero flexis genibus Crucem ulnis complectitur. Hoc emblemate circumposito. OMNIA SVRSVM TRACTA SVNT. Indicat adpositum schema duplici metallo percussum fuisse numisma, lineola illa, quæ in utraque parte serpit circa literas.



Verum illustrabit aliquando hoc numisma el. Dominicus Maria Manni, quando sigillum æneum annis superioribus a nobis eidem dono datum proferet in lucem, cujus in gyro leoninum hoc carmen cælatum est. XPE PORO PARCE &c. De utroque autem PORO, quoniam longe vetustius est numismate sigillum, atque ideo ad eundem PORVM spectare non possunt sigillum & numisma, nihil in præsentia succurrit quod producamus.

(2) Horum nonnulli; erant enim plerique rei numismatice callentissimi,

vel antiquos typos fidissime & adamusim renovatunt; vel antiquorum numismatum vitiarunt imagines, aliquando etiam circumpositas inscriptiones, in alias formas mutando ipsas imagines & literas; vel novos typos excogitarunt, ut novorum numismatum curiositate ductos vetustatis scrutatores magis allicerent ad emendum. Aurea invenire licet hujusmodi numismata, argentea, ærea cujuscumque moduli, quæ antiquis permixta, vix peritissimus quisque dignoscat, nisi monitus.

descriptos viderimus (1); ac pene ad nostram ætatem perveniatur, quum memoria recenseatur *Michaëlis d' Arvieux*, & *Nicolai Cocornier*, hisque subiiciatur etiam *Franciscus Trevisanus*, olim Veronensis Episcopus, cujus opera, aliqua antiqua numismata, genio quo ferebatur, studiose vitata, Virum alioquin clarissimum Vaillantium deceperunt, hæc serio considerata dubitandi nobis ansam præbuere, num aliquis ingeniosus homo, postquam a nobis hæc de quibus agimus, numismata delineata fuere, viriculo examinare aggressus sit, & literas D. N. V. quas tuto contemplandas delineator ac cælator exposuit in schemate, ausu temerario tentaverit industrius exprimere, ipsas literas magis formatas cælans, tollendo reliqua sibi minus evidentiora. Ego plane sponsor non accedam. Sunt enim hodieum qui in his occupantur malo reipublicæ literariæ incredibile, & alicui fortasse, illorum nonnulli, aliis vero plures innotescunt.

Ceterum vitio vertitur & opponitur nobis (quoniam eadem numismata Alexandro Severo adscripsimus), minus concors aliis ipsius Severi imaginibus similitudo, quare Observationum auctor Magni Alexandri imaginem in iisdem numismatibus, quasi penicillo Raphaëlis Sanctii depictam substituit. Heinc cum Patino (2), *Reclinationio*

(1) *Offervazioni &c.* pag. 13.

(2) *Imperat. Romanor. Numismata &c.*

natio cervicis , quam Plutarchus commemorat , & à  
 Lysippo feliciter expressa fuit , obtruditur . Heinc  
 cum Sponio , ac Tillemontio Gallice describitur  
 Alexander Macedo , & pariter Alexander Seve-  
 rus , ut in ea re , in qua , ipso iudice , defecimus  
 & peccavimus , melius instruamur . Primus , ut  
 a veteribus memoratur , formidabile quiddam in  
 facie insitum referebat . Alter econtrario , tan-  
 quam formosus Princeps ac decorus , & ab omni  
 fastu alienus ( 1 ) commendatur . Verumenimvero si  
 numismatum cusor Alexandrum Severum cum  
 Tillemontio delineasset *avec le visage aimable &c.* ,  
 leonis tamen exuviis induto capite ( quod placuif-  
 set auctori Observationum ) , quis non crederet  
 personatum virum adamussim fuisse expressum ?  
 Quis in eo novum Macedonem deprehenderet ?  
 Quis non potius Dejaniram Herculis uxorem , si-  
 ve Jolem sibi persuaderet exscalptam ? Egregia  
 fane

( 1 ) Inquit Lampridius in Alexandro  
 Severo Cap. IV. *erat corporis venustate  
 decorus , ut hodieque in picturis & in  
 statuis videmus .* Meminit Cælius Rho-  
 diginus *Lectionum antiquarum* Lib. xxvi.  
 Cap. xxx. jocandi quoddam argumen-  
 tum vulgus ex eo sumfisse , quod nempe  
 Alexander Severus sæpe lepusculorum ci-  
 bo in mensa uteretur : quædam enim opi-  
 nio persuadebat credulos , leporum car-  
 nes formæ gratiam conferre posse : Heine  
 ( si numeros & regulas scribendi carmina  
 non ita exacte servatas respicias ac re-  
 quiras ) , hi lepidi versus manarunt .

*Pulcrum quod vides esse nostrum*  
 REGEM ,

*Quem SYRVM sua detulit propago  
 Venatus facit , & lepus comesus ,  
 Ex quo continuum capis leporem .*  
 Quibus Græce respondit Imperator , ni-  
 hil indignatus .

*Pulcrum quod putas esse vestrum*  
 REGEM

*Vulgari miserande de fabella ,  
 Si verum putas , non irascor .  
 Tantum tu comedas velim lepusculos ;  
 Ut fias , animi malis repulsis ,  
 Pulcer , ne invidias livore mentis .*  
 Videbis editionem in folio qua utimur ,  
 typis Danielis Fieveti an. M. DC. LXXVI.  
 vulgatam Francofurti & Lipsiæ , Co-  
 lumn. 1476. Et Lamprid. Cap. xxxviii .

fane viri forma , atque insignis vultus decor ac venustas , mitisque animus , nonnisi palliatus leonina pelle feritatem ostentans , a nullo umquam pro Macedonico Alexandro sumeretur , qualis existimari volebat Alexander Severus . Igitur ut eundem Severum veluti alterum Macedonem artifex repræsentaret , ipsius Macedonis effigiem usurpare , ejusque formis uti opus habebat : Ac proinde si Macedonis caput quodammodo in hisce numismatibus ipse quoque Observationum auctor cognoscit ; intelligere utique debebat sub illo iconismo Severum esse adumbratum , cujusmodi facies oblique formata & leonina pelle comta visitur etiam mea sententia (1) in aliis numismatibus jam editis (2) .

Fatemur tamen , cæco Marte , in multis signis marmoreis æneisque , & in aliis indubiæ vetustatis monumentis Augustorum & Augustarum , aliorumque illustrium virorum imagines , quamvis Heroum specie repræsententur , plerumque eorundem veras effigies , & oris lineamenta magis expressa præferre ac conservare . Sed quare ita se gesserint in hisce numismatibus , ut nonnihil a prototypo cutores discefferint , puto satis esse quæ dicta sunt , ut ab omnibus facile possit intelligi , & sine hæsitatione probari .

Quod autem in numismatibus & in lapidibus

(1) *Dissertat. &c.* pag. 60. & p. 61.  
*Epist.* pag. 14.

(2) *Observazioni di Paolo Maria Paciaudi &c.* pag. 18.



bus vetustis ad cultiorem etiam ætatem spectantibus nonnulla cacographiæ exempla & græcas aliquas literas cum latinis elementis aliquando fuisse admixtas, horum monumentorum illustratores animadverterint, id novum profecto non est. Si vellemus heic eadem exempla congerere, & molestiam vobis, Viri doctissimi inferre videremur, & chartas nonnisi erroribus ac mendis impleremus. Quæ ætate imperavit Alexander Severus, jam cultus literarum & artium coeperat in deterius declinare. Dicto fidem faciunt ejusdem numismata magni moduli, quæ satis ostendunt non adeo elegantes fuisse artifices, ut erant vetustiores. Nil itaque mirum, si minus concinne profusa sint hæc minora numismata a nobis depromta, quæ non factum Principis produnt, non provincias debellatas, non triumphales pompas, non Circenses ludos, non Operum publicorum magnificentiam, non denique Reipublicæ facinus laudabile, resque præclare gestas exhibent, quemadmodum in aliis numismatibus hæc designata conspiciamus. Non enim in excudendis nostris hisce nummis cuforum princeps est adhibitus, sed alios quoscumque, artis haud prorsus ignaros huic operi abunde sufficere existimatum fuit. Sane Christiana Religio nondum Senatui Populoque Romano cordi esse coeperat, etsi Principi nempe Alexandro Severo, quodammodo non displicebat: quinimo

Sena-

Senatus , & maxime Populus , quemadmodum Judæos , sic etiam Christianos despiciebat.

Porro huc ea pertinent , quæ de Christianæ Religionis contemptu non sine prævia meditatione tractavimus parte altera Epistolæ nostræ de titulo D. N. videlicet DOMINVS NOSTER . Licet enim , validis argumentis demonstraverimus ( 1 ) *consuetudinem illa ætate invaluisse , ut Romani Imperatores nuncuparentur DOMINI* ( quibus addenda , si lubet , quæ Julius Cæsar Bulengerus recenset ( 2 ) in Opere de Romano Imperatore ) ; quoniam tamen cum viris doctis , quos nominatim percensui , numismatum usum adversus alia monumenta pugnantem reperiebamus , diximus in eadem Epistola ( 3 ) . *Verum non se DOMINVM in hoc numismate Alexander appellavit . Sed si testimonia illius ætatis hunc titulum Alexandri Imperatoris nomini aliquando præfixum ostendunt , quare IESV CHRISTO ab eis adfigi potuisse non credamus ? maxime ut infra monstrabimus , quod non in obsequium & venerationem , sed fictè & ironice , ac quasi per ludum tribueretur &c. .* Nobis profecto adhuc non innotescit quare heic adversus ea quæ adseruimus Cangius adferatur in medium ( 4 ) ; nos enim aperte scripsimus ( 5 ) . *Alia exempla profert Cangius in Dissertatione de inferioris ævi numismatibus* ( 6 ) , quæ  
huc

( 1 ) Pag. 16.

( 2 ) Lib. I. Cap. xxxvi.

( 3 ) Pag. 17.

( 4 ) *Observaz.* pag. 20.

( 5 ) *Epist.* pag. 16.

( 6 ) *Num. marg.* xxiv.

*huc adferre superſedimus , parum enim illis fidimus .*

Præterea quum de Alexandri Severi pietate nonnihil memoriæ mandaverimus in Commentario ad Nummum Æreum veterum Christianorum , (1) prout ſcribendi occaſio ferebat , heic noſmetiſſos purgare de eo debemus , quod *in opprobrium Christianorum* hæc numiſmata eodem Alexandro Imperatore cuſa fuiſſe dixerimus , & in Diſſertatione *de vetuſtate & forma Monogrammatiſ ſanctiſſimi Nominis JESU* (2) , & in ſupramemorata Epiſtola (3) . Multa vero ſunt quæ utrobique tractavimus *de Afini* figura cultuque (4) , eorundem numiſmatum averſam partem expendentem ; quæ area numiſmatiſ plus minusve expanſa , in tribus conſtanter eadem eſt . Neque injucundum foret , aut ab argumento alienum , his adſuere quicquid de Afino cultu collegit vir doctus , Chriſtianus Franciſcus Paullinus , Libro *de Afino* (5) ſectione III. quæ *Sacra* continet , ac potiffime in ejuſdem Sectioniſ Capite VII (6) , ubi *De ficta & ſuperſticioſa OnolatRIA* differit . Illud autem inprimis conſiderandum propoſuimus , ut aliquo modo animi conſilium aſſequeremur , quo hæc numiſmata cuſa fuere ; *Tertullianum , qui eodem ſæculo III. in-*

C  
unte

(1) *Nummus æreus veterum Christianorum Commentario in duas partes diſtributo explicatus &c.* Part. I. Cap. VI.

(2) Pag. 63.

(3) Pag. 22.

(4) *Diſſertat. &c.* pag. 61. & ſeqq. *Epiſt.* pag. 18. & ſeqq.

(5) *Chriſtiani Franciſci Paullini de Afino Liber Hiſtorico-Phyſico-Medicus , ad normam Imperialiſ Academiæ Ceſ. Leopoldinæ Nat. Curioſ. ſcriptus &c.* Franciſcofurti ad Mœnum , impriſſis Joh. Daſ. vid. Zunneri . Anno M. DC. XCV.

(6) Pag. 205. & ſeqq.

unte, Alexandro Severo Imperatore, florebat, scripsisse (1), picturam quamdam sua aetate palam in Urbe propositam fuisse cum lemmate DEVS CHRISTIANORVM ANONYCHITES (2). Quid, quæso, ad rem magis adposite e coævo scriptore proferri poterat, qui factum viderat, aut videre plane valuit? Quid ad illustrandam hanc historiam excogitari potest, Tertulliani auctoritate validius aut præstantius? Hoc igitur pro certo habentibus nobis, an in honorem, an vero in opprobrium Christicolarum, picturam illam, de qua sermo est, fuisse propositam adseverabimus? Nulla certe in ea picturaprehenditur honoris species, aut decoris. Quandoquidem *Christiani æque ac Judæi, per jocos Asinarii dicebantur* (3); & Alexander Severus, quum magnopere faveret Judæis (4), quibus potissime in Palestinæ regione ampla concesserat privilegia, ut narrat Origenes (5), adagio aptissime excogitato, dice-

(1) *In Apolog.*

(2) *Dissertat. &c.* pag. 62. *Epist. &c.* p. 18. & p. 19. His quæ ibidem scripsimus adde, quæ profert Cælius Rhodiginus *Lectionum antiquarum* Lib. XXI. Cap. XXIIV. Col. 1187. & Lib. XXX. Cap. XXI. Col. 1701.

(3) *Dissertat. &c.* p. 63. *Epist.* p. 22.

(4) Lampridius Cap. XXI. *Judæis privilegia reservavit &c.*

(5) *Epistola ad Africanum* §. 14. pag. 28. *Certe nunc cum Judæi Romanis imperantibus didrachma pendunt, quantam concedente Cæsare in ipsos auctoritatem habeat Eschnarcha, ut nihil differat ab eo qui regnum obtineret in gentem, scimus qui sumus experti. Fiunt etiam iudicia lateenter secundum legem, & non*

*nulli morte damnantur; non quidem cum plena omni ex parte libertate; sed tamen non inscio Imperatore: idque in regione gentis longo tempore commorati didicimus, & pro certo accepimus &c.* Videbis Operum Origenis Tom. I. edit. Græc. Lat. in fol. Parisiis MDCXXXIII. opera & studio D. Caroli Delarue Presbyteri & Monachi Benedictini e Cong. S. Mauri.

Floruit autem Origenes, Clementis Alexandrini discipulus, ævo Alexandri Severi, eumque Julia Mamaea Alexandri mater, quæ de ejus virtute optime sentiebat, ad se accivit, & coram adloqui voluit; ipsique honorem ac reverentiam adhibuit, ut tradit Eusebius *Historie Ecclesiastica* Lib. V. Cap. XVI.

dicebatur vulgo SYRVS ARCHISYNAGOGVS, quemadmodum docet Lampridius (1), & post eum clarissimus Historiæ Ecclesiasticæ parens, Venerabilis DEI servus, Cæsar Cardinalis Baronius ad annum Christi CCXXIV (2). Præstat ergo eadem, quæ in Epistola ad eundem Paciaudum data Kal. Apr. MDCCXLVII. iterum huc revocare. *Quomodo autem, sic scripsisse memini (3), in vulgus mitti huiusmodi numismata permiserit Alexander, qui teste Lampridio (4), JESU CHRISTI imaginem in suo Larario servabat, facile quisque intelligere potest, si mente perpendat Ethnica eum pietate CHRISTUM coluisse; ideoque ejus imaginem promiscue cum aliis ad servabat. Verum multa, quæ de eodem narrata & scripta erant, facile aures suas implebant, non animum movebant. Heinc patriis legibus vivens, Christifideles non eodem animo prosequeretur. Quid ergo mirum, si de decoris nota adversus Christianos signata, cudi vulgarique concesserit hæc numismata, quando picturam ipsam memoratam publice proponi, non sine cœvis testimoniis... ad sensum præbuisse, luce meridiana clarius evincitur?*

Non abs re erit hoc in loco adnotare mendum chronologicum, quod nobis excidit, & Observationum auctorem, licet in multis nos reprehende-

C 2

(1) In Alexandro Severo Cap. XXVII. Volebat videri originem de Romanorum gente trahere, quia eum pudebat SYRVM dici: maxime quod quodam tempore fessio, ut solent Antiochenes, & Egyptii, Alexandrini lacefferant eum con-

vitiolis, SYRVM ARCHISYNAGOGVM eum vocantes, & ARCHIEREA &c.

(2) Num. IX.

(3) Pag. 23.

(4) In Alexandro Severo Cap. XXI & Cap. XLIII.

hendere fatagentem , fugit . Circa tempus , quo Tertullianus Apologeticum scripsit , error iste versatur . Nos enim de egregii Operis ætate perinde loquuti sumus , ac si imperante Alexandro lucubratum fuisset . Sed aliter se res habet : hanc etenim Christianorum defensionem exequutus est Tertullianus , circa annum Christi ccv. ut notat Pagius Num. vi. percensens Annales Ecclesiasticos Cardinalis Baronii , ad annum Christi ccr. Num. xxvii. Tenebat autem Romanum Imperium tunc temporis Septimius Severus , non Alexander , qui imperare cæpit anno æræ Christianæ ccxxiv. sed hoc ipso anno ccv. natus est idem Alexander mense Octobri , ut ipse Pagius notat in iisdem Annalibus Ecclesiasticis ad annum ccxxxvii. Num. 111. Itaque dies natalis ejus eodem anno est consignandus , quo Romæ pictura memorata publice exhibebatur , & in quo Tertullianus scribebat ; neque aliud quodammodo exprimunt hæc numismata , nisi memoriam illius picturæ , quando Imperator renunciatus Judæis æque ac Christianis favebat ; eisdemque numismatibus additus est Scorpius ( loco , quem Mathematici dicunt Apogæum ) , ut ad Alexandrum eadem spectare apertius cognosceretur . Hæc vero qui modo legerint , paullo post commodius animo percipient .

Verum , ut eo , unde paullulum discessimus , regrediamur ; si quis picturam illam , de qua Ter-  
tul-

tullianus loquitur , variis modis ; qui tamen eodem collinearint , expressam fuisse diceret , a veritate non longius recederet. Nam Tertullianus ipse in prælaudato Apologetico , impudentissimam , qua Christifideles infimulabantur , de Asinino cultu calumniam propulsans , alibi *caput Asini* commemorat , alibi *imaginem auribus Asininis* indigitat . Equidem *caput Asini* memoratur etiam a Minutio Felice in Octavio ; & is eadem , qua Tertullianus ætate florebat . Utquumque sit , quum plurima legerim in illis Observationibus , quæ selectam auctoris eruditionem manifestant , sed videntur nobis minus consona horum numismatum typis , potissime circa explanationem emblematis , quod pene iisdem formis cælatum est in tribus ex hisce numismatibus ( etenim ea fuisse loco *Amuletorum* magno apparatu & longa verborum texture asseritur ) , dicam breviter quid de eo cogitaverim , licet usque in hanc diem supersederimus nostram promere sententiam & conjecturam , & animum nostrum fallere nescium aperire ; satius enim ea existimavimus , quæ tum in Dissertatione (1) , tum etiam in Epistola nostra diximus (2) : plane reliqua mox proferenda in mente retinuissemus , nisi novo hoc systemate proposito , apud minus intentos , fundamenta nostræ opinionis infirmari , ac quasi labefactari posse videremus.

Chri-

(1) Pag. 61.

(2) Pag. 18.

Christianam Religionem, antequam ea nasceretur, in sacris Bibliis plenissime a sanctis Prophetis constat esse descriptam. Hi namque Divino spiritu afflati, Messiaë adventum prænuntiaverant, & ea etiam, quæ DEI FILIVS homo factus, & cum hominibus in mundo degens gesturus esset, præmonstrarunt. Quæ omnia ordinatione divina impleta sunt, ut humanum genus pretio sanguinis FILII DEI redimeretur a peccati jugo, & Paradisi portæ per eum qui DOMINVS est, ita nobis Christifidelibus aperirentur. Quum igitur Christiana Religio in Lege Mosaica, quæ a DEO lata erat, non obscure fuerit prænunciata; ac proinde quasi lactem suxerit a Divinis Scripturis, & Gens Hebræa ab Ethnicis, qui Christianos & Judæos simul confundebant (1), per jocum *Asinaria* diceretur; heinc factum est, ut Christi cultores eadem allegoria *Asinarii* nuncuparentur (2). Quapropter, si quid video, *Asella pullum lactans* in hisce

(1) Ethnicos vel minimum distinxisse Christianos a Judæis testis est Svetonius in ea decreti formula quam adfert in Claudio Cap. xxv. inquit, IVDÆOS impulsore CHRE STO assidue tumultuantes ROMA expulit. De illo autem multa docte commentatur Jacobus del Monaco, Libro Italico idiomate conscripto adversus Nicolaum Falconem, quo de calumnia cultus ASININI veteribus Christianis imputati differuit: illum vide §. vi. pag. 23. & seqq. Ad ea vero quæ ille scribit de voce CHRE STO pro CHRISTO, videtur addendus Lactantius Lib. iv. *De vera Sapientia* Cap. v. 1. & non

nulla, quæ a Commentatoribus eo loci norantur; quæque ad Svetonium supra citatum animadvertit Beroaldus, & ad Tacitum in Annalibus Lib. xv. Cap. xlii. profert Justus Liphus.

(2) Adjuvant ipsi hujus scemmaris ineptiam, quum sibi nomina frequenter imponerent ASINVS, ASELLVS, ASELLIVS, ASELLICVS &c., quæ in vetustis Christianorum lapidibus occurrunt: his etenim *Humilitatis & Patientiæ* exemplar sibi proponere in mente habebant ad Christum prototypum respicientes, qui earumdem virtutum in se ipso præclarissima nobis exempla imitanda reliquit.



hisce numismatibus expressa est, ut Christiani ita illuderentur, quemadmodum ad Judæorum irrifionem, hos appellatos fuisse *Asinarios* certo novimus. Itaque ut hujus contemttonis ac despicientiæ memoria in animis hominum remaneret sempiterna, *in opprobrium Christianorum* hæc numismata procusa esse, adfirmandum videtur.

Hanc opinionem de hisce numismatibus, adversus Christianos cufis, veriozem esse semper existimavimus. Verum ne ulla voluntatis in hanc rem propensione nos captos esse suspicemini, ornatissimi Viri; movemur certe nonnihil Lampridianis narrationibus, quibus Alexandrum Severum in JESUM CHRISTUM adeo pium fuisse memoriæ traditum est, ut eidem templum excitare, & inter Deos eum referre cogitaverit; Christianis quoque eum admodum favisse manifeste narratur; juvarique potest quodammodo hæc opinio, ejusdem Imperatoris numismate maximi moduli, quod infra a nobis produccetur: in eo enim parte una Alexandri caput conspicitur exsculptum, parte altera CHRISTI Monogramma. Sed apud eundem Lampridium, ipsum Alexandrum agnoscentes SYRVM ARCHISYNAGOGVM, & Judæos (quibus æque ac Christianis Imperator favebat), *Asinarios* appellatos fuisse apud Tertullianum, quo tempore ipse natus est; in hisce numismatibus omnia hæc expressa esse conclusimus atque comperimus;

vide-

videlicet nativitatis Alexandri tempus , cum Scorpionis signo apogæo , & *Asinarios* æque Judæos ac Christianos nuncupatos . Quod , ut supra dictum est , difficile honori a quibusvis tribuetur : neque posse censemus a quoquam adfirmari , infcio Imperatore hæc numismata fuisse ab aliquo cælata , & per modum joci , sive pasquilli , ut vulgo dicimus , vulgata , ut Imperatoris gratiam hoc ludo iniret ; ut eundem Imperatorem adversus Judæos & Christianos inflammaret ; ut a Deorum cultu ipse Imperator hilum non diverteret . Pœnam enim capitis incurrisset quisquis ille esset , Principis summum jus lædens , & pupillam oculi , ut dicitur , feriens per summum nefas , tentata rei monetariæ usurpatione , ut in Codicibus juris planum est , & in Floreno aureo veteri illustrato monstravimus (1) . Igitur in eadem sententia cogimur permanere , itaut *in opprobrium Christianorum* hæc ipsa numismata cusa fuisse dicamus . Non tamen ita firmiter illi adhæremus , ut , veritatis causam in hac Dissertatione tractantes , oppositam opinionem solidis argumentis destitutam prorsus judicemus ; ac proinde tamquam probabilem a viris doctis sustineri posse arbitramur .

Tollitur plane hac nostra methodo , obscura eorundem numismatum referata historia , omne robur & vis argumentis , rerum exuberanti  
ele-

(1) *Il Fiorino d'oro antico illustrato*, Firenze. MDCCXXVIII. Part. I. Cap. XVII.

elegantia dictarum de Amuletis in hisce Observationibus, & magis candida ac simplex apparet problematica solutio ænygmatis. Siquidem quicquid de Amuletis ibidem profertur pro illustratione horum numismatum, ideo se produxisse, auctor ostendit, ut abrogata memoria Alexandri Severi, cui eadem numismata nos adscribimus, Juliano Apostatæ ejus loco tribuantur; sed recte consideranti, non immerito forte videbitur res obscura enucleari ope alterius obscurioris & magis implicatæ, confusæ, ac tenebricosæ: quum post multa nihil certi tandem concludatur; & ipse auctor Observationum, peracta veluti navigatione, vela contrahens, demum quasi portum teneat, nihil aliud, inquit (1) continere Observationes suas nisi *Divinationes*.

Interea, si temporis fallendi gratia hæc numismata credere oporteret Amuleta, non essent profecto tam seræ ætati tribuenda, ut tantummodo sæculo IV. labenti vel exeunti, aut sæculo V. quibus florere sancti Joannes Chrysostomus & Augustinus adscriberemus (2): ubi enim veteres hi Patres de Amuletis loquuntur, non ita de illis fantur, quasi eadem sua ætate cæperint excogitari, & in ipsis NOMEN DEI admisceri, aut NOMEN CHRISTI. Sicut ergo jam ante eorundem sanctorum Patrum ætatem *præcantatores*, & *excantatrices* ab

D ipsis

(1) *Observax.* pag. 57.

(2) *Observax.* pag. 33.

ipsis commemoratas, ita etiam Amuleta, quibus ad præstigia perditis illi homines utebantur, existisse non dubitamus; ac proinde qui prædictorum Patrum ævo aderant hisce malis artibus edocti, ab aliis senioribus eadem pice infectis didicerunt. Sed esto; sint Amuleta hæc numismata, ut vult auctor Observationum. Descendens ipse ad usum eorundem Amuletorum, post plura luculenter dicta, inquit caput Alexandri Magni in hisce Amuletis (1) adversus infortunia cælatum fuisse: A finum & Scorpionem ad fatales morsus ejusdem Scorpionis evitandos, & JESU NOMEN, ut facilius hæc Amuleta a Christianis hominibus, adoptarentur. Ita vero finem dicendi facit de hisce Amuletis (2). *Un Cristiano non avrà preso questo rimedio invece d' andarsi a prostrare, e piangere avanti ad Iside, come facean gl' Idolatri?* Dum hæc legeremus, & nedum sæculo iv. vel sæculo v. sed nullo umquam tempore in schola sanæ Theologiæ iisdem Amuletis uti licuisse considerarem, quemadmodum Christianis eorundem usus heic videtur adprobari, ne ante Isis simulacrum se prosternerent, quasi sacrilegium immane non sit, neque esset illo ævo usus horum præstigiorum; in mentem venit, typographorum incuria aliquid ab autographo demtum fuisse, dum illæ Observa-  
tiones

(1) Græci Ἀλεξιάρμακον dicunt Amuletum, quia ad sanitatem pertineret: etiam περιάμμα, μερίαπτον &c. quia

pendens ad collum gestabatur; quam suæ perditionem anathematizat Ecclesia.

(2) *Observaz.* pag. 37.

tionēs excuderentur; indeque factum, ut ille gravis error emerferit: nihil enim hujusmodi suspicari possumus de Viro doctissimo, & in sacrorum disciplina versatissimo.

Quum vero de typo Afellæ pullum lactantis abunde dixerimus, quem veluti Amuletum proposuerat auctor Observationum, ratio postulat de typo quoque Herculis & Minervæ aliqua subdere; in eo etenim Amuletorum arcana eodem modo ille agnoscit, ideoque numisma vult esse Amuletum. Refert hunc typum numisma tertium in ordine, quod curavimus cum aliis dumtaxat incidendum, ut nomen & maxime imago Alexandri iisdem leoninis exuviis de more comta ac decorata, in hoc pariter ejusdem moduli numismate, a reliquis minime discrepans, conspiceretur. Heinc igitur supervacaneo labore illud illustrare neque cogitavimus umquam, neque aggressi sumus. Præterea de eadem adversa parte numismatis, in qua Hercules & Minerva cælati sunt, necesse non fuit nobis differere, quum nihil ad rem nostram illustrandam pertineret, de qua in aliis numismatibus agere potissimum institutum erat, videlicet de Monogrammate sanctissimi Nominis JESU: de Afella pullum lactante; & de Scorpionis signo, quorum certe nihil in hoc numismate expressum est. Nihilominus Alexandrum Severum *Agoni* præsedisse, & maxime *Herculeo* in honorem Magni Alexandri,

meminimus cum Patino ex Lampridio in sæpe memorata Epistola parte altera (1); itaut profundo silentio nos intactum præteriisse numisma tertium, dici tam libere non debuerit (2). Quamquam vero hæc a nobis enunciata sint in numismate quarto, inde tamen, eò ubi res postulat, facile possunt referri.

Ceterum de Ethnico Principe loquentibus nobis, quis dubitaverit, quin Herculem (3) & Minervam (4), Deos Gentilium celeberrimos, coluerit idem Severus, maxime ne videretur a suis dissentire? Profecto non semel œconomica ratio Regnantium Religioni præjudicio fuit; itaut quod in animo Principis pie sancteque constitutum erat, poli-

(1) Pag. 21.

(2) *Observax.* pag. 37.

(3) Vetusissimam Herculis stantis iuenculam ex ære, operis non spernendi, altam circiter uncias v. Clava instructam & Leonis exuviis, nuper misit ad nos Antonius Maria Spina Ripanus Congregationis Oratorii Presbyter in Patria sua, qui Numimophylacium ex iis numismatibus, quæ ibidem e terra eruuntur accurate digessit; illudque Herculis signum in agro suburbano fuisse repertum, per epistolas nobis humaniter afferuit. Caput autem Herculis ex ære summæ antiquitatis atque optimæ notæ altum circiter uncias vii. servatur pariter in *Museo Victorio*, & oculos vacuos habet, qui gemmis in similitudinem oculorum efformatis, vel crystallo montano sive fossili antiquitus ornati ac repleti erant. In gemmis item apud nos caput Herculis, & non semel imago diversimode cernitur expressa.

(4) Sæpe occurrit in *Museo Victorio* Minervæ imago, potissime in gemmis exsculpta, tum pectore tenuis galeata & ægide instructa; tum etiam stantis specie, pariter protecto capite galea & ægide munita, atque hasta, ætata cuspside formidanda, variis modis. Onychi anulari circa hujuscemodi Minervæ figuram, cujus dexteræ manui infidet Bubo, sive Noctua, avis Attica eidem sacra; incisæ sunt circum hæc literæ P. AÆ.VIT. quas, fausta adclamatione legendas propono. PVBLIO. AELIO. VITA. vel PVBLI. AELI. VITA. dono enim mittebantur, ut mortis erat, hujusmodi gemmæ. Verum, si cui magis arrideat easdem literas purum nomen referre, PVBLIVS. AELIVS. VITAEIS. non repugnabo. Sunt etiam in eodem *Museo* Minervæ symbola nonnulla, sine illius imagine aliis gemmis insculpta; quas gemmas anulis inferebant veteres, falsa Numinis reiglione ducti.

politix caussa totum inverteretur, quemadmodum demonstrant exempla quamplura, quæ in historia diversi temporis succurrunt, damno Catholicæ Fidei ferme inexplicabili (1). Verumenimvero, qui hoc animo illustrare cogitaret Augustam historiam Romanorum Imperatorum prioris ævi, & aliorum Principum infelicis Gentilitatis, ut Amuleta esse decernat ea numismata, quæ Herculem & Minervam, aliosque Gentium Deos repræsentant, & ad celebrandas Principum virtutes Fortitudinem, Pietatem, Religionem, Sapientiam &c. percussa sunt, is numismata omnia Imperatorum aut Regum, in quibus Deorum imagines frequenter obviæ sunt, judicare poterit, quandocumque lubeat, genus Amuletorum: Colligant vero hæc qui velint, nos ad alia properamus.

Equidem necesse est de quarto numismate instaurare sermonem, in quo caput Imperatoris lauream coronam gestare diximus, non gemmatam; & epigraphen IOVIS FILIO, non literas D. N. V. circum legi, fatis aperte supra manifestavimus, adeo nobiscum sentiet quisquis opinionem suam rationibus subiicere non gravetur: mens quippe  
homi-

(1) Hæc scribit Lampridius in Alexandro Severo Cap. XLIII. Christo templum facere voluit, eumque inter Deos recipere. Quod & Adrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus Civitatibus sine simulacris iusserat fieri: quæ hodie, idcirco quia non habent Nu-

mina, dicuntur Adriani, quæ ille ad hoc parasse dicebatur: sed prohibitus est ab iis, qui consulentes sacra, repere- rant omnes Christianos futuros, si id optato evenisset, & templa reliqua destrueda &c. Alia huiusmodi exempla facile his addent eruditi Viri.

hominis bene instituti cedere debet veritati . De eadem ergo epigraphe a nobis exposita , quod ipse harumce Observationum auctor miretur IOVIS FILIO nullibi in aliis numismatibus se legisse , licet ante Alexandrum Severum alii quoque Imperatores Alexandri Macedonis æmulatores eadem infania , eodemque cœstro jactantiæ laboraverint , ut IOVIS FILII , & ipsi reputari voluerint , hoc unum nobis lubet dicere : eadem nempe de caussa omnia hæc aliaque numismata , quæ ob hoc ipsum quod singularia sint , in aliquibus Museis maxime celebrantur , tamquam supposititia & falsa pro sua voluntate reiicere ipse poterit , quod iisdem typis non antea signata viderit ; quasi omnia vetusta numismata in apricum ætas jam protulerit , & nulla sit spes aliquid novi ab Africæ finibus , ut in adagio est , ad nos adhuc deferri posse . Quod quam longe a veritate sit dissonum , facile novit quisque bonæ mentis homo , & rei antiquariæ nonnihil peritus : quum dietim emergant res nobis incognitæ , quibus antiquitas mirifice illustratur .

Ut autem in omnibus , quantum licet , morem gerere videamur laudato Observationum auctori , reliqua de hac epigraphe IOVIS FILIO , quæ subinde commentatur , ut idem numisma cum aliis tribus conetur potius Juliano Apostatæ adscribere , quam Alexandro Severo , percenseamus . Variis ille argumentis , momentisque probatæ historiae



storia nos admonet, eundem Julianum, nedum, quasi alter Macedo esset se credi voluisse, sed etiam, narrante Socrate in sua Historia (1), Alexandri Macedonis animam in se transiisse, juxta Pythagoræ & Platonis sententiam, quam tenebat. Quare si Alexander Macedo vere IOVIS FILIVS reputabatur, fortasse ea opinione ductum Julianum, hoc lemmate numisma cudisse, non sine aliqua veri similitudine posset affirmari. Ruit tamen sponte sua hujus argumenti nutans & vere non satis firma conclusio. Eadem enim, qua Julianus dementia affectus fuit Antoninus Caracalla, qui sæculo integro & circiter dimidio ipsum præcessit. Porro Antoninus Caracalla, testibus Herodiano & Dione, statimac Thraciæ partes attigit Macedoniae regioni finitimas, Alexander evasit; itaut sive ærea, sive marmorea signa, quæ in multis Civitatibus sibi iussit adponi, duplici capite formata essent, in modum Jani bifrontis, & Alexandrum Magnum simul & Caracallam referrent. Imo, uti habet Dio apud Xiphilinum (2), Romam Senatui literas misit, in quibus vere se Alexandrum esse, & animam illius jam in se recepisse dictitabat. Eapropter Alexander, & totius Orientis Augustus nuncupabatur. Hæc omnia cl. Bonarrotius recitat in Carpineis maximi moduli numismatibus (3). Præterea de eodem Caracalla scri-

(1) Lib. 111. Cap. XXI.      (2) In Caracalla.      (3) Pag. 167. & p. 168.

scribit Victor in Epitoma. *Corpore ALEXANDRI MACEDONIS conspecto, MAGNUM atque ALEXANDRUM se jussit appellari, assentantium fallaciis eo perductus, ut truci fronte, & AD LAEVUM HUMERUM CONVERSA CERVICE, quod in ore ALEXANDRI notaverat, incedens, fidem vultus simillimi persuaderet sibi &c.* CERVICEM autem RECLINEM jam supra memoravimus in Alexandro cum Plutarcho. Sed Caracallæ MAGNI quoque titulum in variis antiquis monumentis adtributum animadvertit idem Bonarrotius (1).

His ergo ita digestis & expositis, quis non videat, si nos velimus, hæc numismata, nedum Alexandro Severo, cui nos adscripsimus, verum etiam Marco Aurelio Bassiano Antonino Caracallæ posse quodammodo adfingere? Hic quippe IOVIS FILIVS dici etiam poterat ac reputari. Sed quisquis eam, quam in hisce numismatibus explicandis nos ivimus, viam expenderit, is procul dubio adfirmabit, Alexandri nomen Alexandro Severo referri debere; quicum potissime congruunt, quæ de pictura a Tertulliano memorata alibi narravimus, & quæ nonnisi ad ejusdem Augusti ævum, quo nempe natus est, spectare, veluti digito demonstravimus. Alexandri scilicet ætate florebat Tertullianus, qui rem suis temporibus celebrem & in vulgus notissimam describens, memoriæ posterorum consignavit.

Ve-

(1)  *Osservaz. istoriche sopra alcuni medaglioni antichi &c.* pag. 170. & p. 171.

Verum, ut validiori ac veluti Achillæo argumento Juliano Apostatæ adscribatur idem numisma quartum in ordine cælatum, abolito lem-mate IOVIS FILIO, reponuntur ut supra diximus, literæ D. N. V. quas ipse auctor Observationum legit DOMINVS NOSTER VALENTINIANVS (1). Proh DEVS IMMORTALIS! Quomodo, ut Juliano tribuatur hoc numisma, licet extemplo sic ad Valentinia-nam confugere, ut pars averfa ejusdem numisma-tis Juliano Imperatore procusi, dicatur oscitanter jugata cum capite Valentiniani? Quoniam vero eundem Valentinianum Christianum esse cogno-scit laudatus auctor, se convertit ad monetario-rum errorem. Talia quærentem effugia atque diverticula abire sinam, & quæ heic proferre possem, silentio præteribo. Ea tamen moderatione, quam in principio hujus Dissertationis polliciti sumus, ut fidem promissis adjiciamus, & erga au-ctorem Observationum exhibeamus reverentiam, dicemus tantummodo. Non heic profecto satis est Froëlichius de nummis monetariorum culpa-vitiatis, ut Juliano tribuatur hoc numisma, quod ipso quoque animadvertente (2), neque pertinere ad Valentinianum umquam potest.

Quoniam igitur numisma quartum in ordine, lemma IOVIS FILIO præfert circa imaginem, non ve-ro literas D. N. V. quod hactenus argumentis confir-

E

mare

(1) *Observax.* pag. 42.

(2) *Ibidem* pag. 42.

mare conati sumus, consequens est illud quoque Alexandro Severotribuendum esse, cui alia in eadem tabula cælata numismata, ut mea fert opinio, debent attribui. Et si Alexandro Severo adscribendum est illud, laureatam potius quam gemmatam coronam debuisset pictor & cælator adfin gere, ut in nostra tabula ad fidem exemplaris delineatum numisma exhibetur; potuit tamen areæ ejusdem numismatis inæqualitas, quæ nonnihil ab ævo ærofa ac vitiata est (1), præbuisse erroris occasionem. In illa ergo areæ inæqualitate (si tamen numisma adhuc sincerum est, quod erat quando primum cum ceteris fuit delineatum), vir videns lauream coronam facile conspicit ac distinguit, itaut caput Imperatoris adpareat *cujusmodi visitur in aliis numismatibus*, expressumque sit *juxta purum putum morem illius ævi* (2).

Sed quando etiam concederetur contra nostram sententiam, in hac imagine Alexandrum Severum gemmatam coronam usurpasse, non adeo longe recessisset cursor ab instituto illius ævi, ut penitus damnandus esset: quum constet alios Imperatores ipso Alexandro vetustiores eodem gemmato diademate non semel usos fuisse. Itaque Commodus, ut tradit Dio, coronam gemmis contextam aliquando adhibebat, & Eliogabalus ejusdem Alexandri proxime antecessor, gemmatum

(1) Æruginis ac rubiginis species expendit egregie Bonarrotius in Numismatibus

Musei Carpinei pag. 324. & p. 325.  
(2) *Epist.* pag. 14. & p. 22.

quoque diadema usurpare consuevit, ut Lampridius scribit (1). Mos autem constanter utendi gemmata corona tribuitur a Victore in Epitoma Aureliano, qui xx. circiter annis post Alexandrum Severum Imperator est renunciatus. At de his, tamquam minus opportunis, dictum satis arbitramur.

Aliud argumentum posterioris ætatis horum numismatum, eorundem cælaturam esse autumat auctor Observationum, quod ea rudioris operis formas referat, sed heic operæ pretium esset iterare paullo ante prolata, quum de cacographiæ exemplis in vetustis monumentis occurrentibus illo etiam ævo, in quo artes magis flourerent, sermonem faceremus: illic enim asserabamus in numismatibus, quæ factum Principis non exprimunt, veteres non adeo cultos artifices adhibuisse. Sed quoniam in via sumus, quo illa invitat, recta progrediamur.

Quum igitur in his numismatibus Alexandri caput occurrat leonis pelle contactum, & minus affabre percussum a monetariis videatur, eadem facili negotio comparantur Nummis Contorniatis, de quibus tractarunt egregie singulari Opere Sigebertus Havercampus, & in suis doctissimis lucubrationibus Cangius, Morellius, & alii, ex quibus omnibus in re antiquaria idem Haver-

E 2

campus

(1) *Romanorum aliquot Imperatorum Hister*, In Eliogabalo Cap. xxiii.

campus *Magnus Magister* dicitur in istis Observationibus (1). Adfurgimus libenter Majoribus natu, veneramur eorundem doctrinam, rerum profundam intelligentiam, virtutem eximiam (2). Totum plane quod usque in hanc diem proferri solet de hisce numismatibus Contorniatis ab eis, qui tempus inferioris ætatis illis adsignant, versatur tum circa minus laudabilem cælaturæ modum, tum in eo, quod ad Circenses ludos hi nummi spectarent. Audistis, eruditissimi Viri, quæ momentis primæ objectionis reposuimus; non abutemur patientia vestra, ut responsa ad ea, quæ secundo loco objecta sunt, sine tædio ac molestia audiatis.

Nullus certe illorum, qui de Nummis hisce Contorniatis scripserunt, vidit umquam maximi faciendum numisma; siquidem Contorniatum, *Museo Victorio* adauctum elapso an. MDCCXLVIII. paullo post quam *Dissertatio De vetustate & forma Monogrammatum sanctissimi Nominis JESU*, & sæpe memorata *Epistola vulgatæ a nobis* sunt. Id numisma, ut supra obiter memoravimus, parte una Alexandri caput habet expressum oblique, & leonis pelle decoratum, circa quod ita nomen legitur in area ALEXANDER. Præterea in centro cujusdam circuli, qui ornatu quodam exteriori coronæ formam prope imitatur, sed corona

(1) Pag. 27.

(2) Vide Lucium Annæum Senecam

non  
*Epist. LXIV. sive Lib. VIII. Epist. VII.*  
Quæ est laudatio Quinti Sextij.

non est, litera s. adparet. Quicquid autem de hujus literæ significatione dixerimus, res ardua est scopum attingere. Quamobrem, quod in postrema Epistola ad cl. Paciaudum data eidibus Decembris MDCCXLVIII. (1), videlicet die tertia postquam ejusdem Observationes ad nos perlatæ sunt, ea propositio exciderit, nimirum, ut si Alexandri nomini eadem litera s. jugaretur, statim Alexandri Severi nomen emergeret, nos lapsum emendare constituimus, & emendatum esse decernimus; in illa enim Epistola, ceteris omnibus in suo robore permanentibus, de hac litera singulari, fortasse non bene pronunciavimus. Sed Alexandri nomen expendamus, quomodo cum averfa parte numismatis liceat componere.

Revera, quis umquam adfirmaverit cum Haercampo & aliis supra recensitis, ad Alexandrum Magnum, & ad Circenses ludos numisma referendum esse, cujus in adverfa parte nonnisi Monogramma Christi ita ✠ expressum est? Dicit ne auctor Observationum & hoc numisma esse Amuletum? Dicit ad Julianum Augustum pertinere? Neminem vestrum putaverim hæc confirmaturum: etenim Julianum bellum indixisse literæ x. *Cbi*, jamdiu notavimus in Commentario ad Nummum æreum veterum Christianorum (2),

ex

(1) Excudit Romæ Joannes Zempel.


(2) Part. I. Cap. XI. pag. 75.

ex ipso ΜΙΣΘΠΩΓΩΝΕ ejusdem Juliani. Neminem quoque serio dicturum arbitramur, hoc Monogramma cum eo, quod in Ptolomæi numismatibus visitur, aliquid commune habere; itaut quemadmodum nonnulli student illud monogramma cum ipso Ptolomæo conjungere, quasi epitheton illi additum existimantes (quæ opinio nostram emendationem inutilem redderet, si probaretur a nobis), vel signum monetarii &c. sic quispiam putet Alexandro Magno aliqua ratione posse congruere in nostro numismate. Error enim palmaris esset; quippe in illo Ptolomæi nummo, parte antica illud signum occurrit, non exstans, sed excisum: in nostro parte altera expressum est, & eandem implet, aliquibus circulis ornamenti gratia circumdatum. Porro monogramma in nummo Ptolomæi eum situm occupat, ut respondeat quidem literæ s. prope Alexandri faciem excisæ, non autem monogrammati, quod in adversa parte numismatis, ut diximus, cælatum est. Quum ergo Alexandro Magno nostrum numisma ex argumentis adlatis nullo modo possit adtribui, utique Alexandro Severo adjudicandum esse contendimus. De illo Ptolomæi numismate egimus in alia Dissertatione nostra, quæ DEO dante, propediem vulgabitur, & hunc titulum præferet. *De CHRISTI Nomine Monogrammate expresso, Lucerna fœtili veterum Christianorum, aliisque sacræ antiqui-*



*quiritatis monumentis , quæ in Museo Victorio ex-  
stant , illustrato .*

Decreveram hoc numisma , tamquam gem-  
mam in altera nostra lucubratione inclytæ socie-  
tati COLVMBARIAE dicata , sed nondum edita  
( qua de Cybelis cultu superstizioso apud vete-  
res differuimus ) , cælatum primo spectandum  
proponere Viris illis eruditissimis ; sed molestum  
id scriptiois genus , quemadmodum in Epistola  
paullo ante memorata , & ad Paciaudum missa  
Neapolim , veteris istius monumenti descriptio-  
nem præter intencionem nostram e manibus elicuit  
atque abstraxit : ita ex *Musei nostri* forulis , in  
quibus aliqua supellex reconditur apto tempore  
depromenda , immature dixerim , & quasi per  
vim præreptum ipsum numisma huc advocavit,



ne rei desiderium , periculum quod in mora est ,  
incommodo damnoque nostro , confirmaret.

Deni-

Denique, ut *Observationes* suas ad optatum finem auctor perducatur, signum *Scorpionis* in hisce numismatibus non indicat, ipso iudice, *Horoscopum*, sive tempus *nativitatis Alexandri Severi*: quod in memorata *Epistola* (1) curavimus demonstrare. Concedit ipse, neque enim inficiari posset, eundem *Alexandrum* mense *Octobri* natum fuisse, quo *Scorpionis* signum tangit *Sol Zodiaci* semitam percurrens, negat tamen *Scorpionem* *Horoscopum*, sive signum esse *nativitatis* (2). *Virtutem vestram* exoptulo atque obtestor, *Viri doctissimi*, ne hac dicendi ratione commoveamini. *Mihi* in animo est, quando scriptoribus probatæ fidei innitimur, & in numismatibus expressa symbola & signa optime respondent *historiæ*, non esse perturbandam rerum gestarum narrationem, nec permittendum, ut peregrina rei antiquariæ eruditione cuiquam a veritate longius vagari liceat. Si in *Augusti* numismatibus *Capricornus* non indicat ejusdem *Principis* *Horoscopum*, quod tamen *Svetonius* scribit, & ipse *Augustus* de eo *Signo*, quod vere suum *Horoscopum* crederet, plurimum sibi blandiebatur: Quomodo verum esse quiverit, quod *Spanhemius*, *Angelonius*, & alii selecta eruditione præstantes viri scripserunt, prorsus ignoramus. *Augustus* namque comite *Agrippa*, ut ii tradunt

vetu-

(1) Pag. 15. &amp; p. 16.

(2) *Observax.* pag. 26.

vetustorum scriptorum auctoritate freti , Mathematicum Theogenem conveniens Apolloniam , ab eo nativitatissuæ documenta accepit , quibus de hoc eodem Horoscopo , aliisque permultis futuræ suæ prosperitatis signis idem Augustus docebatur . Illo igitur Capricorni signo ob celebris Mathematici iudicium , quod etiam opinioni suæ cohærebat , maxime delectatus , numismata auro argentoque plurima conflavit , quæ Tiberius postmodum ex ære restituit . Inquit Svetonius in Augusto (1) . *Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit , ut Thema suum vulgaverit , nummumque argenteum* NOTA SYDERIS CAPRICORNI , quo natus est percussit . Quamvis autem Svetonius , ubi de anno nativitatiss Augusti sermonem facit (2) , ipsum ix. Kal. Octobris ortum duxisse testetur , videlicet die xxiiii. Septembris , quando Sol Libram percurrit , non Capricornum , qui Decembrem respicit ; satis tamen exploratum est , ipsum Augustum opinionem & voluntatem suam , quam Mathematici auspiciis suis , ominibusque foverunt , veritati prætulisse (3) ; & Libræ Capricornum anteposuisse , quem in suum Horoscopum adscivit & adsumpsit .

(1) Cap. LXXXIV.

(2) Cap. v.

(3) Alexandrum Severum tenacissimum fuisse propositi & opinionis suæ indicat præ ceteris Lampridius Cap. XXVIII. supra alibi citato , inquit enim de eo loquens . *Volebat videri originem de Romanorum gente trahere , quia cum pudebat SYRVM dici &c. & Cap. XLIV.*

F Id

idem Lampridius scribit . *SYRVM se dici noluit , sed a Majoribus ROMANVM & stemma generis depinxerat , quo ostendebatur genus ejus a Metellis descendere &c.* Quis autem dubitaverit contra fidem historiæ Alexandrum non fuisse SYRVM ? Locus , in quo natus est , duplici nomine dicitur a Victore , *Cæsarea , & Archæa* Lamprid. *Archæa , Cæsarea , & Arcena.*

Id potiori jure dicendum de Vespasiano ,  
 cujus in numismatibus pariter occurrit Capricor-  
 nus: siquidem, uti fertur, is natus est mense  
 Decembri, quo Sol cursum suum peragens, Ca-  
 pricorni signum attingit. Nihilominus Observa-  
 tionum auctor Capricornum in Vespasiani numi-  
 smatibus cælatum, aliud quam ejusdem Horo-  
 scopum aut tempus nativitatis designare constan-  
 ter adfirmat (1). Qua ratione? Quia videlicet  
 in aliis aliorum Imperatorum numismatibus repe-  
 ritur aliquando Capricornus, quorum nativitatem  
 constat mense Decembri non contigisse. Cujus-  
 nam sit ponderis hoc argumentum, æqui humani-  
 que Lectores attente considerate, Vos judices esto-  
 te. Peculiares ego rationes protuli, queis evin-  
 citur satis, Capricorni signum in Augusto, & in  
 Vespasiano ad eorum nativitatem referri posse ac  
 debere, quantumlibet in aliis aliorum Principum  
 numismatibus rem secus se habere ingenue fatear.  
 Scorpionis itaque signum in iis numismatibus quæ  
 illustravimus, ad Alexandri Severi Horoscopum  
 spectare, veritati apprime consonum videtur;  
 præsertim quum apogæum illud Signum in hisce  
 monumentis semper conspiciatur, & de eodem  
 Alexandro hæc scriptis commiserit Lampridius.  
 (2) *Aruspiciæ quoque peritissimus fuit* ΟΡΝΕΟΣΚΟΠΟΣ  
 MAGNVS, ut Vascones, & Hispanorum & Pannonio-

1478

(1) *Observaz.* pag. 26. & p. 27.

(2) Cap. xxvii.

*rum augures vicerit &c.* Certumque fit, ipso Lampridio (1) teste, prædictum Augustum nedum tolerasse ut Mathematici & Genethliaci in Urbe degerent, verumetiam præcepisse, quod alias vetitum fuerat (2), nempe ut publice profiterentur, ac docerent. Quinetiam subdit idem Lampridius (3). *Rhetoricis, Grammaticis, Medicis, ARVSPICIBVS, MATHEMATICIS, Mechanicis, Architectis salaria instituit, & auditoria decrevit, & discipulos cum annonis pauperum filios, modo ingenuos (4) dari iussit &c.*

Nec refugit animus ut credam (quum tam

F 2

sæpe

(1) Cap. xxvii. *Facundia fuit Græcæ magis quam Latine, nec versu in venustus; & ad Musicam pronus: & ita quidem, ut ex ejus jussu Mathematici publice proposuerint Romæ, ac sint professi ut docerent &c.* Heine Origenes Homil. xx. in Jerem. Cap. l. Edit. Delarue Tom. III. *Sunt autem Chaldeorum apothecæ DOCTRINAE NATIVITATVM.*

(2) Mathematicos nedum ab Urbe verum etiam ex Italia Senatus-consulto pulsos fuisse constat non semel, ex Annalibus & Historiis Cornelii Taciti, quem consulat velim in *Annalibus* potissime Lib. I. Cap. xxii. & Lib. xii. Cap. lii. item *Historiarum* Lib. I. Cap. xxii. & Lib. II. Cap. lxi.

(3) Cap. xlii.

(4) Quod spectat ad *discipulos cum annonis pauperum filios, modo ingenuos*, ferme idem videtur esse cum eo, quod ipse Lampridius inquit Cap. lvi. *Puellas & pueros quemadmodum Antoninus Faustianas instituerat, Mammaeanas & Mammaeanos instituit &c.* Sed de hisce puellis & pueris, quos *Alimentarios* vocabant, nonnulla profert doctissimus Gorius Tomo II.

Inscriptionum antiquarum in Etruriæ Urbibus exstantium pag. 748. & seq. & in Inscript. Donianis ab eodem Gorio editis, & notis illustratis, Classe v. pag. 164. & p. 171. Plura vero suppeditat ingens ænea Tabula in agro Placentino reperta anno MDCCXLVI. ab ipsa Placentia, in finibus Æmiliæ, milliatio xviii. quæ ad Trajanum Augustum pertinet, OPTIMUM PRINCIPEM a veteribus appellatum. Hoc insigne vetustatis monumentum, quod longitudine superat ulnas vi. & altitudine ulnas iii; videlicet palmos Romanos architectonicos xiii. circiter protenditur in longum, & altitudinis palmos v. cum dimidio superat (quemadmodum, una cum eruditissimo & longe amicissimo Viro, Reverendissimo P. Domino Alexandro Josepho Clappinio Congregationis Canonicorum Lateranensium Abbate Generali, exacte æstimata Placentina Romæ naque mensura novimus), in præsentia Placentiæ servatur, sed Ædibus & Museo Capitolino plane dignum, & publica luce dignissimum est, scriptis suis illustrant Muratorius, Maffejus, aliique Viri clarissimi.

sæpe Alexandri Severi imaginem Macedonis specie expressam videamus, & eundem IOVIS FILIVM se dixisse consideraverimus; quumque esset admodum ARVSPICINÆ addiētus), fortasse & ipsum Severum Pythagoricam METEMPTKΩΣIN admisisse; ideoque Alexandri Magni animam se gestasse, & in ipsa nativitate in se transisse, hoc Scorpionis Horoscopali signo suo, & ipsius Alexandri Macedonis imagine quodammodo demonstrare, & confirmare voluisse in hisce numismatibus, non obscure apparet.

Neque omittendum videtur quod scribendo dicendoque in mentem revocatur: Quum enim in gemmis cælatis sæpe videre contigerit, *Arietes* incalptos, *Tauros*, *Cancros*, *Leones*, *Lances*, sive *Libellam* (*Trutinam* etiam ipsam dicas, sive *Stazeram*), *Capricornum*, *Scorpionem* &c, quorum lapillorum nonnulli in *Museo Victorio* servantur; nobiscum reputavimus has easdem gemmas, non otiose, non ad artis culturam, non denique sine mysterio cælatas fuisse; sed licet aliis fortasse placeat secus opinari, ad cælestia Zodiaci signa referri posse considerantes, eorum Horoscopum plerumque putavimus indigitare, qui easdem cæleri fecerunt, quique nativitatis suæ auspicia inde sumere arbitrabantur.

Lapis in Cæmeterio sanctorum Gordiani & Epimachi repertus anno MDCCLXIV. vulgatusque in  
Opere

Opere de sacris Cæmeterijs (1) a cl. Marco Antonio Boldetto in Urbe Canonico insignis Basilicæ sanctæ Mariæ Transtyberim, indicat Mensem, Diem, Lunam; Signum quoque CAPRICORNI, & Horam Noctis IIII. qua PVER SIMPLICIVS NATVS est; cælatusque est DIVO IOVIANO AVG ET VARRONIANO COSS, videlicet anno æræ Christianæ CCCLXIV. Ille idem lapis in Prolegomenis ad Tom. I. Anastasii Vitarum Romanorum Pontificum (2), notis Historicis, Chronologicis, atque Astronomicis illustratur egregie a doctissimo Præsule Francisco Blanchinio, qui ab eodem Boldetto lapidem acceperat. Demum idem marmor edidit cl. Lupius Societatis JESU Sacerdos in Epitaphio Severæ Martyris illustrato (3). Palmam ex omnibus, qui ad illustrandum lapidem symbolam suam contulerunt, videtur tulisse Blanchinius: eodem enim anno in epitaphio expresso, ut moris erat, indicatis Consulibus, VIII. idus Maij, die Saturni, quæ etiam Sabbati a nobis dicitur, hora IV. noctis, LVNA fuit juxta motus medios in gradu 16. 21. 11. CAPRICORNI (4)... uti ex Tabulis Astronomicis patere cuique potest... Itaque eadem hora gradus ille CAPRICORNI cum LVNA surgebat ab Horizonte ortivo... dum PVER SIMPLICIVS nascebatur.

Heinc inspicientibus nobis, ut supra dictum est,

(1) Osservazioni sopra i Cimiterj de' santi Martiri &c. Lib. I. Cap. XIX. pag. 84.

(2) Edit. Vatic. pag. LXVIII.

(3) Op. v. pag. 18.

(4) Vide pag. LXIX.

est, gemmas antiquas cælatura distinctas ( quas otii fugiendi causa, & ut in iis quæ nescimus jucunde erudiamur, præ manibus habere solemus), non inopportunum visum est, Carneolam vetustissimam & pulcherrimam *Musei Victorii* in lucem producere: quippe in ea SCORPIVS affabre exscalptus est, LVNAM *falcatam*, ut dicunt, cornibus apprehendens; quam gemmam ad rem Astronomicam significandam duximus pertinere; aliamque Carneolam paullo minus aream expansam habentem, pariter signo SCORPII cælata, ad illud idem referendam esse, ex eo conjicimus, quod nempe, circa figuram SCORPIONIS literas habeat inscalptas HERMIA, ad MERCVRIVM fortasse designandum. Hisce vero gemmis, momentisque rerum, nil minus deferri volumus, quam iis, quæ ad illustranda Alexandri Severi proposita numismata, conferre possunt plurimum.

Adde nunc ab uberiores nostræ opinionis explanationem, ea quæ de ævo picturæ a Tertulliano memoratæ, & de pictura ipsa jam diximus: Adde Alexandri nomen, quod legitur in tribus ex hisce numismatibus a nobis editis: Adde & aliud longe majoris moduli numisma paullo ante in hac Dissertatione vulgatum, in quo ejusdem Alexandri caput leonis pelle contactum est, & in exergo nonnisi Monogramma Christi cælatum conspicitur. Ita enim magis firmiter de ætate



te eorumdem numismatum quicumque velit iudicium ferre poterit, & ad Alexandrum Severum, non ad Julianum Apostatam (1), neque ad Valentinianum Augustum, spectare hæc numismata, omnes aperte cognoscent. Ea, quæ de Juliano afferuntur in Observationibus, meræ conjecturæ sunt, & jure meritoque ab ipso auctore *Divinationes* (2), ut alibi quoque diximus, appellantur. Etenim nihil prorsus de Juliano nomine in iisdem monumentis, nullibi Juliano Imperatore mentio de supradicta pictura, quæ ad annum Christi ccv. spectat, quo Alexander Severus ortum duxit, & quando Tertullianus rei scriptor & testis in vivis erat. Nihil ævo Juliani de Judæis, nihil de Christianis, qui ætate Alexandri Severi æque *Asinarii* (3) dicebantur.

Extra chorum fortasse versari, & canere videbimur nonnullis, si quicumque hoc loco dixerimus de interpretatione Legis xxxiv. ff. de Usufruct. *Numismatum aureorum, vel argenteorum, quibus*

(1) Hic etiam *Parabata* dicitur in *Lexico Svidæ*.

(2) *Offe-vax* pag 57

(3) De hisce irrisionibus, conviciis injuriis, agit eruditissime Vir cl. Fr. Thomas Matia Mamachus Ordinis Prædicatorum Theologus Cusanatensis Lib. 1. *Originum & Antiquitatum Christianarum* Cap. 11. §. xvii. pag. 91. Fulius vero Cap. 111 in quo *De calumniis quibus Ethnici sunt nostros homines infestati*, ac potissime §. v. pag. 119. & seqq; Hæc quidem magis opportune legi debuerant in hac ipsa Dissertatione,

sive in notis ad calcem pag. 21. vel 22. sed commissis operibus typographicis præloque illis paginis, huc potius referre lubuit, quam omittere; hujus enim Viri, cujus humanitatem & eruditionem suspicimus, amicitiam colere nobis suavissimum est; quemadmodum, honori ducimus, meminisse in Dissertatione *De vetustate & forma Monogrammatum sanctissimi Nominis JESU*, doctissimi, ac Reverendissimi Viri P. Magistri Antonii Bremond, qui modo ejusdem Ordinis Magistri Generalis munere, magna sui nominis laude, fungitur.

quibus pro Gemmis uti solent, Usu-fructus legari potest. Sed quum earumdem Observationum auctor illam tribuat (1) Herculi Francisco Dandini Pandectarum Interpreti clarissimo in Academia Patavina (2), nostra quoquo modo interest illum admonere, hanc Spartam a nobis fuisse præoccupatam; & si a gravissimis occupationibus sacrarum Concionum, quibus totus addictus est, & quibus vel recitandis, vel elimandis ac perpoliendis fortasse distinetur, per otium tantisper ipse diverterit, facile eandem reperiet in nostro Opere de Aureo Nummo veteri illustrato (3), quod Opus Florentiæ prodiit in lucem anno MDCCXXXVII. nempe annis VII: antequam Dandinus *De servitutibus prædiorum interpretationes per Epistolas* vulgaret, quæ Veronæ typis prodierunt anno MDCCXLV. Verum hæc leviter atque obiter nobis adtigisse sufficiat.

Quod reliquum est, Viri doctissimi, ea quæ hactenus elucubravimus idcirco vobis inscripsimus, ut, quod initio hujus Apologeticæ Dissertationis præfati sumus, perspicue intelligeretis, nimirum veritatis magis elucidandæ causam huc usque nos egisse. Eam igitur, quum nos obtinuisse existimemus, Vobis plane, qui literarum laude, & morum severitate

(1) *Observaz.* pag. 32.

(2) Is obiit annis superioribus, non sine lacrymis eruditorum, qui plura ab eo adhuc expectabant.

(3) *Il Fiorino d' oro antico illustrato*

to &c. Parte II. Cap. xxx. pag. 275. & pag. 276. Sed vide quoque Ludovicum Cælium Rhodiginum *Lectioinum antiquarum* Libro x. Capite II. Columna 497.

te commendamini ; & quibus res difficiles gravissimasque tractare familiare est , sine ullo coloris medicamine manifestasse contenti sumus . De hoc autem vestrum erit sapienter decernere : quippe alienum est a nobis controversias agitare ; quin etiam a Vobis ipsis bene institutis atque humanissimis Viris , quod in Dissertatione *De vetustate & forma Monogrammati Sanctissimi Nominis JESU* nuper scripsimus (1) , parati sumus semper edoceri .

G

Qui

TV . QVICVMQVE . LEGIS . SIT . TIBI . SVAVITER (2)

(1) Pag. 64.

(2) Ex vetusto lapide apud Gorium

Tom. I. *Inscript. antiquar. in Etruria Urbibus exstan.* p. 59. Num. CXXXXII.

Qui enim possum non cupere verum invenire, quum gaudeam si simile veri quid invenerim? sed ut hoc pulcherrimum esse iudicem, vera videre: sic pro veris probare falsa turpissimum est.

*Cicero in Lucullo*



EXCVDIT  
 IOANNES ZEMPEL IN VRBE TYPOGRAPHVS  
 PROPE MONTEM IORDANVM  
 ANNO REDEMPTIONIS CHRISTIANAE CLO. L. CC. XXXXIX  
 INDICTO PROXIME IVBILAEQ VNIERSALI  
 IN BASILICA PRINCIPIS APOSTOLORVM  
 A SANCTISS. D. N. BENEDICTO XIV. PONT. OPT. MAX.  
 XV. MAII  
 IN DIE FESTO ASCENSIONIS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI





DISSERTATIO  
PHILOLOGICA





DISSERTATIO  
PHILOLOGICA

Q U A

NONNULLA MONIMENTA SACRÆ VETUSTATIS  
EX MUSEO VICTORIO

DEPROMTA

ÆRI INCISA TABULA

VULGANTUR, EXPENDUNTUR, ILLUSTRANTUR



ROMÆ MDCCLI,  
EX TYPOGRAPHEIO PALLADIS  
AD THEATRUM POMPEII

---

SUPERIORUM FACULTATE.

Etsi . . . . . omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus , ea-  
que est & in ipsis rebus obscuritas , & in judiciis nostris infir-  
mitas , ut non sine causa antiquissimi & doctissimi invenire se  
posse quod cuperent , diffisi sint , tamen nec illi defecerunt :  
neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus : neque  
nostræ disputationes quicquam aliud agunt , nisi ut in utram-  
que partem , dicendo & audiendo eliciant , & tamquam expri-  
mant aliquid , quod aut verum sit , aut ad id quam proxime  
accedat .

*Cicero in Lucullo .*

SILVIO . VALENTI  
S. R. E. CARDINALI . CAMERARIO  
SS. D. N. BENEDICTI . PP. XIV.  
A . SECRETIS  
VIRORUM . LITERATORUM . PATRONO  
SCIENTIAE . REI . ANTIQUARIAE  
BONARUMQUE . ARTIUM  
RESTITUTORI . VINDICI . PROPAGATORI  
DISSERTATIONEM . PHILOLOGICAM  
QUA . NONNULLA . MONIMENTA  
SACRAE . VETUSTATIS  
EX . MUSEO . VICTORIO . DE PROMTA  
ILLUSTRANTUR

NICOLAUS . ET . MARCUS . PALMARINI  
ROMANI . TYPOGRAPHI

D. D. D.



# P R A E F A T I O

## A U C T O R I S

I



SUS invaluit, ut priusquam proferrantur in lucem aliqua monumenta, horum vulgator, præmissa epistola, lectorem adloquatur, eundemque compendio admoneat, tum exponendo rerum scribendarum ordinem, tum etiam omnis descriptionis occasionem explanando. Laudabilem illam consuetudinem, aliquando nos quoque presso vestigio sequuti sumus, sed in hac edenda lucubratione, parerga potius, aliaque ornamenta operi adjecta describere constituimus, ut ea pariter aliqua luce perfundantur; reliqua enim ab ipso operis contextu omnia patere facile possunt, quin supervacaneo labore ac studio in iis modo immoremur. Igitur, ut quantocius promissa solvamus, quoniam initiales literæ Dissertationis & hujus Præfationis, vetustis gemmis ex Museo Victorio delineatis cælatisque insignitæ sunt, ab illis exordiamur. Omni quippe ævo fuerunt, ac modo ubique gentium sunt tirones, qui latitantia in eisdem gemmis mysteria laudant, nec intelligunt (1), sibi que referari optant plurimum,


a

EO-

(1) Inquit Cicero in Lucullo p. 33. *Pictor videt qua nos non videmus &c.* & S. Augustin. Homilia siue Serm. XLIV De Verbis Domini. *Quemadmodum qui videt literas in Codice optime scripto, & non novit legere, laudat quidem antiquarii manum, admirans apicum pulcritudinem, sed quid sibi*

*velint, quid indicent illi apices nescit; & est ocularis laudator, mente non cognitor. Alius autem, & laudat artificium, & caput intellectum: ille utique, qui non solum videre, quod commune est omnibus, potest, sed etiam legere, quod qui non didicit, non potest. Ita &c.*

eorumque bonam indolem fraudare non decet. Ceteris vero, qui hæc omnia optime norunt, hæc ipsa offerenda a nobis sunt, ut monumenta tamquam non antea ab aliis vulgata respiciant, & nostras qualescumque observationes, tamquam ipsis tironibus necessarias, benigne ferant.

Litera I. quæ Dissertationis caput est, ornatur vetustæ gemmæ non ineleganti sphragismate, sancti JONAE Prophetæ signum præferente. Exprimitur autem JONAS expansis elatisque manibus erumpens, & fere medius prominens ab ore Ceti, eundem rictu magno eructantis incolumem. Hoc signum, satis notum est, & mortem, & resurrectionem Domini nostri JESU CHRISTI præsignasse: Etenim tribus diebus in ventre Ceti detentus fuit JONAS, quemadmodum tribus diebus mansit CHRISTUS in sepulcro (1). Omnes in eo conveniunt Patres, postquam ipse CHRISTUS in Evangelio arcanum expressit, declaravitque. Nam Scribis & Pharisæis petentibus ut insigne aliquod miraculum ab eodem fieret, respondit (2). *Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum JONAE Prophetæ.* Antiqui igitur Christiani sacras testamenti veteris historias, pictura sculpturaque effingentes, nonnisi CHRISTUM in mente habebant, qui prototypus, sive exemplar fuit illarum imaginum. Proinde, ni mea fallit opinio, quam adposite in recentiori aureo hujus anuli circulo utrimque expressum est CHRISTI Monogramma: heinc rectum ; indeque decussatum

(1) Evangel. S. Matthæi Cap. xii. Versic. 40.

(2) *Ibidem* Versic. 39.

tum ✠, adjecto lemmate ab eisdem sancti Matthæi Evangelio desumpto (1). PLUS. QUAM. JONAS. HIC. Illud autem in hac nostra gemma, quæ tota subobscura est, & tamen nonnihil translucida, notatu dignum censemus, quod circa cælaturam circulus cæruleus superexistat, aquæ marinæ colorem exprimens, quo usus est artifex opportune, quasi Cetus in mari natantem effinxerit. Gemma *Onyx* est; quæ ab antiquariis vulgo dicitur *Niccolo*.

Ceterum in eo rei gestæ exemplo, quadruplex prodigium a DEO patratum agnoscunt sacri Expositores. Quod scilicet cum aliis cibus, quibus vesci Cetus consueverat, contritus & absumtus JONAS non fuerit. Quod totus absorptus temperatum aërem in ventre Ceti respirare potuerit. Quod nidore, ac fætere exanimatus non sit. Quod mente æque ac viribus sanus inde emissus evaserit. Sanctus Hieronymus (2), Prophetam æquiparat tribus pueris in fornace ignis ardentis occlusis; comparat etiam infantibus in utero matris tamdiu degentibus illæsis, DEI omnipotentia regente ac protegente illos. Sancti JONAE Prophetæ memoria in Martyrologio Romano recolitur XI. kalendas Octobris, eademque die ipsius meminit Græcorum Menologium.

Litera V. quæ prima est hujus Præfationis, ornatur antiqua gemma, sed inferioris ætatis cum imagine VERONICAE, nimirum VERAE ICONIS Domini nostri JESU CHRISTI velo impressæ. Velum ipsam utraque manu expansum tenet sancta illa mulier, ab

(1) Evangel. S. Matthæi Cap. xii. Versic. 41.

(2) In expositione JONAE Prophetæ.

aliquibus BERENICES (1), sive e re ipsa quam gestat, VERONICA græco-latino vocabulo appellata, nam illius nomen ignoratur. Hanc eandem gemmam alias vulgavimus, neque infalutatam præterivimus aureum nummum veterem illustrantes (2). Ne igitur actum agamus, neve reprehendi in eo possumus, quod in aliorum lucubrationibus facile nobis displiceret, Lectorem eo amandamus. *Quoties enim dicimus, toties de nobis judicatur*, inquit sapienter Cicero (3), *cujus autem in dicendo aliquid reprehensum est, aut æterna in eo, aut certe diuturna valet opinio tarditatis.*

Emblemata, quæ in ornatu frontis primæ paginæ hujus nostræ Dissertationis cælata sunt, tria exhibent veterum Christianorum antiqua monimenta, tribus orbiculis distincta. Medium locum occupat Carneola, Beatam MARIAM Virginem, quæ puerum JESUM in sinu gestat, sculptura depresso præsentans. Ævum, quo pietas potius quam artes valerent, gemma redolet; ejusque area lineolis interductis similat reticulare opus, sive mavis, musivum antiquum.

Imago Beatæ Virginis MARIÆ cum JESU puero, quamvis non adeo frequenter occurrat in vetustis monumentis, ac potissime in iis, quæ Nestorianam hære-

(1) Nonnulla adfert Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi xxxiv. Num. cxxxvii. Utitur vero testimonio Mariani Scoti in Chronico ad annum Christi xxxix. Floruit autem Marianus Fuldensis Monachus sæculo xi. Scripsitque libros tres Chronicorum. Fallitur tamen uterque, nempe Baronius & Scotus in recensendo Methodii Chronico, quem tribuunt ejusdem nominis Epi-

scopo & Martyri. Chronici enim illius Operis alium Methodium auctorem fuisse inter eruditos non amplius dubitatur.

(2) *Il Fiorino d'oro antico illustrato &c.* Part. iv. *Offervaz.* al Num. xxx. §. 12. pag. 433. & pag. 434. Opus prodit in lucem Typis Florentinis An. MDCCXXXVIIII in 4<sup>o</sup>.

(3) *De Oratore* Lib. 1. pag. 141.



hæresim antiquitate præcedunt, tamen in cubiculis sacrorum Coemeteriorum, non semel conspicitur, ut monent Bonarrotius (1), & Boldettus (2). Hic autem in antiquo vitro auro depictam exhibet ejusdem beatissimæ Virginis MARIAE imaginem, ulnis gestantem fructum ventris sui benedictum, quibus Diaconus sacris vestibus indutus adstat flabellum tenens. Sed de hoc sacrae vetustatis cimelio idem Boldettus edifferit (3).

Utrimque vitrea duo auro bracteata signa expressa sunt, quorum primum ad dexteram collocatum, unum ex tribus pueris, sive ANANIAM, vel AZARIAM, seu MISAELEM in fornace positum exhibet, Rege Nabucodonosor mandante: Quorum ne vel capillum quidem, aut vestes flamma ignis violavit, nedum vitam, aut fanitatem. Depictus est stans, expansis manibus, quo modo orabant Christiani, phrygio pileolo, sive tiara in capite obtectus, braccisque suis indutus (4). Præterea flammam quaquaversum eluctantes delineavit artifex, indicium multæ, seu crudelis pænæ Regis efferum decretum sententiamque subsequutæ.

Plura de his Sanctis Martyribus habent Severanus (5), & Aringhius (6): Aliqua demum Boldettus (7), vitrum antiquum prodens multis insigne sacris

(1) *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vetro ornati di figure &c.* pag. 10.

(2) *Osservazioni sopra i Cimiterj &c.* Lib. 1. Cap. xxxix. pag. 202. & pag. 203.

(3) Indicato loco.

(4) *Daniel.* Cap. 11.

(5) Lib. 14. Cap. xix. *Item* Cap. xxxv. & Cap. xxxvi.

(6) *Roma subterranea* Tom. II. Lib. vi. Cap. xxv.

(7) *Osservaz. sopra i Cimiterj de' Santi Martiri, ed antiche Cristiani di Roma &c.* Lib. 1. Cap. xxxix. pag. 198.

Obiit autem vir clarus pridie nonas Decembres anno MDCCII. ætatis LXXXVI. diebus xv. Qui Christiano more justis perfolutis in Basilica

facris myſteriis , in quibus tres pueri , Babylonicæ fornacis igne examinati conſpiciuntur .

Hoc autem monitos volumus Lectores noſtros , ut quum Romæ ſubterraneæ auctores in hac Præfatione , & Diſſertatione laudatos invenerint , plerumque in illis nomen quoque viri cl. Joannis Bottarii ab intimo Sacello Benedicti XIV. Pontificis Maximi comprehenſum eſſe intelligant , qui duobus voluminibus eaſdem ſacras imagines ab ipsis editas iterum vulgavit , & ſuis notis etruſco idiomate conſcriptis nuper illuſtravit .

Aliud vitrum ad ſiniſtram aptatum , TOBIAM juniorem , filium ſenioris TOBIÆ meditandum proponit , quum ad Tigrim Aſiæ fluvium myſticum cepit  
piſcem

Fontis Olei , ſive Calliſti , ubi diu Canonicus exſtiterat , humatus fuit ; ibique hac memoria diſtinguitur marmori incifa , poſitaque in muro deſcendentium in veſtibulo Sacrarum .

D. O. M.

M. ANTONIO BVLDETHO ROM.

PROTONOT. APOST.

SACROS. HVIVS BASIL. FONT. OLEI

CANONICO

S. CONG. INDVLGENTIIS , AC RELIQVIIS

PRAEPOSITAE CONSVLTORI

COEMETERIIS SS. MM. VRBIS CVSTODIAE

EXTRAHENDISQ. EOR. CORPORIBVS

AD ANNOS L. DEPVATO

IN VATIC. BIBLIOTHECA LINGV. HEBR.

SCRIPTORI

DOCTRINA , RELIGIONE , AC PIETATIS

OFFICIIS ORNATISSIMO

CVIVS EXVVIAR

IN POLYANDRO CANONIC.

RESVRRECTIONEM EXPECTANT

SANCTIMONIALES CHARITATIS

ORD. CISTERC. CIVIT. ANAGNIAE

HAEREDES EX ASSE

FVNDATORI SVO B. M.

G. A. M. P. P.

VIX. ANN. LXXXVI. D. XV.

OB. IN P. FRID. NON. DEC.

ANN. M. DCC. IL.

Exſtat autem prope Sacellum S. Rochi , ad lævam portæ , qua in ipſum hujus Baſilicæ Sacrarium itur ,

piscem (1), quem adhiberet *ad medicamenta utiliter* (2), ex monito AZARIAE, sive RAPHAELIS ANGELI, comitis eidem a Deo dati (3). Porro felle piscis illius, patris oculos linivit (4), mandante Angelo (5), & vidit pater (6), benedixitque DEO, & gavifus est (7). Vitrum huic nostro pene simillimum edidit Bonarrotius (8). Picturas vero ex cubiculis coemeteriorum delineatas, plures vulgarunt laudati scriptores Bosius & Severanus (9), & Aringhius (10). Boldettus etiam in illo vitro, in quo tres pueri spectantur igne probati, eandem TOBIAE historiam expressam edidit (11).

Vacuum quod supererat paginae post absolutam Praefationem, fragmentum vitrei calicis implet, sex aequalibus spatiis, totidem sanctorum imagines continens; aliamque praeterea in centro, comprehensam orbiculo, omnes pectore tenus expressas. Sed quae in medio visitur non est integra, & ex reliquis imaginibus, una tota integra est, alia pene integra, alia vero fere dimidia; neque enim quicquam plus remanet venerandi, sacrique hujus monimenti. Fragmentum dono mihi traditum fuit pluribus ab heinc annis

(1) *Tobia* Cap. v. 1.

(2) *Ibidem* Versic. 5.

(3) Cap. v. Versic. 17. & Vers. 18. *Raphaël* autem exponitur *Medicina* DEI, nempe a *Rapha*, quod est *curavit*, *sanavit*, & ab *El*, DEUS. Ideoque se dicit esse *Azariam*, hoc est *Auxilium* DEI; quin immo, filium *Magni Anania* se nuncupat. *Ananias* enim *Donum* DEI explicatur. Vere haec omnia praestitit Angelus *Raphaël Tobiae* seniori, juniorique. Ceterum notum est proprio nomine carere Angelos; illudque a ministerio sumere, quod, jubente Deo, aliquando exercent, quemadmodum advertit Sanctus Pontifex Gregorius Magnus Homilia xxxiv. in Evangel.

(4) *Tobia* Cap. xi. Versic. 13.

(5) *Ibidem* Versic. 8.

(6) *Ibidem* Versic. 15.

(7) *Ibidem* Versic. 16. Vers. 17. & Vers. 21. Vide quoque Cap. xlii.

(8) *Offervazioni sopra alcuni frammenti di vetro ornati di figure &c.* Tav. II. Fig. 2. Vedi la pag. 16 e seg.

(9) *Roma Sotterranea &c.* Lib. I. v. Cap. xviii. pag. 596. e segg.

(10) *Roma Sotterranea &c.* Tomo I. & Tomo II.

(11) Lib. I. Cap. xxxix. pag. 198. Boldetti Elogium edidit et P. Zacharias, *Storia Letteraria d' Italia* Tom. II. pag. 540.

annis ab eruditissimo atque amicissimo viro , aulæ Romanæ Præfule , cujus nomen in Differtatione quoque Glyptographica celebravimus (1), Leone Strozio; illorum enim , qui veram amicitiam profitentur , quod admodum rari sint (2), etiam post obitum suave est nomen memorare (3).

Imago , quæ in medio hujus vitrei vasis est , facile sanctum PETRUM Apostolorum Principem refert; id que ex literis , quæ adhuc existunt , videtur non immerito conjici posse . Siquidem literæ tantum R U S , quæ postrema sunt nominis PETRUS , modo adparent . Aliæ imagines sanctos HIPPOLYTUM , & TIMOTHEUM referunt , deperditis aliis iconibus , & area vitri reliqua ob vetustatem , vel etiam indoctæ , aut temerariæ manus injuriam .

Hæ imagines toga pallioque omnes vestitæ sunt , & habet unaquæque sacrum volumen , quod manu gestat ante pectus . Adeo multa de hisce rebus dixerunt eruditi viri , ut pietati , & curiositati hominum sufficere

(1) Cap. xxv. pag. 78. Sed in Historia ss. vii. Dormientium , & alibi sepe meminimus .

(2) *Beatus qui invenit amicum verum* , inquit Ecclesiastes Cap. xxv. & Ecclesiastici Cap. vi. legimus . *Amico fideli nulla est comparatio . Quam magnum bonum sit Amicitia adeoque rarum* , ait Cicero Lib. 1. de Finibus &c. *sic veterum fabula declarant . In quibus tam multis , tamque variis ab ultima antiquitate repetitis , tria vix amicorum paria reperiuntur , ut ad Orestem pervenias , profectus a Theseo .* Videtis pag. 8. quæ ad hanc rem faciunt in Opusculo , cui titulum fecimus . *Numisma Hieronymi Equitis Odami ex Museo Victorio prolatum* , editumque Romæ in 4. ex Officina Typographica Joannis Zempel anno c10. 10. cc. xlii. Porro Amicitia est : *Rara avis in terris &c.*

(3) Vide Homeri *Iliad.* sive de Bello Trojano xxxi. Achillis verba ad Achivos . In antiquo la-

pide apud Gruterum pag. dcxv. num. 2. eodemque apud Gorium , *Inscription. Antiquar. in Etruria Urbibus exstantium* Tom. 1. pag. 191. legimus ΤΟΥ ΑΓΑΘΟΥ ΚΑΙ ΘΑΝΟΝΤΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΕΙΝ ΔΕΙ . Quod est : *Bonus etiam mortuis benefacere oportet .* Ibidem pag. 188. & seq. Epitaphium græce scriptum occurrit , ad quemdam nomine *Geminum* pertinens , qui etiam *Petrocorax* dicebatur . Huic cum *Amicos supra se ipsum honorasset , Fratres , memoria & gratia causa* , monumentum posuerunt , quod mirarentur posteris in eoque scripserunt . CE ΠΑC ΠΑΡΑΓΩΝ ΟΝΟΜΑΖΗ ΑΓΑΘΕ ΠΕΤΡΟΚΟΡΑΞ , videlicet *Te omnis prateriens nomet bene Petrocorax .* Et in urna marmorea , quam ibidem refert ipse Gorius Tom. 1. pag. 64. num. clxxxv. id unice inscriptum est . ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ Η ΜΗΜΗ ΑΕΙ ΘΑΛΗΣ , quod est . *Bonorum memoria semper florens .*

cere possint. Aliquid autem occurrit in hoc vitro, quod excitet admirationem: etenim Sanctorum nomina, non intra spatium uniuscujusque depictæ imaginis sunt descripta, sed, quod esse novum puto, circa lineas, quæ spatia distinguunt; ut non ita facile dixeris. Hic TIMOTHEUS est, ille HIPPOLYTUS. Certe dimidium nominis IPPOL (sine aspiratione enim hoc nomen descriptum est), supra lineam legimus, ubi una imago est; ITUS, infra, ubi alia sequitur imago, cujus ad sinistram legis TIMO, & post lineam alteram, eodem ordine ubi alia existat imago, TEUS, & sic de singulis licet arguere, quæ amplius non existunt. Si secus legeris, literas videlicet, quæ utrimque sunt circa unam imaginem lineis comprehensam, nomen emergit TIMOITUS. Itaque prior lectio, quam proposuimus, omnino probanda videtur.

Natalis dies sancti TIMOTHEI, qui sancti Pauli Apostoli fuit discipulus, in Martyrologio Romano recensetur ad diem XI kal. Februarii; ejusque reliquiarum translationis memoria, ad diem VII. Eidus Maii.

HIPPOLYTUM, volens lubensque crediderim heic exhiberi non alium ex multis, qui occurrunt ejusdem nominis, nisi Martyrem, quem Prudentius libro de Coronis, Hymno celebravit (1), & qui ad Ostia Tyberina ligatis pedibus ad colla indomitum equorum per tribulos, & carduetum crudeliter tractus, toto lacerato corpore eidibus Augusti, ut in eodem

b

Mar-

(1) ΠΕΡΙΣΤΕΦΑΝΟΝ, Hymno XI. Passio HIPPOLYTI Martyris ad Valerianum Episcopum.

Martyrologio habemus, gloriosam pro JESU CHRISTI fide mortem oppetiit. Plane celeberrimum Romæ fuisse Natalem hujusce sancti Martyris diem, ejusque memoriam splendidissimam, eo loci monet Ven. DEI Servus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Baronius ex eodem Prudentio (1). Multaque nuper adjecit, Vir cl. Dominicus Georgius, Rhodiginus (2), in adnotatis ad Martyrologium Adonis, cujus editionem curavit locupletiore nitidioremque. Idem vero inquit: *Nihil celebrius in Ecclesia Catholica de veterrimo cultu s. HIPPOLYTI Martyris hac die* (3). Sed in Actis Martyrum sinceris vide, si lubet, clarissimi Ruinart admonitionem præviam in Martyrium sancti HIPPOLYTI; ejusdem enim viri opera ac studio, collecta, selecta, atque illustrata ea sunt. Profecto is putat (4). *Duplicem HIPPOLYTUM hac die*

(1) Lit. A.

(2) Decessit relicto sui desiderio XII. Kal. Augusti anno MDCCXLVII. ætatis LVIII. excurrente cum quinquagesimum septimum explevisset. Tumulatus autem ad sacram Ædem sanctæ MARIE in

Via, nuncupatam Paræciam domicilii sui in Regione Trivii, ex qua hoc epitaphium descriptum, sculptum in exiguo lapide, nullo ornamentî genere decorato: neque enim fascia aliqua, aut saltem linea ulla circumsepit ipsum epitaphium.

D. O. M.

DOMINICO GEORGIO  
 RODIGINO BENEDICTO XIII PP  
 AB INTIMIS SACELLANIS VIRO  
 ERUDITISSIMO OB SINGVLAREM  
 MORVM INTEGRITATEM RERVMQVE  
 ECCLESIASTICARVM PERITIAM DVM  
 VIXIT BENEDICTO XIII  
 CLEMENTI XII  
 ET BENEDICTO XIV  
 PONTIFICIBVS MAXIMIS ACCEPTISSIMO  
 SEBASTIANVS GEORGIVS  
 FRATRI BENEMERENTI FECIT  
 OBIIT IN PACE ECCLESIAE XII. KAL  
 AVGVSTI AN. MDCCXLVII. AET. LVII.

sic

Positum illud est a cornu Evangelii ad A-  
 ram principem illius Ecclesiæ, prope gradum,  
 quo ascenditur in Presbyterium.

(3) Ad diem XII. Augusti pag. 403.

(4) Edit. Veron. in fol. MDCXXXI. ex Typo-  
 graphia Tumermanniana pag. 174. §. 4.

die XIII Augusti celebrari: unum a Prudentio memoratum, alterum vero beati LAURENTII socium. Chamillardus, & Christophorus Cellarius, qui Prudentium illustrarunt commentariis, in varias iverunt opiniones, quæ a Sollerio, aliisque viris doctis non probantur. Verum hanc litem dirimendam aliquando confidimus, quum in lucem prodibit cl. amici nostri Constantini Rogerii, Præfecti insignis Bibliothecæ Renati Cardinalis Imperialis, Dissertatio de sancto HIPPOLYTO Portuensi ab ipso Georgio laudatam (1).

Ut autem celeberrimum eundem sanctum Martyrem in hoc sacro vitreo monumento expressum fuisse arbitremur, facit potissime habitus, quo vestitus est, toga videlicet, ac pallium; quinetiam volumen, quod, ut supra diximus, manu gestare videtur, quemadmodum TIMOTHEUS. Itaque militem illum non esse oportet adfirmare, cujus non est tractare sacros Codices. Fuit plane miles HIPPOLYTUS sancti Laurentii socius, quem ipse baptizavit, quique dicitur a Ruinartio (2) eadem die, qua Portuensis Episcopus, coronatus, diverso licet genere Martyrii. Abundabat enim Gentilitas inventis crudelitatis, quibus CHRISTI cultores cruciaret, atque occideret.

TIMOTHEUM in alio quoque vetusto vase vitreo depictum exhibemus ex *Museo nostro* in sequenti Dissertatione (3). HIPPOLYTI vero imaginem ex alio vitreo vase veterum Christianorum vulgavit Aringhius [4], cum imaginibus aliorum Sanctorum, in-

b 2

scripto

(1) Vide pag. 404. (2) Pag. 144. §. 4.

(3) Pag. 39.

(4) *Romæ Subterraneæ* Tom. II. Lib. IV. Cap. xxxv 11. pag. 265.

## XII PRAEFATIO AUCTORIS

ſcripto unicuique proprio nomine. PETRUS. PAULUS. LAURENTIUS. SVSTUS, ideſt SIXTUS (1). CIPRIANUS. EPOLITUS. nempe HIPPOLYTUS; Aliamque vitream lamellam deauratam protulit Boldettus (2), aliis Sanctorum iconibus ſociatam, ita deſcriptis circum eorum nominibus. AGNES. VINCENTIUS. POLTUS, hoc eſt HIPPOLYTUS.

Hæc ſunt munuſcula, humaniſſime lector, quæ ſi tibi offerem, non injucunda fore putavimus. Sunt hæc ornamenta, quæ Diſſertationi noſtræ accedunt, non otioſa & oculos unice allicientia, ſed animum potius mentemque Chriſtiani hominis paſcentia, videlicet hominis ad pietatem formati. Profecto rerum ſacrarum monimenta ſunt hæc, plerumque ad Divinas Scripturas pertinentia, quibus meditandis, etſi ea, quæ ex noſtris adverſariis proferimus, leviuſcula ſint, & fortaffe minus idonea, fructum tamen uberrimum ipſemet capere poteris, ſanctorum Patrum, doctorumque virorum ſcripta pervolvens, qui toti fuerunt in libris Divinis exponendis, atque illuſtrandis. *Publicæ profiteor*, inquit ſanctus Auguſtinus [3], *tantam eſſe Chriſtianarum profunditatem literarum, ut in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia uſque ad decrepitam ſenectutem, maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere.*

VIVAS. VALEAS. (4). AMERIS. A. PRINCIPE

IEPO-

(1) Vide quæ in hac Diſſertatione noſtra exponuntur pag. 38. & ſeqq.

(2) *Offervazioni ſopra i Cimiterj de' SS. Martiri &c.* Libro 3. Capite XXXIII. pagina 194.


Tabula III. num. 3.

(3) Epiſtola III.

(4) IN. HILARITATE. VULTVS. REGIS. VITA. De Parabelis Salomonis Cap. XVI. Verſic. 15.



**F**ragmentum infigne auro bracteatum vitrei calicis veterum Christianorum , pluribus ab heinc annis , e sacris suburbanis cœmeteriis erutum , de quo in Præfatione diximus pag. VII. & sequentibus . Prodit nunc primum EX MVSEO VICTORIO , delineatum , ærique incisum ad fidem antiqui monumenti .



Apes quodammodo debemus imitari , quæ vagantur , & flores carpunt : deinde quicquid attulere disponunt , ac per favos dividunt : & succum varium in unum saporem mixtura quadam , & proprietate spiritus sui mutant. Nos quoque quicquid diversa lectione quæſivimus , commitemus stilo : ut in ordinem eodem digerente coalescat &c.

## A D P R O B A T I O N E S

**J**USSU Reverendissimi Patris sacri Palatii Apostolici Magistri, attente perlegi *Dissertationem Philologicam in nonnulla Musei Victorii sacra Monumenta*: cumque illam omnigena eruditione referentem, & fidei ac bonis moribus in nullo adversantem invenierim, dignam omnino censeo, quæ typis consignetur.

Romæ IV. idus Junii MDCCLI.

*Dominicus Theeli Linguae Hebraicae  
Professor in Urbis Archigymn.*

**M**ANDANTE Reverendissimo Patre Josepho Augustino Orsi, sacri Palatii Apostolici Magistro, legi *Dissertationem Philologicam, qua nonnulla monumenta sacrae vetustatis &c. illustrantur*; nihilque in ea reperi aut Catholicæ Fidei, aut bonis moribus adversum; imo non pauca deprehendi Christianæ Religionis nostræ pios ritus comprobantia, & rerum antiquarum studiosis profutura. Plurima itaque Auctoris, veterum monumentorum scientia præstantissimi, eruditione scatentem librum hunc, apprime dignum censeo, ut in publicam lucem prodeat.

Dabam VII. kal. Julii Anno Domini MDCCLI.

*Philippus Laurentius Dionisi Sacrosanctæ  
Vatic. Basil. Clericus Beneficiatus.*

I M P R I M A T U R ,

Si videbitur Reverendis. Pat. Mag. Sac. Pal. Apostolici .

*F.M.de Rubeis Patriarcha Constantinopolitanus Vicefg.*

---


I M P R I M A T U R ,

Fr. Joseph Augustinus Orsi Sac. Pal. Apost. Mag. Ord. Præd.


PASCA SVS VIXIT II  
 PLVSM INV SANVSXX  
 TECITTATV IIIIDVS  
 OCTR O BIS III ANTE  
 NATA LEDOMNIAS  
 TERIDEPO SITVS IN  
 PACE A X W

AGATE FILIA DVCCISSIMAQVE  
 VIXITANN PM VIIIETD IXIII  
 FATVM FECITPRID IDVSMART





# DISSERTATIO PHILOLOGICA



Onyx

TA me vehementer excitavit atque impulit ad inquirenda vetera Christianorum monimenta, pene ab ipsa adolescentia præconcepta, & quasi ingenta quædam erga illa veneratio, ut, quoties ad manus meas perveniebat aliquod hujusmodi rerum sacrarum *κειμήλιον*, gaudio gestirem, quasi ditior ob illas accessiones evasissem. Sed nec vana erant præludia; nemo enim subacti ingeni

vir non magni faciet ea monimenta; quippe quæ longævæ ætatis merito spectanda sunt; quin etiam utilitate quam præferunt, ab omnibus maxime observari operæ pretium fuerit, sive lapides inscripti, sive gemmæ cælatae ea sint, sive numismata, aliaque id genus sacra lipsana. Neque vero, aut quæ frequenter in eisdem occurrit plane rudis atque informis imaginum delineatio, aut inconcinna malaque scribendi ratio legibus orthographicis omnino opposita, a veteri meo instituto avocare me umquam valuit. Quin potius, *rudi certe stylo, & barbara emendatione notabiles*, ex hoc ipso lapides illos quamdam veluti acquirere raritatem cum clarissimo Fabretto sæpe demirati sumus (1); atque ea in hisce monumentis simplicitate, plerumque ritus, mores, &

A insti-

(1) *Inscripti. num. antiquarum, quæ in aedibus paternis adservantur &c.* Cap. I. pag. 109.

instituta majorum nostrorum dilucide, aptissimeque revelari cognovimus, quibus edocti, ad imitanda eorum vestigia atque exempla, non modo ducimur, verum etiam trahimur, ac ferme compellimur.

Eximium ergo lapidem primorum eorundem Christifidelium ex *Museo Victorio* viris eruditis exhibere decrevi nonnullis meis exercitationibus, DEO juvante, explanatum, quibus indigere videbatur. Quamquam vero ea sit lapidum celandorum ratio, ut rerum præteritarum ordo posteris, præsentis autem ætatis acta iis qui existunt; luculenter, ac nitide exponantur; illudque omnium elegantissimum a doctis viris existimetur epitaphium, quod arctiori methodo paucisque plurima lucide commemorat: nihilominus apertissima quæque, ut ita dicam, lapsu temporis rubiginem talem induerunt, ut nonnulla in epitaphiis antiquis occurrant, quæ vix, aut ne vix quidem dignosci queant, tametsi cura diligentiaque non modica adhibeatur. Ærumnam hanc subierunt monimenta, inprimisque inscriptiones, quæ Christianam Religionem adtingunt. Etenim temporum injuriæ, plane inevitabili, hostes Christiani nominis accessere, qui turpiter, atque inhoneste ea omnia, quæ profutura essent, & animum nostrum juvare poterant rebus obscurioribus explicandis, dissiparunt, attriverunt, consumserunt.

*Chartulas blasphemus olim*

*Nam satelles abstulit,*

inquit Prudentius (1),

*Ne tenacibus libellis*

*Erudita sæcula,*

*Ordinem, tempus, modumque*

*Passionis prodirum,*

*Dulcibus linguis per aures*

*Posterorum spargerent.*

Sane anno MDCCLXX. Dum sacris cæmeteriis purgandis ex pio instituto Romanorum Pontificum Præfecti ad hæc constituti de more invigilarent, & Fossores ad opus incumberent, inter mul-

(1) ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ. Hymn. de sanctis Martyribus Calagoritanis.

multos inscriptos lapides in lucem emissos e cæmeterio Commodillæ, sive sanctorum Felicis, & Adaucti (1), Via Ostiensi, unum plane singularem, memoria ASTERII Martyris insignitum contigit mihi animadvertere, qui ut *Museo Victorio* adjungeretur, non ita multo post adnissus sum, resque accidit ut erat in votis. Illum ergo adquisitionum nostrique juris factum (quamquam juvenilis ætas vix sineret, commentaria nostra typis mandari, eaque legenda eruditus viris exhiberi), æri cælatum, illustratumque, jam tum edere in vulgus cogitavimus, sed ob alia *ejusdem Musei* monumenta tum sacra, tum profana a nobis interea temporis explicata ac edita, in hanc usque diem coacti sumus moram trahere. Ut igitur quod olim elucubravimus, tandem aliquando e forulis, in quibus latebat, prodeat in manus hominum, ab ipso vetusti lapidis epitaphio legendo exordiamur, reliqua postmodum, si DEVS bene verterit, nostrisque laboribus fortiter, benigneque adstiterit (2), non inutiliter descripturi. Scendum autem hunc lapidem e vinea Mandosia, quæ prædicto suburbano cæmeterio imminet erutum fuisse (3) cum aliis pluribus, quorum alterum *in eodem Museo* servatum, cælatum pariter in ea tabula, quam huic Dissertationi præmittimus, licet spectare (4): & hunc ipsum opportuniori loco nostræ hujus Dissertationis expendemus. Primum vero epitaphium, quod pluribus

A 2

argu-

(1) Ad passionis sanctorum Felicis & Adaucti erudito Commentario illustravit vir doctus Franciscus Valesius, dum viveret amicus noster. Exstat ejusdem viri epitaphium marmore incalptum in Æde factæ beatæ MARIÆ Virginis, in *Posterula* nuncupata, in Vico qui dicitur *dell' Orso*, muro adfixum prope portam, quod tale est.

FRANCISCO VALESIO

CAROLI FILIO ROMANO

VIRO PROBITATE ERVDITIONE AC MODESTIA

SINGVLARI

PHILIPPVS VALESIVS FRATRI

AMANTISSIMO MOERENS POSVIT

VIXIT AN. LXXII. MENS. I. DIES III.

OBIIT DIE XVII. MAII. A. D. MDCCXLI.

Hic autem est titulus Commentarii. *Gli Atti de' gloriosi Martiri Felice, e Adauto volgariz-*

*zati, ed illustrati di alcune annotazioni da un Divoto de' medesimi Santi &c.* In Roma. Appresso Gio. Maria Salvioni &c. MDCCXXXIII. in 4<sup>o</sup>.

(2) Ἐκ Δόξ ἀρχόμεθα &c. *A Jove exordiamur*, sive *A Jove principium &c.* inquit Aratus in *Phænomenis*; ab illo enim felicem futuramque auspicabantur Ethnici exitum rerum omnium suarum. Nos autem, non nisi a DEO OPTIMO MAXIMO, vero rerum principio, TRINO & VNO, ab ejusque laudibus operum nostrorum primordia inchoamus, & omnem eorundem ordinem, progressum, & finem illi commedamus.

(3) Boldetti. *Osservaz. sopra i Cimiterj de' santi Martiri, ed antichi Cristiani &c.* Lib. I. Cap. xviii. pag. 582.

(4) Consule eundem Boldetium Lib. II. Cap. vi. pag. 412.

argumentis insigne est, legi hoc modo debet. PASCASIUS VIXIT PLVS MINVS ANNIS VIGINTI DVOBVS FECIT FATVM QVARTO IDVS OCTOBRIS OCTAVO, *nempe die*, ANTE NATALE DOMNI ASTERI DEPOSITVS IN PACE CHRISTI, qui est ALPHA, & OMEGA, idest *Principium*, & *Finis*.

Quisnam fuerit Paschasius iste, cui titulus inscriptus est, difficile omnino est demonstrare. Nomen autem, si divinare liceat, a Festis Paschalibus, in quibus non incongrue ortum duxisse putamus, facile derivatum est; ejusque rei conjecturam facimus ex vetusto, ac insigni monumento, quod viri clarissimi Norisius s. r. e. Cardinalis (1), & Fabrettus (2), ediderunt, & cujus initium, primarum linearum ordo ac symmetria est hujusmodi.

NATV. SEVERI NOMINE PASCASIUS  
DIES PASCALES PRID NOV APRIL N  
DIE IOBIS &c.

Conjecturam nostram ex hoc monumento valde confirmari nemo non videt. Ita quidem, si daretur otium, per singula discurrendo, facile animadverti posse monstraremus, plerumque Epiphania nomine ab Epiphaniae festo die, & Sanctes a festivitate omnium Sanctorum nuncupari modo etiam plerosque sole-re, quod in hisce sollempnioribus anni temporibus ii ortum fuerint sortiti. Pervetus iste in Ecclesia Catholica mos est, ac valde laudandus, ut scilicet iis memoria Religionis, cui sacro vinculo addicti sunt, numquam excidat, & diem natalitium suum mysteriis sanctissimis consecratum reminiscantur: qua pia institutione, & vitia devitentur, & animus virtutibus excolatur. Neque alia de causa beatorum Petri, Paulique Apostolorum nomina baptizatis frequenter imponebantur, ut inquit Eusebius (3) ex Epistola Dionysii Episcopi Alexandrini. Eodem quoque argumento sanctus Joannes Chrysostomus (4), sanctorum virorum nominibus liberos in sacro fonte Baptismatis insigniri commendat, videlicet, ut illorum patrocinio hi freti, & in fide stabiles permanant,

(1) *Dissertat. ad Ezr. Consul. Anonymi.* pag. 577.  
Pag. xxxxi 11. primæ editionis.

(2) *Inscription. Antiq. Cap. viii. Num. lxx.*

pag. 577.

(3) *Historia Ecclesiastica* Lib. vii. Cap. xxv.

(4) *Homil. xxi. in Genesim.*



neant, & lubricas exitialesque vitiorum semitas tutius effugiant. Ideo in Concilio Nicæno sancitum (1). *Ne Fideles imponant filiis suis nomina Gentilium*. Nonnulli, ut notum est, Ruffino ac Theodoro nimis fortasse adhærentes, canonem hunc Patribus Nicænis abjudicant; sed alii plerique Patres & Concilia paullo post habita, ipsum inter ceteras Nicænae Synodi sanctiones absque ulla hæsitatione adnumerant.

Hac hypothesi non temere proposita, ac constituta, Paschasii nomen cum adspiratione describi oporteret, sed fidere etymologiis nominum, vocabulorumque rerum, res incerta est, & inconstans fundamentum, cui inniti, non satis tutum. Certum autem est idem Paschasii nomen, & cum adspiratione, & sine ea reperiri in aliis monumentis veterum Christianorum, Paganorumque apud editores antiquorum inscriptorum lapidum. Quamobrem etsi verissima fortasse sit conjecturae expositio, & vetustatis præclaro testimonio fulciatur; nihilominus vere proprieque nulla ratio etymologica Paschasiani nominis adferri potest, quæ Christianis æque, ac Gentilibus sit communis. Itaque re serius considerata, æquo Lectori nostros conatus, quicumque sint, circa rem hanc ratos habere liberum esto. Nos de etymologia ejusdem nominis longiorem disputationem texere, Grammaticis omnino relinquimus, & confestim ad alia progredimur.

Vixit Paschasius, ut supra notatum est, annis plus minus viginti duobus, usurpata in lapide litera v. pro i. sive pro litera o: utroque enim modo legi potest; Annis nempe viginti duobus, atque etiam si mavis, annos viginti duos. Has autem literarum varietates non infrequenter admisit antiquitas; fatisque est in hanc rem indicare Claudii Dausquii Tornacensis Orthographiam (2), reliquis omissis, qui de hisce rebus ex professo tractarunt. Ego vero sententiam meam proferam. Valde suspicor, lithographum inscripto titulo, se in delineanda litera v. ab idiomatis latini præscriptis legibus aberrasse animadvertentem,

(1) Canone xxx.

(2) Tractatu I I. Sectione I I I. Consule quoque doctissimum Henricum Cardinalem No-

risium, *Canotaph. Fisan.* Dissertat. iv. Cap. iv. & Spanhemium *de Præstantia Numismat.* Dissertat. xi.

tem, in formam literæ o. mutandum curasse ipsum elementum v. quod idcirco hasta interjecta diffecuit, ut Tabula æri incisa ad vetusti marmoris exemplum fideliter ostendit. Ceterum pari mendo vitiatos alios quoque lapides aliquando inspeximus apud editores veterum monumentorum. VIXIT. ANNVS. L. legitur penes Gruterum (1) in Thesauro antiquarum inscriptionum; ubi etiam habemus ANNVS DVO (2): aliosque duos vetustos lapides admodum simili cælaturæ vitio notabiles postmodum protulit cl. Lupius e Societate JESU Sacerdos in Dissertatione de epitaphio Severæ Martyris (3).

Binas illas unitates annorum numero xx. ideo superadditas fuisse conijcimus, ut loco quam poterat proximiori sculptor adponeret; locumque magis opportunum certe non invenit in illa satis ampla area, quæ supererat linea prima: neque enim linea secunda illas unitates capiebat, nec locus aptus eisdem, tertiæ lineæ caput, ne legentibus epitaphium eo loci aliquam obscuritatem parerent, aut turbationem. Sunt autem in vetustis lapidibus frequentissima literarum supplementa, etiam, quod mireris, media quandoque dictione, nimirum, ut castigentur hoc pacto sphalmata quadratariorum, qui Græcam, & Latinam linguam callere videntur, dum epitaphia cælant, quum tamen nihil horum umquam didicerint.

De formula PLUS MINVS, titulis cinerariorum ollarumque, & sarcophagorum sæpissime inscripta fufius dicere non est necesse: quum præsertim etiam in poësi, atque oratione soluta numeris frequenter occurrat. Eam quippe ornandi sermonis causâ adhibent Plinius (4), Plautus (5), Terentius (6) &c. Lepidissime autem de more Martialis habet (7).

*Speranti plures, nam stare aut crescere debent*

*Munera, venerunt PLUSVE MINUSVE dua.*

Conqueritur scilicet de Posthumiano, a quo libras argenti non minus quatuor exspectabat, quale munus ante annos x. ab eodem

(1) Pag. MCLXV I I I. num. 4.

(2) *Ibidem* num. 11.

(3) §. XIII. pag. 110.

(4) *Historia naturalis* Lib. XVII. Cap. VI.

(5) *Captivi duo* Act. v. Scen. 111. Item *Menachmi* Act. 1 v. Scen. 11.

(6) *Phormion* Act. 111. Scena 111.

(7) *Epigrammatum* Lib. VIII. Epigr. LXXI.

eodem acceperat in Saturnalibus . Consueverunt veteres hanc eandem formulam aliquando exprimere prioribus tantum literis singularibus P. M. brevitatis gratia : Trita sane res est apud eruditos , ex observatis a Probo , Manutio , Scaligero , Urfato , & aliis (1) , qui sese in antiquis monumentis explanandis , exercuerunt .

Postquam anni , quibus vixit Paschasius in epitaphio recensiti sunt, de obitu ejusdem agitur . Sequitur ergo FECIT FATV, idest FECIT FATVM; sed hanc phrasim male interpretati sunt aliqui (2); errorisque causam sumere a litera F., quæ quum in antiquo marmore secta infra de more non sit, litera T. perperam credita est ab iisdem, ac propterea legere non dubitarunt, FECIT TATV, videlicet, FECIT TATA (3) . Qua in expositione procul dubio lapsi sunt . Nam si in voce FATVM litera F. usurpetur pro litera T. pari argumento litera F. in verbo FECIT pro litera T. sumenda foret; neque enim secta ea est. Quænam vero tunc esset hujus verbi significatio? Germana itaque tituli expositio hæc est. FECIT FATVM, cui mirum in modum favet marmor aliud in eodem Museo Victorio servatum, in eademque Tabula summa fide cælatum (4), & in Lucinæ cæmeterio (quod ut alibi in hac Dissertatione diximus, sub vinea Mandosia, Via Ostiensi (5), latebat), anno MDCCXIV. repertum; cujus tandem verissima lectio est hujusmodi, si ad normam orthographicam expendas. AGATHA FILIA DVLCISSIMA QVAE VIXIT ANNIS PLVS MINVS NOVEN ET DIEBVS SEXAGINTA TRIEVS FATVM FECIT PRIDIE IDVS MARTIAS. Non licet igitur in lapide Paschasiano phrasim interpretari FECIT TATA. Quandoquidem par est in utroque marmore legendi ratio, in quibus post denunciatos vitæ annos illico dies obitus memoratur. Sic in epitaphio Paschasii FATVM FECIT quar-

to

(1) Qui de Notis Romanorum scripserunt, omnes hac de re conveniunt, ita ut opus non sit quidquam dictis addere, & Lectorem supervacancis notationibus gravare. Videbis *Il Fiorino a' oro antico illustrato* &c. Parte 1v. in Observationibus ad Num. xxxi 1. §. 3. pag. 445. & seq.

(2) Boldett. *Offervaz. sopra i sacri Cimite-ri* &c. Muratorius, *Novus Thesaurus veterum inscriptionum* &c.

(3) Boldettus loco citato lib. 1 I. Cap. xvi 1 1. pag. 582. Murator. Tom. 1v. citati Operis, pag. mcmxx. num. 6. Uterque satis inemendatum vulgavit hunc lapidem, ut mirum sit, eo loci dixisse Muratorium, e schedis suis se vulgasse.

(4) Vide Tabulam xri incisam, & Dissertationi præpositam num. 2.

(5) Boldett. Opere paullo ante citato Lib. 1 I. Cap. vi 1. pag. 412.

10 idus Octobris, & in saxo Agathæ FATVM FECIT pridie idus Martias. Porro rem acu tetigit cl. Eduardus Corfinius ex Clericis Regularibus Scholarum Piarum Dissertatione II. in Opere de Notis Græcorum (1). Ceterum exempla literæ F. non sectæ bifariam, ut in marmore Paschasiano vidimus, multa occurrunt (2) vestigantibus antiquos titulos inscriptos, ac potissime veterum Christianorum.

Alium lapidem eodem dicendi modo conspicuum vulgavit Marangonius in Appendice ad Acta S. Victorini Episcopi Amiterni & Martyris illustrata (3) ex cæmeterio Cyriacæ, Via Tiburtina.

D N. MAGNO MAXIMO AVG. II. CONSS  
 III IDVS MAIAS FATVM FECIT. LEO ET  
 DEPOSITVS PRIDIE IDVS MAIAS BENE  
 MERENTI IN PACE

Innotescit præterea ex hoc marmore dies obitus Leonis, quæ fuit XIII. mensis Maij, & depositionis ejusdem, quæ fuit XIV. ipsius mensis. Sed de hac re nonnihil dicendum infra. Prima autem linea hujus epitaphii aliquantulum salebrofa, fidem sequitur alterius vetusti lapidis, qui penes Donium hanc præfert epigraphen (4).

DVLCISSIMAE . FILIAE . ADEODATE  
 QVE VIXIT ANNOS XVIIII  
 ET MS. V  
 DEPOSITA XVI. KAL. FEB  
 CONS  
 MAGNO . MAXIMO AVGVSTO  
 PATER CELESTINVS FECIT  
 ET . CVM . MARITO . F. MENS. XI

In Historia autem Augusta unus reperitur FLAVIVS MAGNVS

MA-

(1) *Nota Græcorum collecta & illustrata &c.* Florentiæ Anno MDCCCL. ex Typographia Imperiali in fol. Vid. pag. XXIV.

(2) Boldettus hunc edidit lapidem. *Cservazioni sopra i sacri Cimiterj &c.* Lib. II. Cap. IV. pag. 383.

ANTIOCHIDI . TILIE  
 CONSTANTIVS

Heinc vero in lapide calata est imago stantis mulieris elatis manibus, orantis in modum: in

medio Bonus Pastor, ovem humeris gestans: illic Arbor. Exemplum aliud si cupis, vide epitaphium QUARTINAE ab eodem Boldetto vulgatum Lib. II. Cap. VII. pag. 429. ea enim dicitur DVODECIM TILIORVM MATER. Utrobique litera T. locum occupat literæ F. Sed non est operæ pretium in his diutius immorari.

(3) Pag. 104.

(4) *Inscriptiones Antiquæ Domiana Class.* xx. num. 67. pag. 538.

MAXIMVS, quem praelio vicit Theodosius, & morte sublatum ferunt anno Christi cccLXXXVI II.

At ne scrupulum alicui iniiciat in lapide Christianorum veterum offendisse illud FATVM FECIT, exemplum e cæmeterio Priscillæ ad Viam Salariam jamdiu protulit Fabrettus (1) eo epitaphio, in quo legitur FATES. DECESSIT. INIQUIS. Aliud item metro solutum Arelatæ exstans, refert Sponius in Miscellaneis eruditæ antiquitatis (2). Idem quoque ad veteres Christianos attinet, tamen si habeat hanc formulam, IN FATA CONCESSIT. Sed in alio lapide penes Bosium (3), & Aringhium (4), *Lachesium*, & *Tenarias aquas* memoratas reperimus, *inconsiderate potius quam impie*, ut inquit laudatus Fabrettus (5).

In vetustissimo sepulcrali titulo SALVIDIENÆ FAUSTILLÆ, & in alio FELICVLI CRESCENTIS, legitur insigni sphalmate in Gruterianis inscriptionibus (6), FATVS MALVS. Hic autem vita cessit puer annorum sex; illa adolescentula annorum quindecim.

Occurrunt sequentes formulæ apud Cajum Cornelium Tacitum in Annalibus, FATO OBIIT (7), FATO EVNCTA EST (8); & in Vita Julii Agricolæ (9), FATVM EXCEPISTI, aliasque similes a cultissimis Gentilium Scriptoribus usurpatae facile quidem esset cumulare, sed cui bono? Et quis hominum opus non existimet prorsus supervacaneum? Quid vero Ethnici suis in tenebris viventes *Fati* vocabulo intelligerent, explanat Manutius in Commentariis ad Ciceronem (10), mortis causas in duo genera dividens, aut enim, inquit ipse, *intus oriuntur*, aut *extra*: *intus*, vel *natura*, vel *fato*; *extra*, vel *vi*, vel *casu*. *Natura moriuntur*, quibus in senectute animam e corpore, quasi sua manu natura molliter educit, quod accidit, quum vitalis calor paulatim extinguitur. *Fato*, qui morbo aliquo, ante illam diem, quò per ipsam naturam pervenire licuisset,

B

vitam

(1) *Inscription. antiquar.* Cap. II. pag. 112. num. 276.

(2) *Sectione vili.* pag. 286.

(3) *Roma sotterranea &c.* Lib. III. Cap. I. pag. 429.

(4) *Roma Subterranea &c.*

(5) *Inscript. antiq.* Cap. II. pag. 112.

(6) Pag. DCXXI I. num. 5. Item pag. DCXXI, num. 6.

(7) *Annal.* XIV. Cap. LXII. num. 6.

[8] *Ibidem* Cap. XII. num. 7.

(9) Cap. XLV. num. 5.

(10) *Epistoliarum*, quas Familiares appellant. Lib. IV. Epist. XII. pag. 174.

*vitam amittunt.* Ideoque in Catone majori idem Cicero scribit (1). *Vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas.* Hæc enim vis, *Fati* nomine dicebatur. Inquit item Philippica I. in Marcum Antonium (2). *Præter naturam, præterque Fatum &c.* & Virgilius de Didone agens in sua *Æneide* (3).

*Nam quia nec Fato, merita nec morte peribat &c.*

Etsi de hisce locis multi multa dicant, nobis tamen Manutiana explanatio impense arridet. Eiusdem Manutii Commentaria ad Orationem pro Quinto Ligorio consulas velim (4), variisque aliis locis (5). Item Marcum Antonium Muretum (6). Præterea Jacobum Gutharium de jure Manium scribentem adire poteris (7), & percurrere Raphaëlis Fabretti eruditas notationes ad inscriptiones antiquas (8); ac potissime eiusdem Ciceronis librum *de Fato* (9).

Paschasius ergo raptus præpropere morte, annum scilicet agens vigesimum secundum, dicitur *Fatum fecisse*. Agatha pariter, quæ vixit circiter annos novem, *Fatum fecit*. Quicumque ille est, qui *Fatis decessit iniquis*, constat eum, circiter vigesimum ætatis annum, vitam exegisse. Geminus, qui *fidelis in Fata concessit*, vixit annis octo super triginta, mensibus duobus, diebus sex. Horum certe nullus, nedum prætertransierat, sed neque contituisse dici potest cum Dante Aligherio (10).

*Nel mezzo del cammin di nostra vita.*

Verbum *Facio* apud Latinos ad res varias significandas adhiberi solet. Itaque sæpe transfertur ad res omnino diversas. Exempla quamplura ex optimis quibusque vetustis Scriptoribus excerpta ordine alphabetico digessit Marius Nizzolius, in quibus tamen,

(1) Sive Lib. de Senectute, Operum Tomo 1v. pag. 513.

[2] Pag. 719. fere in principio.

[3] Lib. 1v. Vers. 696.

[4] Pag. 232.

[5] *Epistolar.* Lib. v. Epist. 1x. pag. 196. &c.

[6] *Invectiva* 111. in Catilinam.

[7] Lib. 1. Cap. 11. & Cap. 111. & Lib. eodem Cap. 111.

Toletana Ecclesiæ Archiepiscopus S. Julianus Lib. I. *ΠΡΟΠΝΩΣΤΙΚΩΝ*, sive *de Origine hu-*

*mana mortis* Cap. 21. *Tria*, scribit, *sunt genera moriis. Acerba infantum: Immatura juvenum: Naturalis senum.*

[8] Cap. 11. pag. 86. & p. 87.

[9] Operum Tomo 1v. pag. 364. & seqq.

[10] *Inferno* Canto 1. vers. 1. Illustratores Operum Dantis Aligherii, ad hoc carmen plura dixerunt, ætates hominum diversimode metientes. Ad Commentaria Christophori Landini & aliorum: Sed infra in hac ipsa Dissertatione de hac eadem re aliqua legitibus occurrent.


men, FATVM FACERE, non comprehenditur. In illis animadvertimus, FVNVS FACERE, pro eo quod est *occidere*, & *curare funus*, ex Plauti *Afinaria* (1).

*Arg.* ( *Mater supremum mihi tua dixit, domum ire iussit.*

*Phil.* ( *Acerbum FVNVS filia FACIET, si te carendum est.*

Eodem modo, FVNVS FACERE, ad significandam curationem funeris, occurrit in antiquo, variisque imaginibus cælato marmore Villæ suburbanæ Pamphiliorum, quod edidit Ficoronius in *Tractatu Della Bolla d'ero de' Fanciulli nobili Romani, e quella de' Libertini* (2).

Lapis qui sequitur, & Volsiniis adhuc existit prope stathum, vel tabernam, sive diversorium campestre ad usum vasis aquarii pro animalibus expositus, ad Lucium Canulejum spectans, editus est a Grutero (3). Eundem vulgavit Fabrettus (4), ac postremo in *Historia Volsiniensi* Andreas Adamius (5), & nos aliquando illac iter facientes, Florentiam versus progressuri, exscripsimus in hunc modum.



Breviter ad hoc marmor sic commentatur Fabrettus (6). *Funus sibi fecisse, raro & nullo quod legerim antecedente exemplo Carolum Quintum Hispaniæ Regem gloriosissimum Regno relicto audivimus. Sed nihil tale apud Ethnicos memoratur.* Andreas Adamius, illud FVNVS FECIT SIBI SE VIVO, interpretatur de sepulcro (7) quod SIBI VIVO Canulejus

B 2

(1) Act. 11 I. Scena 11 I. Vers. 4. & 5.

(2) Pag. 19.

[3] Pag. DCCC. num. 10.

(4) *Antiquar. Inscript.* Cap. x. pag. 755. num. 615.

[5] *Steria di Volseno &c. descritta in quattro libri dall' Abbate D. Andrea Adami &c.* in Roma 1737. in 4. Tomo II. Lib. 1 v. pag. 138.

(6) *Antiq. inscript.* Cap. x. pag. 755.

(7) Lib. 1 v. pag. 140.

nulejus FECIT; sepulcrum enim ad funus pertinet, & ad exsequias, sive ad iusta persolvenda; id vero magis consonum videtur rationi & veritati.

Columella de terræ generibus agens (1), Nullum, ait, deterrius habetur genus, quam, quod est siccum pariter, & densum, & macrum, quia quum difficulter tractetur, tum ne tractatum quidem gratiam refert, nec relictum, pratis vel pascuis abunde sufficit. Itaque hic ager, sive exercetur, seu cessat, colono est penitendus, ac tamquam pestilens refugiendus. Nam ille MORTEM FACIT, hic teterrimam comitem mortis famem &c.

In hoc Columellæ textu, active accipiendum est verbum Facio, ut MORTEM FACIT, idem valeat, ac mortis causam adfert. At ubi legimus in lapide Paschasiano, & in epitaphio Agathæ, FATVM FECIT, hæc formula utrobique se habet passive, sumiturque pro Obiit.

Huc usque dictis adiiciendum videtur, ipsum verbum FECIT, aliquando pro obiit usurpatum fuisse in nonnullis inscriptionibus veterum Christianorum; non enim improbandæ sunt conjecturæ, quæ valido aliquo argumento nituntur. Exemplum mihi videre videor in epitaphio sancti PROCI Martyris, quod, una cum sacris ejusdem reliquiis, & vase sanguinis, in cæmeterio sancti Thraonis, Via Salaria repertum, sanctissimus Dominus noster BENEDICTUS XIV. Pontifex Maximus, ad Metropolitanam Bononiensem Ecclesiam suam, sancto PETRO Apostolorum Principi nuncupatam, misit mense Aprili, anno MDCCXLV. ornatissima epistola illustratum; illud vero ita se habet (2).

PATER FILIO PROCO QVI  
VIXIT ANNIS VIII. MENS. VIII.  
IN PACE FECIT.

Licet enim in marmore, ubi nomen adest, quod verbum FECIT regat, optime legendum sit. FILIO PROCO IN PACE QVI VIXIT ANNIS VIII. MENSIBVS VIII. PATER FECIT; nihilominus optime quoque, imo polite legitur, quemadmodum in eodem epitaphio

[1] De re rustica Lib. II. Cap. II.

[2] Lettera della Santità di nostro Signore  
BENEDETTO PP. XIV. Al Capitolo e Canonici

della Chiesa Metropolitana di Bologna &c. In  
Bologna MDCCXLV. Nella Stamperia del Longhi,  
Stampatore Arcivescovile. in fol. Vide pag. 87



phio expressum est. PATER FILIO PROCO QUI VIXIT ANNIS VIII. MENSIBVS VIII. itaut, verbum FECIT redundare prorsus videatur. Ergo, si ita censeant eruditi viri, illud IN PACE FECIT, pro eo, ni fallimur, legitime sumi potest, quod est IN PACE OBIIT.

Ex eadem phrasi, FATVM FECIT, circa eadem tempora geminum epitaphium Paschasii, atque Agathæ exscalptum fuisse docemur; quin etiam ex admodum simili characterum forma, facile argui potest, non longe post obitum Paschasii vita defunctam fuisse Agatham, sive e contrario: uter enim eorum prior e vita migraverit, ignoramus. Plane adeo perfimiles sunt apices ductusque literarum, ut, quasi ejusdem quadratarii rudi scalpro utrumque lapidem cælatum esse, quisquis viderit pene fateatur.

Notandum est pariter in epitaphio Agathæ, post annos VIII. quibus ea vixit, dies LXIII. numerari, qui menses duos & amplius constituunt; attamen indicare menses neglexit epigrammataris, sola post annos, ut dictum est, dierum enumeratione notata (1). Quod in aliis lapidibus rarissimum est. Mensium enim, & eorumdem in certas dies divisio est vetustissima (2).

Lite-

[1] Fabrettus editam a se vetustam inscriptionem Cap. v. pag. 422. num. 389. quæ, ut ipse observat, post enumeratos decem menses, alios dies LI. quasi mensis alterius portionem adjungit, pene ineptam reputans, de illa hæc habet. Unde in mentem venit intercalarium illud Cephaleditanum XLV. dies longum, ut Verris, novi illius Astrologi anomalia occurreret, de qua IV. Act. Cicero, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur.

Menses in certos dies discretos, etsi non apud omnes par fuerit numerus dierum, neque apud eandem Gentes idem semper fuerit, qui literas vel a limine salutarunt, sciunt. Dies autem LXIII. fere apud omnes mensium duorum spatium excedebant. Sed heic juvat vetusta quædam epitaphia indicare, in quibus mensium expressio omititur, & peculiari modo dierum numerus designatur. Gruterus pag. DCLXXXV. num. 7. marmor hoc promit. D. M. SEX GESAN. SEX. FIL. PAL. FESTI. VIX. AN. XI. D. L. Idem seq. pag. num. 7. D. M. HELIADI FILIAE PIEN. FECER. PAREN. VIXIT ANN. III. D. XXXVIII. Item aliud pag. DCCXCII. num. 1. D. M. M. IUSTIN. MARCELLI INFANTIS

DVLCESSIMI QUI VIXIT ANNUM VNUM DIES XXXVII. M. IUSTINVS SECVNDIVS ET PRIMARIA MARCELLINA PATRES AMISSIONE EIVS ORBATI P. C. ET SVB ASCIA D D C. Plura de hac eadem re veterum monumentorum exempla non adferimus, ne terminos adnotationum prætergre diamur.

(2) In more fuit apud varias Gentes annum in menses XII. partiti. Nam de Ægyptiis atque Alexandrinis satis constat Dissertatione de Mensibus Ægyptiorum edita Florentiæ a cl. viro Nicolao Averanio Anno MD. LXXVI. De Hebræis satis est locus in Divinis Scripturis occurrens Lib. III. Regum Cap. IV. Vers. 7. Habebat autem Salomon duodecim Prefectos super omnem Israël, qui præbebant annonam Regi, & domui ejus: per singulos enim menses in anno, singuli necessariis ministrabant &c. Sabini Italiæ Populi, & ipsi annum in XII. menses dividebant, quos tandem Romani quoque sequuti sunt, auctore Numa Pompilio, secundo eorumdem Romanorum Rege, qui menses duos superaddidit mensibus decem a Romulo constitutis, cursum solis exactius dimetiendo. De Anno Romuli diserte Ovidius

Litera M. verbo FATVM, fortasse per incuriam antiquarii omiffa est, quemadmodum apud virum clariff. Antonium Franciscum Gorium, Florentiæ *Præpositum* insignis Basilicæ sancti Joannis Baptistæ (1), in Donianis inscriptionibus ab eo editis legitur (2). DOMVS. C. VALERI. HERMAISCI. TEMPLVM. SERAPIS. SCHOLA FAVSTINIANA. FECIT. idest *Scholam Faustinianam*, alibique in eodem Opere in alio vetustissimo lapide (3). SOLARIV. HVIVS. MVNIMENT. pro eo quod est *Solarium*. Frequens est apud eundem Gorium in Columbario sive Monumento Libertorum & Servorum Liviæ Augustæ & Cæsarum. DAT. OLLA, omiffa in fine litera M. (4). Quod item occurrit apud clariff. Præfulem Franciscum Blanchinium in illustratione ejusdem Monumenti (5), Via Appia prope Urbem directi anno MDCCXXVI. Alios vetustos titulos inscriptos, ubi ea macula apparet, cl. Lupius in epitaphio Severæ Martyris recenset (6). Gruterus vero in Indice eorum quæ ad Grammaticam pertinent,

dus ait Lib. 1. *Fastor.* Vers. 27.  
*Tempora digereret cum conditor Urbis, in anno  
 Constituit menses quinque bis esse suo.*  
 Et Lib. 111. *Fastor.* Vers. 121. inquit.  
*Annus erat, decimum cum Luna repleverat Orbem.*

*Hic numerus magnotunc in honore fuit.*

Plura de anno in menses XII. distributo jam non est necesse depromere, ac de illis dicere omittimus, qui apud Plinium *Nat. Hist.* Lib. VII. Cap. XLVIII. annum *estate unum determinabant, & alterum Hyemes* itemque de aliis, qui *quadripartitis temporibus; sicut Arcades, quorum anni trimestres fuere; & de iis, qui Luna senio, ut Ægyptii.* De quibus omnibus agit accurate Averanius Dissertatione mox memorata. Non inutile tamen erit, quamquam aliter aliqui judicabunt, recensere nonnullas eo spectantes Inscriptiones. Gruterus. pag. DCLXXXVI. num. 7. hunc refert lapidem. IANVARIÆ QVÆ VIX. ANN. XIII. MENS. XL. D. 1111. FECIT Q. MAGIVS MILARIO PATER FILIÆ DVLCISSIMÆ ET SIBI POSTERISQVE SVIS. Fabricius *Antiquar. Inscription.* Cap. 111. pag. 222. num. 538. ex Grutero pag. MLII. num. 11. hunc alium vulgavit. B. M. IN PACE FLANNIGGO. SCVTARIVS SCOLA TERCIA. QVI. VIX. ANN. L. M. XV. MILITAVIT. ANN. VI. COGNATVS. DVLCISSIMVS. SORORIO AMANTISSIMO. Eundem edidit quoque Gorius

*Inscript. Etrur.* Tom. 111. pag. 337. Hæc quæ sequuntur Epigrammata. Vide apud Marator. *Vet. Inscript.* Tom. IV. pag. MCMXXXIII. num. 1. SERVILIVS PATRI BENEMERENTI PASTORI QVI VIXIT ANNIS LXII. M. XV. MORTVS VII. IDVS APRILES. *Ibidem* pag. MCLVII. num. 5. VICTORIA QVÆ VIXIT ANNIS XLVI. MENS. XXXVI. DECESSIT NON. SEPT. IN PACE BENE VRSACIVS EI FECIT. Sed jam fatis.

(1) De ea dignitate, quam Florentiæ variis temporibus Optimates tenuerunt, itidemque vi. ri doctrina ac pietate clari, consuli in primis potest Ferdinandus Leopoldus del Migliore, Opere typis vulgato, cujus titulus est. *Firenze illustrata &c.* vide pag. 102. & alibi. Ceterum Præpositus S. Joannis Baptistæ clero istius Basilicæ præest, & privilegiis honoribusque Protonotoriorum Apostolicorum extra Urbem degentium gaudet, atque ornatur.

(2) Classe II. num. 10. pag. 65.

(3) Classe XII. num. 4. pag. 395.

(4) *Monumentum, sive Columbarium Libertorum & Servorum Liviæ Augustæ, & Cæsarum &c.* Florentiæ. Apud Tartiniuum & Franchium. c10. 10. cc. xxvii. in fol.

(5) *Camera ed iscrizioni sepolcrali de' Liberti, ed Ufficiali della Casa di Augusto &c.* In Roma. M. DCCXXVI. in fol.

(6) §. XII. 1. pag. 111. & seq.

tinent (1), M. finale perſæpe omiſſum in antiquis epigrammatis advertit.

Ergo, ut eodem ordine, quo cœptum eſt procedat examen, & animadverſiones ad antiquam inſcriptionem noſtram lucidius exponantur, Paſchaſius FATVM FECIT, ſive obiit IIII. IDVS OCTOBRIS, die ſcilicet XII. menſis Octobris. In lapide ex oſcit antia ſcalptoris irreſpſit OCTOBIS, nempe litera R. poſita inter T. & O. quemadmodum in Tabula æri incifa fideliter exprimi curavimus. Mendum huic ſimile in indicatione ejuſdem menſis Octobris refert lapis a Marangonio vulgatus in Appendice ad Acta ſancti Victorini (2). Verum plurima ejuſmodi cacographiæ exempla omne ævum ſuppeditat. Apud Sponium in Miſcellaneis eruditæ antiquitatis (3), in Tabula ænea Hadriano Imperatore ſcripta, ipſius Conſulatu III. [ ſi tamen ſcripturæ vitio tribuendum ſit ], occurrit. DAT. NON. OCTVBRIS. Adhibita litera V. loco literæ O. Quamvis autem in monumentis Ethnicorum nonnumquam aliquæ ſphalmatum turpitudines & labes demonſtrari poſſint, tamen in lapidibus, qui e cryptis veterum Chriſtianorum eruuntur, multo plures notantur Latinæ linguæ maculæ, & errata. Quum enim Chriſtiani Nominis perſequutores eoſque inſanirent, ut Fideles defunctos, ne humari quidem paterentur (4). veræ Religionis cultores, quos maxime urgebat ſollicitudo fratres ſuos IN PACE CHRISTI mortuos tumulandi, non ſelectos lapides perveſtigabant, ſed quòſcumque obvios arripiebant (5): non rhetorum elo.

(1) Poſt Theſaurum antiquarum inſcriptionum, Indicis Parte v. Cap. XIX. lit. M.

(2) Pag. 105.

(3) Sectione VIII. pag. 278.

(4) Apud Prudentium ΠΕΡΙΣΤΕΦΑΝΩΝ. In Hymno in laudem S. Vincentii Martyris, Tyrannus exandefcens ait.

*Sed reſtat illud ultimum,  
Inferre panam mortuo,  
Feris cadaver tradere,  
Canibusque carpendum dare.  
Jam vunc & oſſa extinxero,  
Ne ſi ſepulcrum funeris,  
Quod plebs gregalis excolat  
Titulumque figat martyris &c.*

.....  
.....  
.....

*Mergam cadaver ſuſcitibus &c.*

(5) Idcirco mirum non eſt, in ſacris ſuburbanis cæmeteriis nonnullos reperiri lapides Gentilium, in uſus Chriſtifiſdelium adhibitos. Quæcumque enim tabulæ ad manus erant, ſive ſiæiles, ſive marmoreæ ( tabula, ſi ſcripta eſſet, inverſa ), occludendis Chriſtianorum tumulis adhibebantur. Si qui igitur epitaphia Gentilium in noſtris cæmeteriis aliquando deſcribunt, ii proſeſo ſcire debent, inverſos tantam lapides, non vero epitaphia lapidibus hiſce ex altera parte inſcripta uſibus Chriſtianorum inſerviſſe, uti appoſite mo-

NUCUNT

eloquentiam quærebant, sed quovis vel rudi sermone contenti erant ad memoriam amicorum conservandam, & ad leniendum potius animi mœrorem, quam ad pompam, & ad ostentationem Ethnicorum imitandam. Ideo in illis titulis puritas intentionis, ac pietas magis elucet, quam elegantia orationis, & industria operosa præstantis artificis. O TEMPORA INFAVSTA, legimus in epitaphio sancti ALEXANDRI Martyris, qui Imperatore Antonino passus est (1). O TEMPORA INFAVSTA QVIBVS INTER SACRA ET VOTANE IN CAVERNIS QVIDEM SALVARI POSSIMVS. QVID MISERIVS VITA SED QVID MISERIVS IN MORTE CVM AE AMICIS ET PARENTIBVS SEPELIRI NEQVEANT &c.

Ut autem magis asserta remaneret dies, in qua Paschasius occubuit, notato in epitaphio III. IDVS OCTOBRIS, additur  $\zeta$  II ANTE NATALE DOMNI ASTERI. scilicet *octavo ante Natale Domni Asterii*. Sigma-tau Græco more in lapidibus antiquis sæpius expressum expendit abunde Fabrettus (2), adversus Reinesii aliorumque opinionem, & pro Senario numero restituit, testimonio vetustissimi Codicis collectionis Conciliorum apud cl. Joannem Mabillonium (3), in quo hæc nota  $\zeta$ . quinarium numerum v. Ordine perpetuo subsequitur. Confirmat etiam aliis argumentis, ac potissime duobus antiquis epigrammatibus, Consulatu septimo Valentiniani Augusti cum Avieno distinctis, quorum in altero Consulatus ejusdem Valentiniani Romanis hisce notis VII. exprimitur, in altero, Græco-Latinis hisce siglis  $\zeta$  I. recensetur. Eandem notam  $\zeta$ . sæculo I II. jam usurpatam, videlicet Consulibus

auerunt editores, & illustratores Romæ subterraneæ. Quippe nostra etiam ætate loculi defunctorum aperti sunt, quorum externa facies memoriam Christiani viri exhibebat, partem autem aversam, quæ scilicet legi, nisi referato loco nequibat, epitaphio viri Gentilis instructam videre contigit, cujus sepulchro aptatus pridem lapis fuit, indeque in proximum fortassis cæmeterium postea translatus. Si qui vero ex iisdem lapidibus ad Christifideles nullo modo pertinent, facile everfis Gentilium sepulchris, quæ in superiotibus viis, atque vineis erant, in supposita cæmeteria, quæ vel sponte non raro faciunt, ejusmodi lapides sunt prolapsi.

(1) Ediderunt epitaphium sancti ALEXANDRI Martyris, ex cæmeterio Callisti erutum, Bosius cum Severano Lib. 111. Cap. xx111. Aringhius Lib. 111. Cap. xx11. Boldettus Lib. 1. Cap. XLIV. pag. 232.

(2) *Antiquar. Inscription.* Cap. vi 11. p. 540. Beda Lib. 111. *de Indigitatione*, scribit, Græcos tres numeros expressisse propriis notis, quæ ex Alphabeto non sunt. Prima est  $\zeta$ . nota numeri vi. Altera  $\sigma$ . quæ vocatur *Copha*, & valet inter notas numericas xc. Tertia est  $\sigma\sigma$ . *Enneacosia*, quæ valet dcccc.

[3] *De re Diplomatica* Lib. 11. Cap. xxv 111. num. 12

libus Tusco & Anulino, Imperium Romanum moderante Diocletiano, diserte ostendit cl. Bonarrotius Senator Florentinus in Præfatione ad vitrea Fragmenta (1), & cl. Gorius Tomo 1. antiquarum inscriptionum in Etruriæ Urbibus exstantium [2]. Loquitur item de hac nota σ. pro Senario numero adhibita Maffejus in Historia Diplomatica variis locis [3]. Post tot egregios Scriptores non oportet alios memorare. Adlatis monumentis lapis noster Paschafianus accedat, sed infra apertius res declaranda est. Interea de Natale DOMNI ASTERII sermonem instituamus.

Porro *Natale* pro obitu usurpatum, quum de illis agitur, qui Christianæ Fidei testimonium sanguine suo ac vita fortiter data signarunt, passim occurrit in Martyrologio Romano [4]. Mors enim iustorum initium est æternæ felicitatis, quæ est vita animæ, quare inquit Prudentius [5], de Passione Hippolyti Martyris.

*Jam quum se revocat decursis mensibus annus,  
Natalemque diem Passio festa refert &c.*

Ejusdem vocabuli notionem antiquus auctor post alios vetustiores Patres explicat in Sermone de Nativitate sancti Joannis Baptistæ, ubi ait [6]. *Nullius hominis Nativitatem præter solius DEI, in auctoritatis arcem recepit Ecclesia, hujus istius exceptione servata. Novit enim, quia melior est dies mortis die Nativitatis, & quod ortus hominum tristitia comitetur: inde est, quod diem mortis Martyrum, non Nativitatis sollempnizat Ecclesia; MORTEM TAMEN EORVM, NATALITIORVM NOMINE NOMINANS, quibus est de morte NATALIS. Tunc enim ceperunt de morte nasci ad vitam, quum vitam deposuerunt pro vita &c.* Auctor etiam Sermonum in Antiphonam *Salve Regina*, qui sancto Bernardo adtribuuntur, in laudibus beatæ MARIE VIRGINIS

## C

fese

(1) Pag. xvi 11.

(2) Pag. 169.

(3) Pag. 112. &amp; pag. 135. Lampridius, Sigma, sive Græci Alphabeti literam σ. quod sinuata sit, inflar mensæ esse inquit. Quare Sidonius Apollinatis, ad Pontium Leontium, de quodam Pago specioso in eam formam sinuato, ait.

*Cominus erigitur vel prima vel extrema turris,  
Nos erit hic Dominis hibernum Sigma locare.*

(4) Vide Baronium in Præfatione ad Marty-

rolog. Roman. Cap. IV. &amp; ejusdem notas ad diem 11. Januarii. lit. c.

(5) ΠΕΡΙΣΤΕΦΑΝΩΝ, sive *de Coronis* Verf. 3526. pag. 756. In editione Lugdunensi Veterum Poëtarum Latinorum An. M. D. C. 111. Tomo 11.

(6) Edidit hunc Sermonem Joannes Mabillon, Operum sancti Bernardi Volumine 11. inter Opera supposititia, &amp; aliena, sed satis antiqua &amp;c. Parisiis. M. DC. LXXX. in fol. Vide §. v. Columna 678.

fese effundens, Sermone IV. ita habet [1]. *Denique nullius, præter te, nisi DOMINI FILII TVI, & Joannis Baptista, qui utique sancti nati sunt, colit Nativitatem &c.*, diem scilicet temporalis eorumdem ortus. Ac propterea Sermone II. in Festo sanctorum Apostolorum Petri & Pauli recitato, sanctus Bernardus hæc profert [2]. *Non est, Fratres, Nativitatis humane sollemnitas ista, sicut paullo ante beati Joannis diem Natalitium celebraſtis. Ille enim nascens honoratur, quia nascitur sanctificatus. Denique in Joanne solo celebrior est Passio Nativitas. Quia etsi passus pro CHRISTO est, quum pro iustitia & veritate occubuit, evidentius tamen natus pro eo est, nimirum homo missus a DEO, qui in hoc natus est, & ad hoc venit in mundum, ut perhiberet testimonium veritati &c.* In Epistola Smyrnenſis Ecclesiæ de Martyrio sancti Polycarpi legimus apud Eusebium (3), eamdem Ecclesiam ἐπιτελεῖν τὴν τῆ μαρτυρίας αὐτῆς ἡμέραν γενέθλιον, εἰς τε τῶν προθηλικῶν μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἀσκησὶν τε καὶ ἐπιμασίαν &c. Natalem ejus Martyrii diem celebrare, tum in memoriam eorum, qui hoc certamen subierunt, tum ad exemplum & eruditionem aliorum, qui ad idem certamen impoſterum vocati essent &c. Videat Lector quæ ad hunc locum notat Jacobus Uſſerius (4). Eamdem vero Epistolam cum Uſſerii notationibus apud Ruinartium reperiet in Actis Martyrum sinceris ab eo vulgatis (5). Dictis concinunt Acta sanctorum Pionii & Sociorum ejus Martyrum. En horumce Actorum verba (6). *Secundo itaque die sexti mensis, qui dies quarto idus Martias, die Sabbati majore, Natale Polycarpi Martyris celebrantes genuinum, Ponium, Sabina, Aſclepiadem, Macedoniam quæque, & Lemnum Presbyterum Catholica Ecclesia, vis perſequutionis invenit &c.* Quibus paullo post subduntur ista. *Ergo ante diem quam Natalis Polycarpi adveniret &c.* Verum audire præſtat duos Catholica Ecclesiæ Doctores eximios, qui rem, de qua agimus, luculentissime tradiderunt. Horum prior, nempe sanctus Ambrosius, in Sermone de sancto

Euse-

[1] §. 111. Columna 731. in eodem Volumine 11.

(2) Operum sancti Bernardi Volumine 1. quod Opera genuina complectitur, recensente Mabilonio. Videſis Columna 992. §. 1v.

(3) *Historia Ecclesiastica* Lib. 1v. Cap. xv

(4) Pag. 42.

(5) Edit. Veronæ in fol. MDCCXXXI. Vide §. xv 111. pag. 37.

(6) §. 11. pag. 118. Memoria sancti Pionii legitur in Martyrologio Romano die 1. mensis Februarii, ubi cum aliis xv. passum fuisse notatur.

Eusebio ita loquitur (1). *Depositionis ipsa dies Natalis dicitur, quod delictorum carcere liberati, libertati nascimur Salvatoris &c.* Posterior autem, videlicet sanctus Petrus Chrysologus in Sermone CXXIX. (2) sic docet. *Natalem ergo sanctorum cum auditis, charissimi, nolite putare illum dici, quo nascuntur in terra de carne; sed de terra in calum, de labore ad requiem, de tentationibus ad quietem, de cruciatibus ad delicias, non fluxas, sed fortes & stabiles & aternas, de mundanis risibus ad coronam & gloriam: tales Natales digne Martyrum celebrantur &c.* Constat ergo Natalis vocabulo emortualem Sanctorum diem usu Ecclesiastico fere designari consuevisse. Dicimus fere; non enim hujusmodi regula plus æquo est protendenda; qua quidem, ne de aliis loquamur, minime comprehenduntur, tum Redemptoris nostri IESU CHRISTI, tum beatissimæ ejus Genitricis MARIAE, & sancti Præcursoris BAPTISTAE Natales dies: hi namque in vetustis Martyrologiis & Kalendariis notantur hoc modo. VIIII. Kal. Julii. *Nativitas Præcursoris DOMINI = VI. Idus Septembris. Nativitas DEI Genitricis MARIAE = VI II. Kal. Januarii. Nativitas DOMINI secundum carnem.* In aliquibus autem æque vetustis Codicibus Martyrologiorum & Kalendariorum, sub *Natali* voce sic indicantur. VIIII. Kal. Julii. *Natalis sancti IOANNIS BAPTISTAE = IX. Kal. Januarii. Vigilia Natalis DOMINI = VIIII. Kal. Januarii. Natalis DOMINI nostri IESU CHRISTI &c.* Martyrologia & Kalendaria, quæ observanda proponimus edita sunt opera & studio cl. Dominici Georgii post Martyrologium Adonis Archiepiscopi Viennensis (3), quo Lectores amandare fatius duximus. Interim ex prælibatis deducimus *Natale* idem significare quod *Nativitas*, adeo ut æque synonyma censenda sint hæc vocabula, quæ obitum sive passionem Sanctorum translate significant; quia ex hac luce migrantes, novam vitam vivere incipiunt, non amplius fragilem mortalemque, sed æternam & in sæcula duraturam.

Sunt autem qui memoriam sanctæ Agnetis illustrantes, non  
 C 2 fine

(1) Sermone LVII. Edit. Mon. S. Mauri. Paris. 1690. Operum Tomo II. pag. 469. & p. 470. in alia edit. Serm. LXX. Alibi Serm. XVI.

[2] Edit. Parisiis in fol. an. MDCLXXI. CURANTE

Theophylo Rainaudo Societatis IESU Theologo. Vid. pag. 363.

[3] Edit. Romæ in fol. An. MDCCCLV. HÆC TYPIS PALEARINIANIS.

sine vetustorum monumentorum testimonio , atque auctoritate distinguunt *Natale de Passione* ab ejusdem *Natali de Nativitate* . Porro ad hæc afferenda juvant quamplurimum Sacramentaria Gelasianum & Gregorianum : edita quoque nonnulla Martyrologia & Kalendaria , in quibus *Natale* utrumque memoratur . Profecto sanctæ Agnetis *Natale de Passione* recensetur ad diem XXI . *Natale* vero *de Nativitate* ad diem XXVIII . Januarii . Idipsum *Natale de Nativitate* Rabanus *Genuinum* dixit ad eandem diem XXVIII . Januarii , & in Epternacensi Martyrologio dicitur *Ingenuinum* . Primum *a Genere* ; Secundum *ab Ingenuitate* auspicatur significationem . Ergo *Natale de Passione* , Martyrium ea die passam fuisse sanctam Virginem Agnetem , ideoque cælo natam fuisse , nobis in mentem revocat . *Natale de Nativitate* , sive *Genuinum* , sive *Ingenuinum* dixeris , eum diem , quo ipsa Virgo in terris nata est , indicare videtur . Sed plura de eadem re nuper dicta sunt ab eruditissimis viris Alexio Symmacho Mazochio , & P. Ludovico Sabbatinio in Commentariis ad vetustum marmoreum Kalendarium Ecclesiæ Neapolitanæ (1) . Plura quoque a doctissimo Dominico Georgio in notis ad Martyrologium Adonis (2) . Multa etiam a clarissimo P. D. Antonio Francisco Vezzosi Clerico Regulari Theatino in nova editione , quam molitur , & strenue profequitur , Operum Ven. Servi DEI Josephi Mariæ Thomasi S. R. E. Cardinalis , Tomo IV. qui Responsoria & Antiphonas psalmodiis interiiciendas comprehendit (3) . Itaque saltem v.º Christi sæculo , quo S. Gelasius floruit , duplicem Festivitatem sanctæ Agnetis celebratam fuisse , in dubium revocari non potest . IV.º enim *sæculo* , inquit ibidem Mazochius (4) . *Nullum ejus Festi* (videlicet de Nativitate sanctæ Agnetis) , *vestigium , in Bucheriano Kalendario occurrit , in quo tantum prius Festum sic consignatur . XII. KAL. FEBR. AGNETIS IN NONENTANA .*

Lectorem heic monitum volo , laudatum Mazochium , quoniam legerat Codicem Sacramentorum Romanæ Ecclesiæ  
Leo-

[1] Edit. Neapoli . c10 Io cc xxxvii 11 . in 4 .  
Vide adnotationes diei XXI . Mensis Januarii sub-  
jeclas .

(2) Ad diem XXI . Januarii . Item ad diem

xxviii . ejusdem Mensis .

(3) Edit. Romæ . MDCCCLIX . in 4º . pag. 268º  
& seqq .

(4) Pag. 18 . § . VII .



Leonianum, quem edidit vir cl. P. Josephus Blanchinius Oratorii Romani Presbyter, nobisque amicitiae vinculo conjunctus (1); legerat etiam *Codices Sacramentorum nongentis annis vetustiores*, editos a Ven. Thomasio (2), errore deceptum, fidenter scripserat, in *Leoniano Sacramentario* (3), jam duplex *Agnetis Festum* occurrit. Prius de *Passione*, posterius de *Nativitate*. Quare, idem inquit, ea credo saltem initia festi *Nativitatis sanctae Agnetis* fuisse. Porro deest in *Sacramentario Leoniano* mensis *Januarius*, in quo de *Festivitatibus sanctae Agnetis* supra recensitis mentio fieri deberet: desunt pariter menses *Februarius* & *Martius*; neque integer est mensis *Aprilis*, ut in *Prolegomenis ad Anastasium Tomo IV.* videri potest (4). In *Codice autem Sacramentorum Romanae Ecclesiae*, quem *Lib. II.* citati *Operis* (5) *Cardinalis Thomasio*, jure *Codicem Gelasianum* appellat, ita legitur (6). IN NAT. SANCTAE AGNETIS VIRGINIS DE PASSIONE SVA XII. KAL. FEBRUARIAS. Item (7). IN NATALE EIVSDEM (sanctae Agnetis) DE NATIVITATE. V. KAL. FEBR. Primo igitur, dum fatagit *Mazochius* recitata verba ex *Gelasiano Codice* describere, librum ipsum editum a Ven. Thomasio, loco *Leoniani Codicis* allegavit, dein nimium memoriae fidens, eadem omnia se legisse arbitratus est etiam in *Codice Leoniano*.

Mos celebrandi *Nativitatem* hujus sanctae *Virginis* quamdiu perduraverit, non est cur investigemus: certe aliquando exolevit; nam in *Martyrologio Romano* habetur tantummodo ad diem *xxviii. Januarii. Romae sanctae Agnetis secundo*. Ubi loci *Baronius* animadvertit vetustam admodum esse talem hujus diei memoriam; eademque sanctae illius *Virginis Adpartitionem* dumtaxat designari, qua parentibus ad sepulcrum ejus vigilantibus, choro sanctarum *Virginum* comitata &c. (8) consolata est eos, prout continent ejus res gestae, quae habentur apud sanctum *Ambrosium* [9].

Ego

(1) *Prolegom. ad Anastas.* Opusc. II. pag. xxi. Tom. IV.

(2) Romae 1680. in 4.º

(3) Vid. *Kalendarium Neapolitan.* pag. 13. §. VII.

(4) *Opusculum II. Codex Sacramentorum veteris Romanae Ecclesiae a sancto Leone Papa I. confectus.* Vide pag. xii.

(5) *Codices Sacramentorum nongentis annis vetustiores &c.* edit. Romae in 4.º 1680.

(6) Pag. 144. §. VI.

(7) Pag. 145. §. VII.

(8) Vid. in not. lit. A.

(9) *Lib. IV. Epist. xxxiv.* editionis Romanae *Dominici Bais.* in fol. MDLXXXV, pag. 215. & seqq.

Ego vero, quum hunc morem celebrandi duplicem *Nativitatem* sanctæ Agnetis, disciplinæ veteri Ecclesiasticæ omnino adversari perspicerem, aliquid statuere ea de re decreveram, quod conjectura me adsequutum esse putavi. Igitur, si viri docti probaverint, Festum sanctæ Agnetis; quod *Natale de Nativitate* dicitur in hisce monumentis die xxviii. Januarii, nihil aliud indicare crediderim, quam hujus sanctæ Virginis famigeratam *Adparitionem*, seu *Visionem*, qua de vera ejusdem in coelum *Nativitate*, quæ die xxi. Januarii contigit, certiores facti Christifideles, *Secundo* Festum Agnetis celebrare occœperint. At vero, non multo post (ut fit in rebus humanis, quæ tempore currente obscurantur, verasque notiones amittunt), quum in vetustioribus Ecclesiasticis monumentis unice descriptum reperiatur *Natale de Nativitate* [ quod mysterio non carere putandum est ], fortasse in eam opinionem nonnulli descenderunt; ut existimarent naturalem *Nativitatem* celebrandam esse, eamque aliquando celebrarunt, itaut *Natale genuinum*, itemque *ingenuinum*, ut supra vidimus, nuncupaverint, pieque crediderint *Natale generis* illa ipsa die contigisse; atque ita adjectum eum diem fuisse fastis Ecclesiasticis, qui modo ob vetustatem, quam præferunt, jure meritoque maxima sunt in existimatione ac pretio habendi.

Hujus observationis occasione in mentem scrupulus venit, fortasse errorem quemdam in Acta sancti Pionii superius recensita, amanuensis vitio irrepsisse, a viris eruditis, quod sciam, hæctenus inobservatum. Certum est enim, in illis Actis memoratum *Natale Polycarpi genuinum*, nullo umquam tempore celebratum fuisse ex vetusta Ecclesiæ disciplina, sed *Natale Passionis* tantum; ac proinde rem serio perpendentes, quum in Martyrologiis idem Pionius dicatur Martyrio coronatus cum aliis quindecim, suspicati sumus, *genuinum* non esse illic adpositum, tamquam *Natalis* epitheton, sed proprium nomen unius ex quindecim Martyribus, qui cum Pionio passi sunt, denotare. Revera ex variantibus diversorum Codicum lectionibus, quæ a Ruinartio adferuntur, in Codice altero Colbertino legit ipse *Fenuinum*,

*ninum*, prima litera longa, majuscula nempe [I]. Nec suspicio prorsus vana est, aut solido caret fundamento, quum in Martyrologio Romano *Genuini* mentio non semel occurrat. Genuini enim Episcopi memoria recolitur ad diem v. Februarii; & in Appendice ad Martyrologium Adonis apud Georgium, ad diem ix. Octobris legimus. *Rome Marcellini & Genuini, & inter duas Lauros Priminae*. Itaque legendum in eisdem Actis propono. *Natale Polycarpi celebrantes, Genuinum, Pionium, Sabinam, Asclepiadem, Macedoniam quoque, & Lemnum Presbyterum Catholica Ecclesiae, vis persequutionis invenit.*

Quam prave ac subdole versuteque Rhenanus illum Tertulliani locum. *Oblationes pro defunctis, PRO NATALITIIS ANNUA DIE FACIMVS* (2), *de Natalitiis* more Gentilium sit interpretatus, noverit quisquis adeat Jacobum Pamelium falsa ejusdem Rhenani commenta pie doctissimeque confutantem in adjectis notationibus, quas inter potissime animadvertendum est sancti Cypriani testimonium (3). Sane de incruento Sacrificio, quod annuo recurrente die obitus sanctorum Martyrum DEO offerebatur, pro sua opportunitate loquitur eo loci Tertullianus. *Illud tempus faciendi Domine &c.* (4), priusquam Missæ sacrificium inchoetur, coram Sacerdote recitat Diaconus, ut habetur in veteri Liturgia sancti Joannis Chrysostomi; Denique verbum *RECIT*, apud celeberrimos Latinos Scriptores maxime usurpatum, quum sermo haberetur de sacris Gentilium, nemo nescit (5). *NATALES autem Caesarum* (6), Virorum quoque illu-

(1) Edit. Verona &c. pag. 118. in notatione tertia ad calcem paginae.

(2) Lib. *De Corona Militis* Cap. 111.

(3) Epistola xxxiv. ad Presbyteros & Diaconos Ecclesiae Carthaginensis. num. 13.

(4) Psalm. cxv 111. Versic. 126.

(5) Etsi nonnulla jam dista sint a nobis de verbo *Excio*, addendum tamen heic est, tum a Gentilibus, tum a Christianis Scriptoribus usurpatum hoc verbum fuisse ad exprimendum id quod est *Sacrificio*. Ceterum quoniam hæc sparta ab aliis adornata est, Christianorum exempla nonnulla videat Lector in *Hierolexico* Dominici & Caroli Fratrum Macri. Reliqua ad Gentiles per-

tinencia viderit in *Lexico Romanarum antiquitatum* Samuelis Pitisci.

(6) Consule Suetonium in *Vitis* xlii. *Cesarum*, & alios, qui historias Imperii Romani descriperunt. Vide item Julium Cæsarem Balengerum in *Imperatore Romano*. Lib. 111. Cap. 11. Jacobus Sponius in *Miscellaneis eruditæ antiquitatis* Sectione vi. pag. 218. sequentem lapidem vulgavit, Romæ existentem ad sancti Pancratii, cujus acceperat descriptionem ex Abbate Doni Florentino. Inquit autem idem Sponius. *Natales Augustorum quotannis celebrari solebant, non sine magnis impensis, quarum rationes curabant & exscribebant his destinati Tabularius,*

illustrium (1), & Amicorum (2); a nonnullis etiam proprios sum-  
mopere cultos (3), ostendunt cippi marmorei, vetustæ inscriptæ  
columellæ, & alia antiqua monumenta. Præterea Urbium illustri-  
orum NATALES sumtuosissime celebratos fuisse testantur antiqui  
Scriptores, & numismata; ac præsertim Romanæ Urbis (4), &  
Con-

vius, sive Vicarius Tabularii. Porro lapis ita  
se habet.

GAENAEO  
AVG. N. VERN.  
ADIVTORI  
TABVLARI  
NATALIS AVG.  
N. DI SP. FRATRI  
MERENTI  
FECIT

Sponii vero recensitam interpretationem re-  
jecit Fabrettus *Antiquar. Inscription.* Cap. 1v. *pag. 295.* iterumque in notis *pag. 335.* ibi enim  
NATALIS, nomen esse contendit, non Officium;  
& jure quidem meritoque. Etenim NATALIS me-  
moriæ GAENAEO FRATRI suo FECIT. Hic erat in  
Familia Augusti ADIVTOR TABVLARI; ille au-  
tem DISPENSATOR. Revera tamen Suctonius in  
Augusto, disserens de dilectione Romanorum ad  
eum, inquit *Cap. LVII.* Equites Romani NA-  
TALEM ejus, sponte atque consensu, biduo sem-  
per celebrarunt &c.

(1) Pluribus, quæ adferri possent, exemplis  
prætermisissis, Senecæ ea de re adducimus testi-  
monium: Is enim Epistola LXIV. sive Lib. VII. I.  
Epistola VII. ad Quintum Sextium, ita inquit.  
*Quid ni ergo* (quædam exemplaria habent, ego),  
*magnorum virorum & imagines habeam inci-*  
*tamenta animi, & NATALES celebrem? Quid*  
*ni illos honoris causa semper appellem? Quam*  
*venerationem præceptoribus meis debeo, eam-*  
*dem illis præceptoribus generis humani, a qui-*  
*bus tanti boni initia fluxerunt &c.* Addendus  
Senecæ Cornelius Nepos in Elogio Timoleontis  
*pag. 299.* ait enim. *Prælia maxima NATALI*  
*DIE suo fecit omnia, quo factum est, ut ejus-*  
*dem NATALEM, festum haberet universa Sici-*  
*lia &c.*

(2) Antonius Epist. IX. Paulo 5.  
*Sed festos, quia sepe dies partim ipse meorum*  
*Excelsi, inque vicem convivæ vocatus adivi,*  
*NATALIS si forte fuit sollempnis amico &c.*

(3) Inquit Cicero Lib. II. de Finibus bon. &

*mal. pag. 82. edit. Venetæ Luca Antonii Junta*  
*in fol. Operum Tomo IV. Hæc ego non possum*  
*dicere, non esse hominis, quamvis & belli &*  
*humani, sapientis vero nullo modo, Physici*  
*præsertim, quem se ille vult putari, illum es-*  
*se cujusquam DIEM NATALEM. Quid? vere ne*  
*potest esse dies sapiens, qui semel fuit? Certe*  
*non potest. An ejusdem modi? Ne id quidem,*  
*nisi quum multa annorum intercesserint millia,*  
*ut omnium siderum eodem inde profecta sint,*  
*fiat ad unum reversio. Nullus est igitur cujus-*  
*quam DIES NATALIS. At habetur, & ego*  
*scilicet id nesciebam. Sed ut sit, etiam ne post*  
*mortem coletur, idque testamento carebit*  
*is &c.* Verum adversus Ciceronis opinionem  
in basi quadrata apud Gruterum legitur pagina  
CCCXXII. num. 4. CAPVT EX TESTAMENTO EB-  
TRANIAE SEVERINAE, ubi præ ceteris ait testa-  
tix EX REDITV. HS. QVATERN. M. N. OMNIBVS  
ANNIS. FRID. IDVS. IVN. DIE. NATALIS. MEL-  
OLEVM. SINGVLIS. VOBIS. DIVIDATVR. ET EX RE-  
DITV. HS. BINVM. MILLIVM. N. MANES. MEOS.  
COLATIS &c. Videndus item Jacobus Philippus  
Thomassinus Lib. de Donariis, ac Tabellis voti-  
vis *Cap. IX. pag. 91. & seqq.* alique. Sed Ge-  
nesis *Cap. XL. Vers. 20.* Grande convivium me-  
moratur, quod Pharao pueris suis facere consue-  
verat DIE SVO NATALI. Christianos etiam dies  
suos NATALITIOS aliquando celebrasse, & me-  
moriæ posterorum consignasse in lapidibus descri-  
ptos, fidem faciunt vetusta marmora, quæ in  
Commentario ad Nummum æreum *Musei Victorii*  
edidimus *Parte II. Cap. xvii.* dum de Baptismo  
dissereremus. Hæc monumentis, quæ alia oc-  
cassione ab aliis antea vulgata erant, alia plura,  
si velit, eruditus Lector adjunget.

(4) NATALE Urbis Romæ XI. Kal. Maii Ro-  
mani veteres celebrabant, die scilicet XXI. Apri-  
lis, qua die Palilia (quæ etiam Parilia dixe-  
runt), sollempni ritu perfolvi mos erat, Pali-  
Dæ. Siquidem, capto ab avibus auspicio, selegit  
Romulus hunc diem Urbis manibus delineandis.

Qua

Constantinopolitanæ (1), quæ numismata in Museo Victorio, ali-  
bique servantur.

## D

## Mul-

Quare inquit Propertius *Elegiarum* Lib. IV.  
*Eleg.* IV.

*Urbi festus erat, dixere Palilia Patres.*

*Hic primus capit manibus esse dies.*

Ovidius, Sulmone in Pelignis natus. Lib. IV.  
*Fastorum* circa finem ait.

*Apta dies legitur, qua mania signet aratro.*

*Sacra Palis suberant, inde movetur opus.*

Et Lib. XIV. *Metamorphoseon* Vers. 775.

. . . . . *Festisque Parilibus, Urbis*

*Mania conduntur &c.*

Scribit Plutarchus in Vita Romuli. Edit. Lutetiz

Parisiæ, in fol. An. M. DC. XXI. V. Tom. I. Græc.

Lat. pag. 23. *Conditam Urbem in confesso esse*

*XI. Kal. Majas, quem diem Romani PATRIAS*

*NATALEM appellant, habentque festum.* Julius

Solinus Polyhistor. Cap. I. inquit. *Romulus . . .*

*auspicato murorum fundamenta jecit duode-*

*viginti natus annos XI. Kal. Majas. Hora post*

*secundam ante tertiam (vel, ut in aliis libris legi-*

*gitur, ante tertiam plenam) sicut L. Taruntius*

*prodidit Mathematicorum nobilissimus: Jove in*

*piscibus: Saturno, Venere, Marte, Mercurio,*

*in Scorpione, Sole in Tauro: Luna in Libra con-*

*stituitis; & observatum deinceps, ne qua hos-*

*titia Parilibus cederetur, ut dies ille a sanguine*

*purus esset, cujus significationem de partu lizæ*

*svastiam voluit &c.* Hæc autem tider Cicero

Lib. II. *de Divinatione.* Operum Tomo IV.

pag. 354. postquam enim Lucii Taruntii Firmani

familiaris sui opinionem de NATALI VRBIS expo-

suit. *O Vim maximam erroris! exclamat. Etiam*

*ne VRBIS NATALIS DIES ad vim stellarum, &*

*Luna pertinebat &c.* Mamertinus etiam Ge-

nerthl. Maximiani, Romanæ Urbis NATALEM

DIEM celebratum fuisse memorat ubicunque lo-

corum Imperatores ea die fuissent, etiam si lon-

ge ab Urbe Roma, & ab Italia abesset.

Numismata majoris minorisque moduli, quæ NA-

TALE Urbis memorare censentur, quod scilicet

causa fuerint, ut recurrente NATALI Urbis spar-

gerentur in vulgus, habent protomen mulieris

obliquam, pectore tenus loricateam & galeatam,

cum lemmate INVICTA ROMA. Item VRBS ROMA.

In exergo plerumque Lupa exprimitur, subposi-

tos lactans gemellos, Romulum & Remum. In a-

rea vero aliquorum supereminet duo sydera. Sed

in Parte adversa horumce numismatum, visitur

aliquando ingens quercus, quam aquilæ duo heinc

inde respiciunt. Nonnumquam una tantummodo,

eaque grandior aquila, veluti pedibus incedens,  
& caput venuste ac suaviter arborem versus refle-  
xit, alis aliquantulum explicatis. Servantur  
ea in Museo Victorio, ubi etiam nonnulli sunt  
nummi minuti, adolescentis laureati imaginem  
preferentes, adjecto copię cornu, sive ejus loco.  
Victoriola. Circum legitur POP. ROMANVS. Par-  
te altera, sertum quoddam cum gemma culum  
est, nummi peripheriam exornans. In centro  
nummi, Stella radiis octo insignis emicat: infra  
legitur CONSE. Sed alio etiam typo occurrunt in  
eodem Museo. Aliquos ex his in Thesauro Mo-  
relliano a Sigeberto Havercampio illustrato re-  
peries Tab. I. Tab. 12. & Tab. 111. Adfiss pagi-  
na 474. & seqq. Lege autem & notationem, quæ  
mox sequitur.

(1) Hujus Urbis NATALEM DIEM refert Me-  
nologia Græcorum ad diem XI. Mensis Maii  
Consulendus etiam Idacius in Fastis ad Consules  
GALLICANVM II. & SYMMACHVM. Genebrardus  
item ad eandem diem refert dedicationem Urbis  
Constantinopolitanæ, nempe V. Eidus Martias;  
eademque die nummos æreos minutos cum Urbis  
imagine cusos, & populo distributos fuisse suspi-  
catur. Certe nummus exstat in Museo Victorio  
eodem typo signatus, quem nummi præferunt Ro-  
manæ Urbis galeatæ in superiori adnotatione de-  
scripti. Legitur in gyro CONSTANTINOPOLIS.  
In parte adversa Victoria cernitur alis instructa,  
& protensa ad clypeum sinistra. Legitur infra  
SHANI.

Nummos maximè moduli, alterum VRBIS RO-  
MÆ, alterum CONSTANTINOPOLIS, vidimus  
apud Carolum Patinum in Thesauro Numisma-  
tum pag. 206.

Civitas hæc olim *Ligos*, postea *Byzantium*  
dicta est, donec ipsam Constantia Magna  
substructionibus molibusque ædificatis, & ad æmu-  
lationem antiquæ Romæ magnifice auctam, ut  
Roma altera videretur, suo nomine donavit.  
Videtur sanctum Hieronymum in Chronico, Zona-  
ram, Cassiodorum, Ammianum Marcellinum,  
aliosque. Ceterum in Codice Theodosiano Le-  
ge I. *De Feriis* DIEM NATALEM Romanæ Urbis  
& Constantinopolitanæ, *Festum* haberi præcipit  
sanctio Imperialis, quæ sic habet. *His adieci-*  
*mus NATALITIOS DIES Urbium maximarum;*  
*ROMÆ, atque CONSTANTINOPOLIS, quibus de-*  
*bent jura deferre, quia & ab ipsis quoque nata*  
*sunt.*

Multis adnotatis circa NATALITIORVM notionem ab antiquis Christifidelibus pro consummatione Martyrii usurpatam, & nostro quoque ævo, Ecclesiastico ritu a majoribus accepto, sollemnem, aliqua videntur addenda de titulo DOMNI, antequam de ASTERIO dicamus, cujus NATALE recensetur in epitaphio, & cui DOMNI titulus exhibetur. Hunc titulum selecta eruditione illustravit Ancyrae Archiepiscopus Justus Fontaninus edito Commentario in Discum argenteum votivum Musei Albani (1); legitur enim circa insculptum in eo. DISCO ANATHEMA. DE DONIS DEI ET DOMNI PETRI UTERE FELIX CVM GAUDIO. Vere autem vocabulum DOMNVS in honoris & venerationis significationem remotissimis etiam temporibus adhibitum, in eodem Commentario evincitur (2), potissimum ex Commodiani testimonio (3), qui ibidem dicitur *Cypriano Episcopo, & Martyri aequalis*; itemque, *omnium, quos viri docti observaverint, antiquissimus*. Nos certe Commodiano addimus Cyprianum ipsum, qui hoc honoris titulo non semel afficit sanctos CHRISTI Martyres in suis Epistolis (4), DOMNOS scilicet, sive DOMINOS nuncupando eos, qui ad Martyrium erant destinati (5).

Ad hæc IESVS CHRISTVS, qui CAPVT EST MARTYRVM (6), DOMINVS

[1] Romæ ex Typographia Rochi Bernabò. An. MDCCXXVII. in 4<sup>o</sup>.

[2] Cap. xiv. pag. 36. & 37.

[3] *Ibidem* pag. 36. & p. 37.

[4] Videfis Epistolam xx. & Epist. xxi.

[5] Epist. xx. *Celerinus Luciano Salutem: Hæc quum tibi scriberem DOMINE FRATER, gaudens & tristis eram, gaudens eo quod audierim te pro Nomine DOMINI nostri IESU CHRISTI Salvatoris nostri tenum, & illius Nomen penes Magistratus hujus mundi confessum & tristic autem &c. . . . . donec auxilium DOMINI nostri IESU CHRISTI (subveniat), & pietas per te, vel per eos DOMINOS MEOS, qui coronati fuerint &c. . . . . Rogo itaque, DOMINE, & peto . . . . . ut ceteris collegis tuis, fratribus tuis, DOMINIS MEIS referas, & ab eis petas, ut quicumque prior vestrum coronatus fuerit &c.* Sed hic titulus honoris & venerationis pluries etiam in eadem Epistola occurrit.

Epistola xxi. *Lucianus Celerino DOMINO, si dignus fuerit vocari collega in CHRISTO, Sa-*


*lutem -- Accepi literas tuas DOMINE FRATER dilectissime &c. . . . . Nunc, carissime, jam inter MARTYRES deputande &c.*

Ævo posteriori titulum SANCTI, ac DOMNI æque usurpatum fuisse, vetera monumenta aperte declarant. In Codice Vaticano signato num. 3835. literis uncialibus descripto circa sæculum VII. de quo plura habet paullo ante laudatus P. Josephus Blanchinius, in *Evangeliariorum Quadruplici* Latinae versionis antiquæ, Parte II. pag. DCII. & seq. ita legitur. SERMONES DECEM S. LEONIS De passione DOMINI &c. SERMONES II. SANCTI LEONIS PONTIFICIS De Ascensione DOMINI &c. In fine vero eorundem Sermonum legitur hoc modo *Expliciuñt Sermones DOMNI Leonis Papa de Ascensione DOMINI nostri IESU CHRISTI, numero duo. DEO gratias. TRES SERMONES S. LEONIS PONTIFICIS de Pentecosten &c.*

[6] Consule S. Augustini, Hypponenfis Episcopi Commentar. Psalm. LIII. l. Versus. 2. & alios Patres.

MINVS appellatur Ambrosiano ritu . Plane inquit Joannes Mabilonius Musei Italici Tomo I. Parte altera , in observationibus de ritu Ambrosiano (1) . *Evangelio recitando , non nudum venerandi Nominis IESV vocabulum proferebatur Ambrosii ævo , sed DOMINVS IESVS semper appellabatur . In Epistola xviii . Rogavit quidam Pharisæus DOMINVM IESVM , & in Epistola xlv . Præteriens DOMINVS IESVS vidit a generatione cæcum . Idem ritus hæctenus servatur in Ecclesia Mediolanensi , quod etiam in Gallicana olim fiebat .*

His quæ diximus , veteres aliquot inscriptiones subnectimus . In antiquo epitaphio e sacris cæmeteriis eruto legimus .



Ediderunt hunc lapidem Bosius & Severanus (2) , Aringhius (3) , Gruterus (4) , Schacchius Fortunatus (5) , Fabretus (6) , & Boldettus (7) , qui aliud hoc marmor vulgavit ex cæmeterio sancti Hippolyti (8) ,

PETRO ET MARCELLINO IN SIGNO DOMINI ✠  
VI VI SI VI FECERYM

Legique debet PETRO ET MARCELLINO IN SIGNO CHRISTI DOMINI VIVI SIBI FECERVNT . Occurrit in antiquo marmore apud Lupium in Opere alibi laudato (9) . ZHC EN ΘΕΩ ΚΥΡΕΙΩ ΧΡΕΙCΤΩ , nempe VIVAS IN DEO DOMINO CHRISTO , & apud Fabretum in hoc vetusto Epigrammate pariter legimus ,

D 2

MINO

(1) Edit. Lutetiæ Parisior. An. MDCLXXXV II. in 4<sup>o</sup>. videfis §. x. Num. IV. pag. 105.

(2) Lib. II. Cap. LXI. pag. 483.

[3] *Roma Subterranea* Tom. II. Lib. IV. Cap. XXXV II. pag. 262.

(4) Pag. MLVII I. num. 6.

[5] Lib. *De cultu & veneratione Servorum DEI . De notis & signis Sanctorum* Sectione IX.

Cap. II. pag. 668.

(6) *Antiquar. Inscription.* Cap. VIII. pagina 573. num. 149.

(7) *Osservaz. sopra i Cimiterj de Santi Martiri , ed antichi Cristiani* &c. Lib. I. Cap. XLIX. pag. 266.

(8) *Ibidem* Lib. II. Cap. I II. pag. 345.

(9) §. XIX. pag. 191.

MINO CHRISTO ( I ). Initio enim Epigrammatis Crux apparet , quæ ad tuendam sententiam nostram confert plurimum ; quippe CHRISTO Crux unice dicata est DOMINO nostro .

† HIC . MIHI . CARA . PIO . TEGITVR . CONIVX . ECCE . SEPVLCR  
EMERITA . SANCTIFICO . SEMPER . SOCIATA . PVDORE  
\* BIS DVODENOS . ET FIDA \* DEO QVE PERTVLIT ANNOS  
\* INVIOLATA MALO FELICI CONDITA LVCI  
SANCTIMONIVMQVE GERIT . \* DOMINO . TRIBVENTE CORONA  
LAVRENTIVS CONTRA VOTVM

Igitur si NATALE ASTERII jam e vivis erepti in epigrammate recensetur , quod pene satis esse potest ex argumentis & exemplis paullo ante expositis adductisque , ut eundem Martyrem credamus , multo firmiter in eadem sententia persistemus , quum DOMINI titulo ornatum perspiciamus , qui pariter illa ætate sanctis Martyribus , ut mox vidimus , tribuebatur .

Exstant inter erudita marmora vulgata veterum Christianorum nonnullæ inscriptiones , ex quibus de Martyrio aliquid certum minime eruitur , etsi DOMNI titulus adpositus in eis legatur . Quæ sequuntur id genus Epigrammata ex Fabretto descripsimus ( 2 ) .

I.



DOMINO FILIO INNO  
CENTISSIMO ET  
DVLCISSIMO BO  
NO . SAPIENTI  
PELAGIO . QVI . VIXIT .  
ANNIS . VI . M . VII . D . XIII  
H . VIII . SOCRATIANVS . ET  
HYRENE . PARENTES . B . QVES  
IN PAC

II.

IN P DOMINE FILIAE MARTYRIAE  
AGE QVE VIXIT ANN . III MENSIS III .

De hisce epitaphiis , quæ heic adferuntur , inquit idem Fabrettus . DOMINAM *vocasse uxorem , non fuit a latina proprietate alienum ;*

( 1 ) *Antiquar. Inscription. Cap. viii. pag. 583. num. 173. Adeundus Baronius ad annum Christi ccccxi. num. 23. Ubi Evodius citat Lib. de Miraculis S. Stephani.*

( 2 ) *Cap. viii. pag. 582. num. 162. num. 169. Ibidem Num. Lxxxix. Ea vero antiqua inscriptio, quæ num. 4. a nobis descripta est, exhibetur ab eodem Fabretto Cap. v. pag. 422. num. 389.*



num; filium autem in puerili adhuc aetate eodem titulo decorasse, non quidem novum, sed absurdum videtur, tum apud Ethnicos &c. . . . tum apud Christianos &c.

III. DOMINAE. MEAE. CONIVGI. STERCORIAE. INCOMPARABILI.  
VIRGINIAE. SVAE. CVM. QVEM. VIXI. ANN. XXVII. M. V. D. VI.  
ITEM. DOMINO. MEO. DVLCISSIMO. FILIO LEONTIO. QVI VIXIT. ANN. XIII.  
M. VIII. PATER. INFELICISSIMVS. TIBI. ET. MATRI. TVAE. POSVIT.

IV. DOMINAE FILIAE VITALIANI FESTVS ET VRBI  
CA PARENTES ET FESTA SORORI ME  
RENTI POSVERVNT QVAE VIXIT ANNIS QVIN  
QVE MENSIBVS DECEM DIEBVS QVINQVAGINTA  
ET VNVM

Aliæ inscriptiones a cl. Boldetto editæ, sunt hujusmodi (1).

I. R DOMINAE. FELICITATI. COMPARI  
SANCTAE. QVAE DECESSIT

II. DOMINO FILIO DVLCISSIMO CHALLOTI  
VIXIT IN PACE ANN<sup>o</sup>. N<sup>o</sup>. III M LIIII D. I  
DEFVNCTVS PRI IDVS IAN DEPOSITVS XVIII  
KAL FEB. SALVIANV PATER

III. DOMINA DVLCISSIMA  
STERCORIA FILIA QVI  
BIXIT. AN. II. MENS. IIII. IN  
PACE DOMINI DORMIAS

IV. DOMINE ALEXANDRE BENEMERENTI  
QVE VIXIT. ANN. XXV. IN PACE DEP. V. KAL  
OCTOB.

Sed ex pluribus hæc jam fati esse possunt proposito nostro.  
In his marmoribus nullum passi Martyrii indicium animadver-  
terunt

(1) *Osservaz. sopra i Cimiterj de' santi Martiri &c.* Lib. 1. Cap. XLVI 1. pag. 252. *Ibidem* pag. 383, idem epitaphium occurrit nonnihil immutatum. *Ibidem* Lib. 11. Cap. v 11. pag. 418. Lib. 11. Cap. vi. pag. 396. Et paullo ante Cap. v. *Ibidem* Lib. 11. Cap. x 11. pag. 488.

terunt editores, nihilque de hac re adnotarunt. Verum lapis alter inscriptus, quem subdimus, omnibus indiciis signisque distinguitur.

DOMINE  
*sic* SVAE. GRATE  
 ROCATIANVS

Eumdem primus vulgavit non multo antea Marangonius in Appendice ad Acta sancti Victorini Episcopi Amiterni & Martyris (1), ex quodam sarcophago, Via Salaria reperto in cæmeterio Thraasonis, seu sancti Saturnini, in quo vas etiam sanguinis repertum est. In eo sarcophago, parte antica anaglyphis imaginibus ornata, bis imago GRATAE Martyris expressa est, stans, expansisque manibus. Uni superstat nomen GRATA. Alteri *sic* TE BENEMERENII.

Marmor aliud, in quo legitur DOMINE ECCOMPARI AVAE &c. signato pariter loculo Vase sanguinis, edidit Boldettus (2). Fortasse DOMNI, sive DOMINI titulus CASTVLO quoque tribuitur in hac vetusta, rudique profus inscriptione, quam Fabrettus protulit (3).

QVORO SVN NOMI  
 NAE MASIME  
 CATIATICV  
 ISECVNJV  
 MARTYRE  
 DOMI INV  
 CASTVLV ISCALA



Ex ea certe, *verum cæmeterii Beati CASTVLI situm*, ipse Fabrettusprehendit. Conatum cl. Corfinii, iterum in hac Dissertatione memorati, qui ad hunc lapidem illustrandum suam symbolum contulit (4), laudat vir doctus Franciscus Antonius Zacharias Societatis IESV Presbyter, in Historia Literaria (5), quam nuper emisit in lucem. Sed ultra pergamus.

In

(1) Pag. 86.

(2) Lib. 1I. Cap. VII I f. pag. 433.

(3) *Antiquarum Inscriptionum* Cap. VIII. num. XXVI. pag. 556.

[4] *Nota Graecorum collecta & illustrata &c.* Dissertat. 1I. pag. XXVI I.

(5) *Storia Letteraria d' Italia &c.* Volum. 1. Lib. 1I. Cap. V. §. VI. pag. 228. in Venezia.

In Regione Cælii montis existit etiam nunc sacra Ædes sanctæ MARIÆ in DOMNICA nuncupatæ, vel ab Ædibus sanctæ CYRIACAE, quas ibidem olim existisse sentiunt eruditi viri (CYRIACA quippe a Latinis DOMNICA, sive DOMINICA dicitur; ac proinde a Scriptoribus Ecclesiasticis ita indigitatur ejus Ædes, sive etiam (1) sanctæ MARIÆ in CYRIACA); vel ab ejusdem CYRIACAE piis operibus, queis continuo juvabat CHRISTI Martyres, DOMNOS, sive DOMINOS, aliquando, ut dictum est, appellatos. Porro eodem DOMINI titulo decorantur a S. Gregorio II. Principes Apostolorum PETRVS, & PAVLLVS in ea cælata marmorea tabula; quæ in nova porticu Vaticanæ Basilicæ muro adfixa adhuc visitur, perenne monumentum donariorum, quæ idem Pontifex sancto PETRO Apostolo, ejusque vetustissimæ Basilicæ munifice obtulit, atque elargitus est (2). Sed posteriori ævo idem titulus persæpe, ut notum est, non modo Sanctis, verum etiam Ecclesiasticis, Religiosisque viris, quin immo Magnatibus adhuc in vita manentibus addictus occurrit (3).

Jam vero DOMNVS, sive DOMINVS, præterquam quod est titulus honoris & reverentiæ (4), fuit etiam aliquando nomen proprium tum apud Christifideles, tum apud Gentiles. Salonæ in Dalmatia, quæ *Spalatum* hodie dicitur, Diocletiani Romanorum Imperatoris Urbe patria, Templum olim existisse Jovi sacrum scribit Sponius in *Miscellaneis eruditæ antiquitatis* (5), quod

[1] Adi Pompejum Ugonium &c. Octavium Pancirolum. *I Tesori nascosti nell' alma Città di Roma &c.* & alios.

[2] Tabulam istam edidit Joannes Baptista Dominus Lib. *de restituenda salubritate agri Romani* pag. 64. Paullus de Angelis in descriptione Basilicæ Vaticanæ pag. 81. Baronius in *Annalibus Ecclesiasticis* ad annum Christi DCIV. §. xv. Nonnulli tamen ex Editoribus erraverunt, adscribentes lapidem & donaria sancto Gregorio Magno, quum vere Gregorius hujusce nominis Secundus, non autem Primus donator existerit. Postquam hæc scripta a nobis sunt, hoc ipsum in nupera Collectione Bullarum sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ observatum invenimus Tom. I. in calce pag. 8. Tabulam hanc ibidem habes, eademque ex MS. Codice Bibliothecæ Vaticanæ, signato

num. 6757. auctarium adicitur, quod in vetusto lapide modo desideratur.

[3] Adi Cangium in *Glossario Media & infima Latinitatis* in voce DOMNVS.

[4] Fabrettus *Antiquar. inscription.* Cap. VIII. pag. 582. num. 167. hunc vulgavit lapidem.

D. M PATER DOMINO  
FILIO AMANTIO CARO DVL  
CISSIMO CIVIS AFFECTVS ET BLANDITIES  
ET CARITAS QVI MI DOLOREM ET  
LVCTVM RELIQUIT VNICVS  
IN DIEM VITE MEAE  
QVI VIX. AN. VI. M. II. D. XV. MOR  
HOR. NOCT. X

Inversum se illum reperisse ait in cæmeterio sanctæ Agnetis, & calce obductum.

[5] Sectione v. pag. 180.

quod in honorem DOMNII, sive DOMNIONIS Episcopi, & CHRISTI Martyris modo dicatum est, cujus festus dies in Martyrologio describitur tertio eidus Aprilis. Recensentur etiam in Fastis Sanctorum, non una vice, DOMNVS, & DOMNA; nomina quoque DOMNINI, ac DOMNINAE, quæ facili poteris perquisitione nancisci. DONNVS apud Gentiles proprium nomen est in ea inscriptione, quæ in arcu Segusinorum triumphali legitur, & in Præfatione ad Historiam Diplomaticam cl. Maffei edita est (1). Idem nomen existat in alio vetusto lapide collectionis Donianæ (2), in qua alius item lapis DOMNIONIS nomine insignitus profertur (3). De Julia DOMNA Septimii Severi Imperatoris uxore, nonnulla commentatus est Joseph Justus Scaliger in animadversionibus ad Thesaurum temporum Eusebii (4). Percurrere autem proderit Ezechielis Spanhemii Opus de Præstantia & usu numismatum antiquorum (5), & Meursium in Glossario Græco-Barbaro, verbo ΔΟΜΝΑ. Utrique autem, Christiani scilicet ac Gentiles eandem vocem DOMNVS, si licet conjectura uti,

*Et datur occultum per proxima querere verum,*  
ut Prudentius ait (6), a dictione DOMINVS derivarunt.

DOMINICVM plane dicitur in Fastis Idatii sacra majoris Aedis Constantinopolitanæ moles, DEO OPTIMO MAXIMO dicata. Etenim post par Consulum, qui sunt Constantius X. & Julianus III. sic habemus: *His Consulibus dedicatum est Constantinopoli DOMINICVM die xv. Kal. Martias* (7). Legimus etiam in Itinerario Hierosolymitano, quod vulgavit Bertius (8). *Inde quasi ad lapidem missum* ( loquitur autem de monte Golgotha, in quo IESVS CHRISTVS DOMINVS noster crucifixus fuit ), *est crypta ubi corpus ejus positum fuit,*

[1] Ea est Epistola nuncupatoria ad Victorium Amedeum Sardinia Regem Sabaudia Ducem, quæ vicem Præfationis gerit, arcumque comprehendit Tabulam, ubi Arcus Segusinorum cum emblematis & vetusta inscriptione representatur.

[2] Classe 1. pag. 10. num. 36.

[3] Classe 1. pag. 21. num. 73.

[4] Pag. 230. Edit. Amstelod.

[5] Tomo II pag. 294.

[6] In AMAPTITENEIA, sive *De origine peccatorum*, Vers. 148. Illud autem Opus seri-

psit Prudentius adversus Marcionitas.

[7] Vide Pignorium *Symbolarum Epistoliarum* Lib. 1. Epist. xxxi. quam ad Felicem Ostium misit.

[8] In *Theatro Geographia veteris* Tomo posteriori pag. 43. Edit. Amstelod. in fol. an. c170cxviii. typis Isaaci Elzevirii, sumtibus Judoci Hondii. Sed adi Baronium ad diem viii. Kal. Januarii in notis ad Martyrologium lit. g. ubi quam multa de hac voce disseruit. Nos ea de re diximus in illustratione Floreni aurei veteris Parte 17. pag. 371.

fuit, & tertia die resurrexit, ibidem modo jussu Constantini Imperatoris Basilica facta est, idest DOMINICVM mira pulcritudinis &c. Ut Gentilium sive Paganorum testimonio confirmemus ejusdem vocabuli originem, satis est indicare marmor antiquum apud Sponium (1), in quo DELICATVS quidam dicitur AVGVSTI ADIVTOR A COGNITIONIBVS DOMNICIS. Plura si cupiat de titulo DOMINI, adeat Lector Epistolam ad Virum clarissimum & eruditissimum Paullum Mariam Paciaudi, parte altera (2), a nobis in Urbe datam Kul. April. Anno MDCCXLVII. & ea, quæ paullo post adjecimus in Dissertatione Apologetica (3).

Post hæc omnia de NATALITIIS, deque titulo DOMNI præmissa, quibus sancti CHRISTI Martyres, eorumque festi dies vetustiori ævo distinguebantur, jam nunc de ASTERIO differere oportet, cujus NATALIS dies in epitaphio nostro memoratur, & cui DOMNI titulus rite tribuitur. Ex his autem ASTERIVM, nedum Martyrem fuisse cognoscimus, sed præclarissimum Martyrem fuisse, plane colligimus; quum vix unum aliud exemplum, de quo infra erit sermo, animadvertisse meminerimus in antiquitatibus Ecclesiasticis, quas perlustravimus. Itaque NATALI die sancti ASTERII, quasi nota characteris, vel Tribunicia quadam potestate, sive aliqua Consulium indicatione, quibus illa ætate distinguebantur singuli Romanorum Imperatorum anni (4), veteres Christianicolæ in hoc lapide usi sunt, ut Paschalis dies obitus in memoria posterorum perennaret. Verum enim vero, quum plures ejusdem ASTERII nominis insignes Martyres, variis locis pro Christiana Religione fortiter passos colat Ecclesia Catholica, eorumque memoria in vetustis Martyrologiis, & in Romano quoque recolatur, locus in quo lapis repertus est; ac potissime dies passionis ejus, sive NATALIS in eodem saxo notatus, cui ASTERIO ex multis conveniat ac debeatur, indices erunt.

In iplo hujus Dissertationis exordio dictum est, e cæm-

E  
teriis

(1) *Miscellanea erudita antiquitatis &c.* Sectione VI. Pag. 207.

(2) Edit. Romæ Typis Zempelianis. M. D. CC. XXXVI 1. in 4<sup>o</sup>. pag. 16.

(3) Edit. Romæ ex Typographio Zempeliano. cIo. Io. CC. XXXIX. in 4<sup>o</sup>. pag. 16.

(4) Notas Consulares, atque annos Tribunicie potestatis faces esse Historiæ, rebus gestis temporibusque designandis adprime utiles, ac fere necessarias, nullus dubitat. Sed magis ad rem facit lapis vetustus infra producendus, in quo NATALE SVSTI, sive sancti SISTI memoratur.

terii suburbanis, Via Ostiensi, emerfisse lapidem quem illustramus. Dictum pariter Paschasium obiisse IV. IDVS OCTOBRIS, scilicet ejusdem mensis die XII. Rursus hunc diem cum OCTAVO, nempe die, ANTE NATALE DOMNI ASTERII esse copulandum, ex ipso lapide innotescit, & ex huc usque observatis. Nunc ad magis particularia descendantibus occurrit nobis, in Martyrologio Romano DVODECIMO KAL. NOVEMBRIS, hoc est, die *vigesima prima Octobris*, Passio ASTERII Presbyteri, & Martyris; sed ipsa Martyrologii verba par est huc adferre; sunt enim hujusmodi: *Apud Ostia Tiberina sancti ASTERII PRESBYTERI ET MARTYRIS, qui ut in passione beati Callisti Papæ legitur, sub Alexandro Imperatore passus est.* Intercedunt vero dies octo a duodecima die, in qua decessit Paschasius, ad diem vigesimam primam Octobris, in qua festum, sive NATALE ASTERII celebratur, primis vespers (1), seu pervigilio (2), ritu Ecclesiastico, die vigesima per soluto, quod aperte videtur indicare illud ANTE in marmore expressum, Latina phrasi in ceteris consueta, ANTE DIEM &c., qua utitur persæpe Cicero, tum in Oratione pro Publico Quintio (3), & in Lucium Catilinam (4), tum in Epitulis frequen-

tissime.

(1) A primis vespers inchoari festa Sanctorum, indubia res est, nostræ etiam ætatis consuetudine, & usu a majoribus accepto confirmata. Propterea sollempniores esse solent secundis primæ vespere. Illud licebit arguere ab antiquo more Romanorum Pontificum, quo in Cappella Papali utuntur, in ea enim primæ vespere solummodo celebrantur.

(2) Antiquitus non eadem res erat vigilia, ac jejunium, licet postmodum utriusque vocabuli significatio confundi cæperit, nostroque ævo, ni seculus moneatur, eæ voces idem prorsus sonant. Sane veteres Christiani ita vigiliis Sanctorum solebant peragere, ut noctes, quæ diem festum celebrandum præcedebant, psalmodiis & canticis recitandis insomnes ducerent. Eisdem vigiliis Lib. II. ad Uxorem Cap. IV. Nocturnas convocationes nuncupat Tertullianus. Sanctus Isidorus Episcopus Hispalensis, *Originum* Lib. IX. Cap. II. De regnis, & militia vocabulis agens, inquit. Excubitores dicuntur, pro eo quod excubias semper agunt. Sunt enim ex numero militum, & in portibus excubant propter regalem custodiam. Excubias autem diurnas sunt, vigilia nocturna.

Unde & Vigiles. Ab his vero nomen accepisse sacras Patrum nostrorum vigiliis, putamus neminem negaturum, quo pacto *Sacre Stationis* vox, ut idem S. Isidorus ait, *Originum* Lib. VI. Cap. XI. De militari exemplo nomen accepit. De sacris hisce vigiliis multa habet Baronius in Annalibus Ecclesiasticis, & præcipue ad annum Christi LI. num. marg. LXIX. item num. LXX. & num. LXXI.

(3) Operum Tomo I. pag. 4. *Proficiscitur Roma egreditur ante diem IIII. Kal. Februarii, Spurione & Norbano Cos. Quæso ut eum diem memoria mandetis.*

(4) Oratione I. in Catilinam pag. 388. *Meministi ne me ante diem XII. Kalend. Novemb. dicere in Senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus esset ante diem VII. Kalend. Novemb. C. Manlium audacia satellitem atque administrum tuum: nun me fefellit Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis? Verum id, quod multo magis admirandum, dies? Dixi ego idem in Senatu, eadem te Optimatum contulisse in ante diem V. Kal. Novemb. &c.*

tissime (1). Idipsum designabant Græci hac compendiaria nota  $\overline{\text{P}}$ , quemadmodum in Thesauro antiquarum inscriptionum variis locis notari potest apud Gruterum (2), & Fabrettum (3), qui doctissimus vir inquit (4). *Compendium illud  $\overline{\text{P}}$ , loco ad verbi  $\pi\rho\delta\varsigma$  notandum est, tamquam significando temporis adhibitum, cujus vice Latini ANTE DIEM scribere solebant.*

Surius Tomo VII. Vitarum Sanctorum, ad diem XIV. Octobris, sancti Callisti Papæ describens Acta Martyrii, sive Passionem, inquit, ASTERIVM, unum ex Presbyteris ejusdem Callisti, noctu cum Clero sanctum Pontificem tumulasse in cæmeterio Calepodii, Via Aurelia. *Post dies vero sex, in hunc modum prosequitur, tenuit Alexander ASTERIVM Presbyterum, quem præcepit per pontem præcipitari, cujus corpus inventum est in Ostia [5].* Hinc quoque constat, post dies sex a die decimaquarta, jubente Imperatore Alexandro, ASTERIVM subiisse Martyrium. Ergo dicamus oportet, die vigesima prima Octobris in cælum emigrasse. Ita porro legimus in Martyrologio Adonis XII. Kal. Novembris,

E 2

ubi

(1) Ad Lentulum, ad Tyronem, ad Atticum &c. Singula Ciceronis loca huc pertinentia recensere non vacat, neque expedit. Omnis enim industria scribentis circa res obscurissimas versari debet, quo illæ e tenebris eruantur, & lucem qua carent omnibus modis adipiscantur. Ceterum eadem phrasi ANTE DIEM utitur quoque Plinius *Naturalis Historia* Lib. XV. Cap. XVIII. De *Ficorum generibus* scribens: narrat enim quemadmodum Cato *perniciosa odia Carthaginis flagrans, nepotumque Securitatis anxius, quum clamaret in omni senatu Carthaginem delendam, aditit quodam die in Curia præcocem ex ea provincia ficum. Ostendensque patribus, interrogo vos, inquit, quando hoc pomum demum putatis ex arbore? Quum inter omnes recens esse constaret: Atqui TERTIVM, inquit ANTE DIEM scitote decerptum Chertagine, tam prope a muris habemus bustem, statimque sumtum est Punicum tertium bellum, quo Chertago deleta est &c.*

(2) Pag. CCCXXX. num. 5.

(3) *Antiquar. inscription.* Cap. VIII. paginæ 587. num. XCIX. & num. CII.

(4) *Ibidem* pag. 587.

(5) Corpus sancti ASTERII a Sergio II. Ro-

mano Pontifice in Titulum Equitii fuisse translatum notat Baronius in notis ad Martyrologium Romanum ad diem XXI. Octobris lit. c. Rei testimonium legimus etiam in vetusto lapide hoc ævo adhuc existente, muroque prædicti tituli adhibito in descensu ad Hypogeum. Titulus autem Equitii, ut tyronibus, & peregrinis cultoribus sacrarum antiquitatum Romanæ Urbis quoquo modo morem geram, vetustissimus est, & DEO dicatus in honorem sanctorum Silvestri, & Martini in Regione Montium; sed vulgo plerumque dicitur *sancti Martini in Montibus*. Idque nominis habet, non quidem a sancto Martino Papa & Martyre, qui plura passus est ab Imperatore Græco Constante, sæculo æræ christianæ VII. sed ab ejusdem nominis Episcopo Turonensi Martino, qui sæculo IV. sanctitate præfuit. Certe in Synodo Romana sub Symmacho Pontifice celebrata, Ecclesia sancti Martini non semel memoratur; & Equitii Titulus dicitur in subscriptionibus Felicis, Sebastiani, Adeodati, ac reliquorum hujusce Tituli presbyterorum. Consule Mabillonium in Commentariis ad Ordinem Romanum Cap. III. Corpora eorundem sanctorum, nempe Martini Episcopi Turonensis, & Martini Papæ in eadem sacra Æde pietas Fidelium veneratur.

ubi de ASTERIO Presbytero ; & pridie eidus Octobris, ubi de Calisto Pontifice agitur ; ac proinde evidentissimi erroris convincitur Surius, qui post hæc, citato supra loco ait (1), *a quibusdam Christianis sepultum ASTERIVM in eadem Civitate Ostiensi quarto decimo Kalendas Novembris, nempe die decima nona Octobris. Quisque profecto videt luce meridiana clarius, sex integris diebus elapsis post decimam quartam, diem vigesimam primam ex ordine necessario sequi, non utique decimam nonam. Antiquum igitur nostrum Paschasii monumentum adamussim convenire deprehenditur cum Martyrologio Adonis, & Romano.*

Sanctorum Martyrum dies NATALES, quibus gloriosam pro CHRISTO mortem oppetierunt, diligenter adnotari præcepit instituitque sanctus Clemens Romanus Pontifex, si fidem habemus Historiæ Pontificali, quæ Anastasio s. R. E. Bibliothecario tribuitur (2). Antherus etiam summus Pontifex fuit admodum sollicitus, ut Acta Martyrum describerentur (3). Rem urgebat deinde sanctus Fabianus Papa, ut in eadem Historia memoratur (4). Sed invictissimum hujusce moris testimonium habemus in sancti Cæcili Cypriani Epistolis, ubi gloriosissimus Martyr sic ait (5). *Dies eorum, quibus excedunt, adnotate, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus.* Non desunt aliorum sanctorum Episcoporum vetustissima monumenta, quibus ministri sacrorum admonentur de notandis, conscribendisque diligenter Actis Martyrum, prænotatis annis, mensibus, ac diebus passionis eorundem. Quotannis autem easdem commemorationes

(1) Ad diem XIV. Octobris :

(2) In Vita sancti Clementis apud Anastasium Bibliothecarium edit. Rom. Jo. Maria Salvioni Typographi Vaticani an. c. l. d. cc. xxiii. Tom. II. pag. 41. & seqq. legimus. *Hic fecit vii. Regiones dividi Notariis fidelibus Ecclesiæ, qui gesta Martyrum sollicitè & curiosè, unusquisque per Regionem suam, diligenter perquirerent.* Vide quæ ad hunc locum notant Antonius Dadinus Altaserra, Franciscus Bencinius, & Alphonsus Ciaconius.

(3) *Ibidem* in Vita S. Antheri pag. 183. *Hic gesta Martyrum diligenter a Notariis exquisivit, & in Ecclesiâ recendit ; propter quod*

*a Maximo Præfetto Martyrio coronatus est.*

(4) In Vita sancti Fabiani Tomo II. pag. 186. & seqq. *Hic regiones divisi Diaconibus, & fecit vii. Subdiaconos, qui vii. Notariis imminebant, ut gesta Martyrum in integro colligerent.* Vide notationes Altaserræ, Bencinii, Blanchinii, & Pagii, quibus omnia plene illustrantur.

(5) Epistola xxxvii. Ad Clerum Chartaginensem De Confessoribus in carcere constitutis. Cyprianus autem dicitur cognomento Cæcilius, quod fuerit a Presbytero hujus nominis baptizatus, ut monet S. Hieronymus Lib. de Scripturis Ecclesiasticis.



rationes oblatis DEO incruentis sacrificiis celebrare consuevisse Christifideles idem ipse Cyprianus docet luculentissime (1).

Quid vero de Paschasiani lapidis ætate sentiendum? Nos quidem opinamur, tertio Ecclesiæ sæculo, quo CYPRIANVS, & ASTERIVS pariter occubuere, insculptum fuisse marmor cum epitaphio Paschasii. Nostræ hac de re conjecturæ sunt hujusmodi. Alexandro Severo Imperatore, sæculo tertio ineunte, Martyrii palma ASTERIVM esse coronatum die vigesima prima Octobris; Paschasium vero diebus octo ante ejusdem ASTERII NATALE, sive annuam passionis commemorationem decessisse perspeximus. Quare etsi annus, quo ASTERIVS Martyrium subiit minime descriptus fuerit in nostro epitaphio; tamen non longe ab heinc (& fortasse ipso Alexandro adhuc superstite, licet non eodem anno, quo ASTERIVS est passus), Paschasium occubuisse existimamus. Putandum certe, ex populi in ipsum ASTERIVM cultu tunc recens exorto, atque insigni motum epigrammaticum, ejusdem sancti Martyris memoriam in tumulo notandam selegisse ex pluribus, qui commemorari poterant æque præclaris Martyribus. Paschasium vero fidicamus ASTERII socium vel discipulum, sive etiam Patria Ostiensem fuisse, fortasse non longe a vero aberraverimus. Porro in cæmeterio Lucinæ depositus fuit eadem via Ostiensi, quo loci idem sanctus Martyr ASTERIVS agonem sustinuit. His conjecturis de ævo Paschasiani epitaphii utcumque prolatis, si animum ad ea advertamus, quæ de obitu Martyrum describendo, sancti Romani Pontifices Clemens, Antherus, & Fabianus sapienter constituerunt, ac etiam in sua Carthaginensi Ecclesia præceperat sanctus Cyprianus, ut paullo ante diximus, haud difficile erit adserere hunc lapidem eidem sæculo III. tribuendum esse, in quo Patrum mandata, sanctiones & decreta singulari observantia implebantur.

Ab hoc nostro epitaphio non omnino discrepans est titulus ille sepulcralis sanctorum Tiburtii, Valeriani, & Maximi, qui olim teste Antonio Bosio (2), locum indicabat, ubi eorundem

(1) Epist. xxxiv.

(2) In notis ad Literas Paschalis 1. Papæ De

revelatione & inventione corporis beatæ Cecilia Virginis & Martyris, §. 7. pag. 141. Eam.

dem corpora in cæmeterio Callisti quiescerent, nunc vero muro infixus est in sanctæ Cæcilie Ecclesia exstructa Romæ in regione Transtiberina (1). Ille autem titulus sic se habet (2).

*sic*

SANCTIS MARTYRIBVS TIBVRTIO  
BALERIANO ET MAXIMOS QVORVM  
NATALES EST XVIII. KALendas MAIAS

Nobis autem hic titulus, quamvis multa vetustate spectabilis adpareat, longe tamen ea tempestate recentior videtur, quæ hi Martyres passi sunt, quaque Paschasius interiit. Quamobrem nostra magis interest spectare marmor antiquum ab eodem Bolio editum (3), quod utrimque scriptum est, nempe a Gentilibus parte una, parte vero altera a primoribus Christianis. Pars, quæ ad Christianos pertinet hæc est (4).

*sic*

PRINCIPALIS  
QVI BIXIT ANNIS  
XLV MESIS II DEPO  
SITVS NATALE SVSTI  
BENEMERENTI CESQVET IN PACE

Plane NATALE SVSTI, sextam diem indicare arbitramur mensis Augusti, in quam diem incidit NATALE sancti SIXTI hujus nominis II. Papæ & Martyris præclarissimi, quique sæculo III. vix ultra dimidium excurrente, ut Martyrologium Romanum habet, in persecutione Valeriani: *gladio animadversus, Martyrii coronam accepit*. Hinc probe ejusdem NATALI ad epocham depositionis PRINCIPALIS firmandam, eamque posteritati demonstrandam usi sunt,

Eandem inscriptionem adfert quoque Boldettus: *Offervaz sopra i Cimiterj de' santi Martiri* &c. Lib. I. Cap. XLV. pag. 234. & novissime Georgius in notis ad Martyrologium Adonis xviii. Kal. Maii in Natali sanctorum Martyrum Tiburtii, Valeriani, & Maximi pag. 157.

(1) Agit de hac Basilica Ciampinius Tomo II. *Veter. Monim.* Cap. xxvii. & nos in *Dissertatione Glyptographica* aliquid de eadem adrigimus Cap. xii. Sed plura habent Octavius Pancirolus *I Tesori nascosti nell' alma Città di Roma*,

Pompejus Ugonius, *Historia delle Stazioni di Roma* &c. aliique.

(2) Hoc epitaphium in Hypogeo illius Basilicæ servatur, sed non nisi ad ea tempora referendum videtur, quibus memoriæ traditur, Pascha-lem I. Pontificem Maximum corpus sanctæ Cæcilie Virginis & Martyris invenisse.

(3) *Roma sotterranea* &c. Lib. II. Cap. LXI. pag. 482.

(4) Eundem lapidem, admodum immutatum, videtis apud Gruterum Pag. CCLVII. num. 9.

sunt, qui memorato PRINCIPALI epitaphium inscripserunt. SVSTVS, idest SIXTVS, legendum esse in duabus antiquis pateris vitreis, non autem IVSTVS, ut Paullus Aringhius perperam interpretatur (1), solidis argumentis ostendit alibi laudatus Bonarrotius in adnotationibus ad vitrea fragmenta (2). Illam ipsam pateram vitream [in qua SIXTVS, ac TIMOTHEVS sedentes expressi sunt, quibus IESVS CHRISTVS coronam præbet], sive aliam potius illi admodum similem, quæ in Museo Victorio servatur, ut Lectori satisfaciamus, non imminutam modulo, sed in sua vera magnitudine delineatam, cælatamque heic exhibemus.



Aliud vitrum antiquum, in quo circa duas stantes imagines sacrum volumen manu gerentes, eodem modo legitur, heinc

TIMO-

(1) *Roma Subterranea* &c. Tomo II. Lib. IV. Cap. XLVII. pag. 405. Vitrum antiquum, in quo una PETRVS, PAVLVS, DAMASVS, ac SVSTVS auto delineati sunt, ex Aringhio vulgavit iterum

Franciscus Blanchin. in Prolegom. ad Anastasii vitas Romanor. Pontif. Tom. II. Pag. xxviii.

(2) *Osservaz. sopra alcuni Frammenti di vetro ornati di figure* &c. Pag. 53. & p. 54.

TIMOTHEVS, inde vero SVSTVS, ut in aliis hujusmodi vetustissimis sacris monumentis supra recensitis animadvertimus, edidit Boldettus (1).

Hanc eandem nonnullorum veterum Christianorum verepiam consuetudinem indicandi defunctorum suorum diem emortualem, aut depositionis, annua recurrente aliqua Sanctorum celeberrima sollempnitate illa ipsa die, nobis videmur agnoscere in lapide PECORII, vase sanguinis a Christifidelibus prælignato. Edidere lapidem Lupius (2), Marangonius (3), Muratorius (4), & nuperrime Corsinius (5). Porro lapis est hujusmodi.

PECORI DVLCIS ANIMA BENIT IN CIMITERO VII IDVS IVL. D. P. POSTERA DIE  
MARTYRORV

Quum igitur VII. Idus Julii PECORIVS illatus fuisse dicatur in cæmeterium, videlicet die IX Julii, fortasse argui potest, vel ipsum obiisse die VIII. Julii, vel etiam aliqua præcedenti die; non enim corpora defunctorum, statim ac vita hi exierant, humo consignabantur, ut in sequentibus notationibus exponimus (6). Verum, diem depositionis PECORII certam ex eodem titulo deprehendimus: depositus enim dicitur, sive tumulatus PECORIVS, vel POSTERA DIE, qua BENIT IN CIMITERO MARTVRORV, nempe die X. Julii, qua die sanctorum Martyrum VI. filiorum sanctæ Felicitatis memoria in Urbe sollempnis reolebatur (7); vel si mavis, POSTERA DIE MARTVRORV, hoc est die XI. Julii, quæ Festum diem eorumdem sanctorum sequitur. Etenim Tò MARTVRORV, utrobique opportune situm, inquit laudatus Lupius (8).

Reliquum esset, ut aliqua diceremus de Paschasii depositione. At de hoc argumento nil aliud præterquam ea, quæ ad Grammaticam, atque ad etymologiam vocis spectare possent,

QUO-

(1) *Observaz. sopra i Cimiterj de' santi Martiri &c.* Lib. 1. Cap. xxxix. pag. 194. Tab. 111. num. 6.

(2) *De Epitaphio Severa Martyris illustra.* 2o *&c.* S. xviii. pag. 181.

(3) In Appendice ad Acta sancti Victorini pagina 101.

(4) *Novus Thesaurus antiquar. inscript.*

(5) *Nota Græcorum collecta & illustrata &c.*

(6) Pag. 41. 2.

(7) De sancta Felicitate infra sermo redibit pag. 74. & pag. 75.

(8) Pag. 181.

quorum nonnulla, etsi obiter, adtigimus in sanctorum septem Dormientium Historia (1), dicendum succurrit. Nam ejusdem depositionis dies in lapide minime adnotatus fuit, ac ideo quotuplex hora, diesque excurrerint ob obitu Paschasii ad depositionem in tumulo scire non possumus, quum multi diebus pluribus, antequam tumularentur, jacuerint, quemadmodum ex antiquis lapidibus, aliisque monumentis aperte cognoscimus (2).

## F

## Ita-

(1) Edit. Romæ ex Typographio Palæaritano. Cl. D. CC. XL I. in 4<sup>o</sup>. Cap. XII. Verum, NATALEM, Depositionem, Festivitatem &c. promiscue adhibitas observant Bollandiani Tomo v. Junii in Analectis de sanctis Petro & Paulo §. XX. num. 125 pag. 475. Colum. 2. Videndus S. Ambrosius Sermone LVII. *In die depositionis sancti Eusebii*. Edit. Monachor. Congreg. S. Mauri, Paris. 1690. Tomo II. Idem sermo in aliis editionibus, alibi notatur num. XVI. alibi num. LXX. &c.

(2) Boldettus Libr. II. Cap. VI. pag. 398. lapidem adfert vetustissimum, quem Pater, nomen suum reticens, posuit ASVRIO VICTORI FIZIO DVLCISSIMO. In eo legitur. DECESSIT XI. KAL. APR. DEPOSSONE. X. KAL. APR. Decessit ergo ASVRIVS die XXII. Mensis Martii, depositus vero fuit sequenti die XXIII. Itaque *dies unus* intercessit ab obitu ad depositionem in tumulo. Idem liquet ex epitaphio LEONIS supra a nobis recensito. Etenim III. IDVS MAIAS FATVM FECIT LEO ET DEPOSITVS fuit PRIDIE IDVS MAIAS.

Alium lapidem protulit idem Boldettus Lib. II. Cap. VI. pag. 396. pariter a nobis in hac Dissertatione exscriptum. In eo CHALOTES dicitur DEFVNCTVS PRI IDVS JAN. DEPOSITVS XVIII. KAL. FEB. Obiit igitur die XII & depositus fuit die XIV. mensis Januarii. Ergo *dies duo* ante quam tumularetur excurrerunt. Similis est titulus IVLIAE, quem ex editore Severano infra vulgabinus; ea enim SANCTO MARTVRI LAVRENTIO devota EXIBIT, nempe *exiit* III. KAL. OCT. DEP. KAL. SS. videlicet *deposita Kalendis sequentibus*. Julia itaque defuncta est die XXIX. Septembris, tumulata vero die prima Octobris.

Marmor aliud prælaudatus Boldettus vulgavit Lib. II. Cap. VI. pag. 409. ex quo *tres dies* effluxisse discimus, ante quam ROGATIANVS NAVIGIVS humo mandaretur. REDDIDIT enim spiritum VII. IDVS SEPTEMBRIS, hoc est die VII. DEPOSITVS autem fuit IIII. IDVS. SEPTEMBRIS,

videlicet die X. ejusdem mensis. Habemus etiam hujusce moris exemplum apud S. Hieronymum scribentem ad Virginem Eustochium in Epistola, sive Epitaphio sanctæ Paulæ matris ejus, edit. Veron. Tom. I. Class. IV. Epist. CVIII. Vid. Columnæ 717. & Col. 719. *Hebræo, ait, Græco, Latino, Syroque sermone psalmi in ordine personabant, non solum triduo, donec subter Ecclesiam, & juxta specum DOMINI cederetur, sed &c.* Et in fine. *Dormiuit sancta, & beata Paulæ VII. Kal. Februarias, tertia Sabbati, post Solis occubitus. Sepulta est v. Kal. earumdem. Honorio Aug. sexies, & Aristaneto Confusius &c.*

Pelagia beati Aredii Abbatis mater, ut legimus apud sanctum Gregorium Turonensem Lib. de gloria Confessorum Cap. CIV. postulavit a filio, ne eam *ante diem quartum* sepeliri pateretur: *ut venientes famuli, famularum omnes videant corpusculum meum, nec ullus frustretur ab exsequiis meis de his, quos stultissime enutrivit &c.* Vide ejusdem Gregorii Opera a Ruinartio edita Paris. in fol. MDCXCIX. col. 983. Pelagiam vero in Monasterio Atanensi fuisse tumulatam ibidem notatur.

Muratorius in novo *Thesaurio antiquar. inscriptionum*. Pag. MCMXVI. num. 4. vetustam inscriptionem edidit NILAE FLORENTINAE, quæ nonnisi post *dies novem* sepulcro tradita est. Obiit NILA VII. KAL. OCTOBRES, nempe die XXV. Septembris. Corpus autem ejus PRO FORIBVS MARTVROKVM CVM LOCULO SVO PER PRESBITERVVM HVMATV . . . EST IIII. NON. OCTOBRES, hoc est, die IV. Octobris. Inquit autem S. Augustinus in *Genesis* Cap. L. *Nescio utrum inveniat alicui Sanctorum in Scripturis celebratum fuisse luctum novem dies, quod apud Latinos Novendial appellatur &c.*

De Novendialibus Gentilium, si liceat aliquid heic dicere, consule Kirchmannum de *Funeribus Romanorum* Lib. IV. Cap. I. Guthegium de *Jure Manium* Lib. I. Cap. XVI. & Cap.

Itaque lubet potius integram phrasim expendere, quæ sequitur in epitaphio, DEPOSITVS IN PACE, illamque pro viribus illustrare.

Communis hæc est formula veterum Christianorum, qua se invicem fraterna charitate dilexissè testabantur; PAX enim non quomodo eam dat mundus, a CHRISTO data est Apostolis, & Discipulis suis (1). Arcanum igitur mysterium in illis verbis comprehenditur; & quoniam DEVS amator est PACIS, & CARITATIS (2), quando aliquis Christianorum DEPOSITVS IN PACE commemoratur, hunc intelligas oportet vixissè, atque obiissè IN PACE ECCLESIAE CATHOLICAE, hoc est IN COMMVNIONE SANCTORVM, & in BENEDICTIONE DOMINI (3). Disertissime id intelligitur ex hoc vetusto marmore (4).

PARENTES FILIO MERCVRIO FECE

RVNT. QVI VIXIT ANN. V. ET MESES VII III.

NATVS IN PACE QVINTV IDVS FEBRV.

In eo quidem non DEPOSITVS, non IN PACE obiissè dicitur

MER-

Cap. xxvii 1. Joannem Rosinum *Romanar. antiquitat.* Lib. v. Cap. xxxix. & Servium ad Virgilii *Eneidos* Lib. v. Vers. 64.

*Præterea si nona diem mortalibus alnum Aurora extulerit &c.*

Item Lib. vi. Vers. 218. Vide etiam Plinium *Naturalis Historia* Lib. vii. Cap. lxi. & alios &c. Sed in sacris Scripturis, *Genesis* Cap. l. Vers. 10. & Lib. *Ecclesiastici* Cap. xxi. Vers. 13. *Dies vii. Luctui & exsequiis adsignantur (etsi alibi aliter se res habeat): fatuis autem, & impiis omnes dies vita illorum.*

Si igitur aliquando memoriae traditum contigerit invenire, corpus alicujus pietate insignis viri inhumatum existitissè longiori temporis spatio, quam mos tulerit, puta per mensem; aut etiam mense diutius, illud in exem-

plum minime producendum est, quum desiderio populi satisfacturi, religionis ergo id æquum esse censuerint, ac ita præter consuetudinem permiserint ei, ad quos pertinet ea de re suffragium ferre ac judicare.

(1) *Joannis* Cap. xiv. Versic. 17.

(2) S. Cyprianus Lib. *De Oratione Dominica* Col. 416. DEVS PACIS, & CONCORDIAE *Magister* &c. & paullo supra inquit. *Ante omnia PACIS doctor, atque VNI TATIS Magister &c.*

(3) Videtis Fabretum *Antiquar. Inscription.* Cap. x. pag. 757. num. 628. apud quem in lapide antiquo legitur DEPOSITVS HERILA COMES IN PACE FIDEI CATHOLICAE &c. Eamque loquutionem hoc suo epitaphio in Basilica Liberiana posito imitatus est Justus Fontaninus Archiepiscopus Ancyranus.

D. O. M

† IVSTVS. FONTANINVS. EX. FORO IVLIO. VENETORVM  
EVIVS. BASILICÆ. CANONICVS. ARCHIEP. V<sup>S</sup> ANCYRAN. V<sup>S</sup>  
ET. ABBREVIATOR. SACRI. PALATY

sic

H . S . E

QVIEVIT. IN. PACE. FIDEI. CATHOLICÆ

ANNO. SAL. MDCCXXXVI. DIE. XVII. APRILIS

NATVS. ANNO. MDCLXVI. DIE. XXX. OCTOBRIS


Signe H. S. E. vetusto more adhibitæ, ita exponuntur. HIC SITVS EST.

(4) *In Appendice ad Acta S. Victorini Episcopi*

*pi Amiterni, & Martyris, annis superioribus, a Marangonio illustrata pag. 88. Ubi de Cæmeterio SS. Thrafonis, & Saturnini &c.*

MERCVRIVS, sed NATVS IN PACE, quod ita explicatur, videlicet quod vixerit IN COMMVNIONE SANCTORVM; ideoque ex morte NATVS, NOVAM inceperit vitam vivere CVM DOMINO in cælis, CVM SANCTIS, beatissimam, felicissimam, plenam veræ PACIS.

Quantum DOMINVS IESVS CHRISTVS dilexerit PACEM, ex eo satis intelligitur, quod nasci voluit, *toto Orbe IN PACE composito* (1). Quando natus in mundo est, & in præsepio reclinatus, Angelorum chorus cecinit: *Gloria in altissimis DEO, & in terra PAX hominibus bonæ voluntatis* (2). Cumque mundum relicturus esset, perfecto absolutoque humanæ redemptionis opere, ita discipulos suos adloquutus est. *PACEM relinquo vobis: PACEM meam do vobis* (3). Rursus post obitum in Cruce, & gloriosam resurrectionem suam, stans IESVS in medio Discipulorum suorum, ut ait sanctus Lucas in Evangelio, dixit eis (4). *PAX vobis, ego sum, nolite timere &c.* Ceterum multa de PACE antiquorum Christianifidelium scripserunt vetusti Patres; maxime verò sanctus Cyprianus in Epistolis suis, & iterum in Libro De Lapsis (5). Libro autem de Unitate Ecclesiæ in hunc modum edisserit (6). *Hanc nobis hæreditatem dedit, dona omnia suæ pollicitationis, & præmia in PACIS conservatione promisit. Si cohæredes CHRISTI sumus, in CHRISTI PACE maneamus. Si filii DEI sumus, PACIFICI esse debemus. Beati, inquit, PACIFICI, quoniam ipsi filii DEI vocabuntur. PACIFICOS esse oportet DEI filios, corde mites, sermone simplices, affectione concordēs, fideliter sibi unanimitatis nexibus cohæredes. Hæc unanimitas sub Apostolis olim fuit. Sic novus credentium populus DOMINI mandata custodiens CARITATEM suam tenuit &c.* Sed mira de PACE prædicarunt etiam Prophetæ, ac potissime Isaias in vaticinio de CHRISTI NATIVITATE, quem PRINCIPEM PACIS appellat (7), PACIS VERO, CUIUS NON ERIT FINIS (8).

Signum sive Monogramma A  ω, quod post Epitaphium Paschafii

F 2

schafii

(1) Adi Martyrologium Romanum VIII. Kal. Januarias.

(2) Luca Cap. II. Versic. 14.

(3) Joannis Cap. XIV. Versic. 27.

[4] Cap. XXIV. Versic. 36. Vide quoque Joannis Cap. XX. Versic. 19. Item Versic. 21. & Versic. 26.

(5) Sæpe in suis Epistolis agit de bono PACIS sanctus Cyprianus, & non semel Libro de Lapsis ac etiam alibi frequenter.

(6) Columna 406. Edit. Venet. in fol. An. MDCCXXVIII.

[7] Cap. IX. Versic. 16.

[8] Isaias ibidem Versic. 7.

schafii expressum est, Græcis literas x. & p. simul apte compositas, atque insertas comprehendit, a quibus literis initium sumit divinum Nomen ΧΡΙΣΤΟΣ. De eo multa diximus illustrantes Lucernam fictilem, veterum Christianorum anaglypho insignitam (1). Illud tamen Commentarium a nobis elaboratum, quod item in Dissertatione Apologetica paullo ante vulgata memoravimus (2), nondum in vulgus prodiit; ipsam vero Lucernam ex Museo Victorio produximus in lucem ænea tabula cælatam, ornatamque aliis eorundem antiquorum Christifidelium sacris lypsanis (3). Porro characteres A & ω in lapide Paschafiano, utrimque ad Monogrammati centrum, sive umbilicum cælati, CHRISTVM indigitant, qui de se ipso inquit (4). *Ego sum Alpha, & Omega; primus, & novissimus; principium & finis.* Verum enim vero illos characteres, ideo Monogrammati aliquando admixtos fuisse credibile est, ne ullus unquam dubitandi locus, sive suspicio foret de Gentilitate. Etenim Monogramma purum in quibusdam numismatibus Ptolemæorum Regum Ægyptiorum (5), cusum fortasse adverterant Christiani. Idcirco, etsi Monogramma istud Ægyptium aliam omnino rem denotaret ab ea, quam designat sacrum Monogramma [6]; tamen ut unum ab altero prorsus secerneretur, CHRISTI Monogrammati mysticos hosce characteres a Fidelibus adpositos esse crediderim. Hæc autem Signum loculis defunctorum cælare, vel effigere pictis coloribus sollemne habebant ipsi Fideles, ut intelligeretur CHRISTI Confessores

[1] Dissertationis titulus hic est, *De CHRISTI Nomsne Monogrammate expresso, Lucerna fictili veterum Christianorum; aliisque sacra antiquitatis monumentis, qua in Museo Victorio existant, illustrato.* Hæc autem Dissertatio nondum edita est.

(2) Videfis pag. 38.

(3) Anno cld. Id. cc. xxxv.

[4] Joannes in *Apocalypsi* Cap. xxii. *Verse.* 13. Ibidem Cap. 1. *Verse.* 8. Eandem sententiam habemus etiam non semel in Libris Prophetarum.

[5] De hoc Monogrammate in numismatibus Ptolemæorum Regum expressi multi sunt qui meminerunt. Antonius Augustinus Dialogo 1. Ja-

cobus Gretserus Tomo 1. *De Cruce*, Lib. II. Cap. xxxvi 11. Laurentius Pignorius *Symbolarum Epistolicarum* Lib. 1. Epist. xxiv. aliique non pauci. Hujusmodi numisma servabat in suo Museo Augustinus. Vidit Romæ apud Lælium Paschalinum Pignorius. Vidit quoque in Bibliotheca Ingolstadiensi Gretserus. De illo autem Monogrammate non omnes interpretes conveniunt, putantibus aliis signum id esse monetarii: aliis cognomen Ptolemæi, qui numisma cudit. Adi, si vacat, nostram Dissertationem Apologeticam supra citatam, *De quibusdam Alexandri Severi Numismatibus* pag. 38.

[6] Vid. Fossum cum Severano, *Roma Sotterranea* Græc. Lib. IV. Cap. xxxi.



fores fuisse illos, qui in tumulis eodem Signo distinctis condebantur.

Ne quidquam infalutatum omittamus, quod in Paschasiano lapide censetur animadversione dignum, scrutemur nunc oportet quidnam sibi velit Frons illa in epitaphio impressa. Fortasse aliqui dicent, ad significandam humanæ conditionis fragilitatem hujusmodi Frondes insculptas fuisse; illorumque opinio fundamento non caret; dum enim sponte sua frondes cadunt ex arboribus, Ver, imo Æstatem quoque, & Autumnum cessasse unufquisque novit, simulque deprehendit vigere hyemale frigus, quod est ultimæ ætatis symbolum notissimum (1). Quum ergo Paschasius annos natus XXI I. vita excefferit, quarto eidus Octobris, Autumno plane declinante, ex ipso Frondis indicio, immatura morte obiisse clare pernoscitur. Tali animadversione castigari facile poterant mores hominum, qui euntes per cæmeterii ambages, admonebantur, mortem non parcentem ætati, non

[1] Heine Evander ætatem suam annis gravem comparans cum juvenili Æneæ apud Virgilium *Æneid.* Lib. vi 111. Versic. 508. ait.

*Sed mihi tarda gelu, sacisque effata senectus  
Invidet imperium, seraque ad fortia vires.*

Stattius quoque *Thibaidos* Lib. 111. Vers. 384.

*Non juvenum modo, sed gelidis, & inertibus  
ævo*

*Pectoribus mens una subit &c.*

Pari modo Cicero Lib. 11. *De Divinatione* pagina 341. *Arbores*, hyemali tempore, *senescere* inquit, & Lib. v. *De Finibus bon. & mal.* pagina 126. *Vitam vivere, & mori; arboremque & novellam & vetulam, & vigere & senescere.* Plinius quatuor ætates in arboribus observat, videlicet *Pubertatem* Lib. x111. Cap. xx11. *Adolescentiam* Lib. xvi. Cap. xxxiv *Juventutem* Lib. xv11. Cap. xv11. *Senectutem* Lib. xv11. Cap. xxv11. S. d. terræ quoque *Senectutem* Lib. xv11. Cap. v. Sic etiam alibi idem Plinius de arborum, herbarumque ætatibus agit.

Hæ vero quatuor anni partibus respondent, nempe *Veri, Æstati, Autumno, Hyemi* Cicero in *Catone majori*, sive Lib. *de Senectute* pag. 513. *Ver enim tamquam Adolescentiam significat, ostenditque fructus futuros: reliqua tempora demerendis fructibus, aut percipiendis accommodata sunt.* Nemo autem Ovidio melius inca sententia, paucis hæc omnia perstrinxit

Lib. xv. *Metamorphoseon* Vers. 199. & seqq.

*Quid? Non in species secedere quattuor annum  
Adspicis, atatis peragentem imitamina nostra?*

*Nam tenet & lactens, puerique simillimus ævo  
Vere novo est: tunc herba nitens, & roboris  
expers*

*Target, & insolida est, & spe delectat agre-  
stes &c.*

Et paullo post.

*Transit in Æstatem post Ver robustior annus,  
Fitque valens juvenis: neque enim robustior ætas  
Ulla, nec uberior, nec que magis ardeat ul-  
la est.*

*Excipit Autumnus, posito fervore juvenis  
Maturus, mitisque, inter juvenemque, se-  
nemque,*

*Temperie mediis, sparsus quoque tempora canis.  
Inde senilis Hyems tremulo venit horrida passu,  
Aut spoliata suos, aut quos habet, alba, ca-  
pillis.*

*Nostra quoque ipsorum semper, requieque sine  
ulla*

*Corpora vertuntur: nec quod fuimusque, si-  
musque*

*Cras erimus &c.*

Postea ætates hominis eleganter describit Ovidius, idemque Lib. 11. *Metamorphoseon* Vers. 30.

*Hyemem Senectuti adsimilat.  
Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos &c.*

non conditioni, inopinam imminere (1). Alia etiam non spernenda opinio est; Quum enim Frondes quotannis erumpant Vere novo, memoriam illorum, quorum tumulis inscalptæ conspiciuntur (2), virentem in mente posterorum, ac permanentem esse debere, quodammodo ostendunt. Sane illud a posteris suis expetunt, qui sibi epitaphia tumulo cæleri vel curant, vel præcipiunt. Ita Virgilius ait (3).

*Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen.*

Ovidius etiam post Phaëtonis casum scribit [4].

*Corpora dant tumulo, signant quoque nomine saxum.*

Et Lucanus magis late ea de causa dixit (5).

..... *Nullum sine nomine saxum.*

Hujusmodi signis Gentiles aliquando usos fuisse. Poëta magnus docet; *Florem* nempe memorans effectum ad Ajacis Telamonii sepulcrum, & ad Achillis tumulum *Amaranthum*, quibus signis Heroum illorum bona fama significabatur, ex optimo *Flo-*  
*rum* odore ducta comparataque similitudine, eademque transla-  
ta ad

(1) Inquit Cicero *De Finibus bon. & mal.* Lib. 1. pag. 59. *Accedit etiam mors, quæ quasi saxum Tantalò, semper impendet,* & Lib. 1. *Tusculanar. Quæstion.* qui est de contemnenda morte pag. 157. ait. *Itaque non deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet, & propter brevitatem vitæ, numquam longe potest abesse, quominus &c.* Adhuc magis ad rem in *Catone majori*, sive Lib. *de Senectute* pag. 512. *Quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperum esse victurum?* Omni enim ætati communem esse mortem scribit. Inde Horatius citam appellat mortem *Carminum* Lib. 11. Ode xv1.

*Abstulit clarum cita mors Achillem.*

Et Lib. 1. *Sermonum.* Ecloga 1.

..... *Horæ*

*Momento cita mors venit &c.*

Tibullus Lib. 1. *Elegia* 111. *Immitem & rapacem* dicit mortem. Silius Italicus *Bellorum Punicorum* Lib. v111. Versic. 142. *Instantem* nuncupat. Sed si omnes de eadem re Scriptorum sententias, quæ huc collineant, proferre conarer haud facile esset dicendi finem facere, omnisque ætatis homines videmus quotidie interire. Juvabit tamen ex Patribus sanctum Bernardum audire, qui in Sermone, sive Lib. *de*

*conversione ad Clericos* Cap. viii. C. lu. an. 484. Operum Volumine 1. ita inquit. *Quid vero in rebus humanis certius morte, quàm hora mortis incertius invenitur? Non misera ut inopiam, non divitias reveretur, non generi cuiuslibet, non moribus. NON IPSI DENIQUE PARCIT AETATI. NISI QVOD SENIEVS QVIDEM IN IANVIS, ADOLESCENTIBVS AVTEM IN INSIDIIS EST.*

(2) Virgilius *Bucolicor.* Ecloga 111. Vers. 57. Ver describens ait.

*Nunc frondent sylva, nunc formosissimus annus &c.*

Juvenalis Satyra vii. Vers. 207. idipsum adtingit.

*Dii majorum umbris tenuem & sine pondere terram*

*Spirantesque crocos, & in urna perpetuum Ver &c.*

Perfius quoque Satyra 1. Vers. 38.

..... *Nunc non e Manibus illis Nunc non e tumulo, fortunataque favilla Nascentur viola &c.*

(3) *Bucolicorum* Ecloga v. Vers. 42.

(4) *Metamorphoseon* Lib. 11. Vers. 326.

(5) *Pharsalicorum* Lib. 1x. Vers. 976. De Luciano vide *Chronicon* S. Hieron. ad an. x. Neronis.

ta ad eorundem gloriam significandam circumquaque diffusam, qua totum Orbem strenuissimi viri claritate nominis, & virtutis laude repleverant (1). Quos vero Gentilium mores adoptavit Ecclesia, eos omnes sua auctoritate, piisque majorum nostrorum institutis sanctificavit: *nihil enim in Ecclesia DEI mysterio vacat*, quemadmodum sapienter monet Tertullianus.

Vetustæ consuetudinis spargendi Frondes circa defunctorum Christianorum tumulos meminit Prudentius, inquiens (2).

*Nos tecta forebimus ossa  
Violis & FRONDE frequenti,  
Titulumque, & frigida saxa  
Liquido spargemus odore.*

Illustrat eandem consuetudinem Guillelmus Durandus Episcopus Mimatensis in suo Rationali Divinorum Officiorum [3]; narrat enim Christianorum cadaveribus substerni consuevisse in sarcophagis *Hederam*, vel *Laurum* [4], aliaque his similia, quæ viriditatem conservant, *ad significandum*, ut ipse ait, *quod, qui moriuntur in CHRISTO, vivere non desinent. Nam licet mundo moriantur secundum corpus, tamen secundum animam vivunt, & reviviscunt DEO*. Ad hæc quoque pertinent alia, quæ ab eodem Guillelmo memorantur, unaque cum cadaveribus defunctorum Christianorum in sepulcris reponi solebant, videlicet *Carbones*, *Thus*, *Vas aqua repletum*, quam *Sanctam* nuncupamus, quod divinis mysteriis sanctificetur [5]. Vas hujusmodi repertum fuit mense Decembri anno MDCCXLIV. ad Ædem sanctæ Cæcilie in Regione Transiberina, dum amplis porticibus, domoque ante aream Eccle-

(1) Plinius *Naturalis Historia* Lib. XXI. Cap. 111. *Florum quidem Populus Romanus honorem Scipioni tantum adhibuit . . . . Affes ergo contuli Populus, ac funus elocavit: quaque parte ferebatur, flores e prospectu omni sparsit &c.*

(2) Hymn. *In exsequiis defunctorum*. Sanctus Præullinus Natali 111. sancti Felicis scribit. *Spargite flore solum, pratextite limina fertis, Purpureumque Ver spiret hyems, sit florens annus.*

*Ante diem &c.*

[3] Lib. VI. Cap. XXXV. Floruit Durandus

Sæc. XII. Obiitque an. MCCI ve.

[4] *De Lauri foliis* in veteribus loculis mortuorum repertis aliqua animadvertit Dominus Gregorius Placentinus Monachus ex Ordine S. Basilii Magni in sua *Diatriba*, quam inscripsit *De sepulcro Benedicti IX. Pontificis Maximi in templo Monasterii Crypta Ferrate detecto &c.* Edita Romæ an. MDCCXLVII. in 4<sup>o</sup>. pag. 55.

[5] Lib. VII. Cap. XXXV. *Ponitur in sepulcro Aqua benedicta, ne demones, qui multum eam timent, ad corpus accedant, solent enim deservire in corpora mortuorum, ut quod nequi verunt in vita, saltem post mortem agant.*

Ecclesiæ exædificandis, per fabros murarios fundamenta foderentur. Detecto enim monumento cujusdam Teclæ, quadratis majoribus laterculis compacto, Vas ex argilla in eo collocatum prope cadaver visum est, & fortasse *Frondes*, aliaque supra memorata reperta sunt, sed nihil tale ad nos fama pertulit, & facile omnia perdidit incuria; eidem vero monumento vetusta hæc marmorea inscriptio adhærebat.



Legitur autem sic. TECLA FIDELIS, quæ IN PACE VIXIT MENSIBVS VIII (1), & dicitur FIDELIS, quod admodum infans baptizata esset. Illustratur vetusto hoc epitaphio Canon *Parvuli Fideles* (2). Etenim ante rationis usum TECLA appellatur FIDELIS.

Sanctus Hieronymus ad Pammachium scribens de morte Paullinæ uxoris ipsius Pammachii, inquit (3) *Ceteri mariti super tumulos conjugum spargunt Violas, Rosas, Lilia, Floresque purpureos, & dolorem pectoris his officiis consolantur. Pammachius noster sanctam favillam, ossaque veneranda eleemosynæ balsamis rigat &c.* Aliqua de hac eadem re obiter exposuit vir doctissimus Fr. Thomas Maria Mamachus Ordinis Prædicatorum, Theologus Casanatensis (4), de re ipsa fusius alibi tractaturus. Mos autem nostra etiam ætate perseverans spargendi *Frondes, Floresque per vias*

[1] Vide quæ diximus de *Sigma-Tau*. pag. 14. & seq.

[2] De *Consecrat.* Dist. IV.

[3] Epistolarum Classe 11 I. Epist. LXVI. Operum Tomo 1. Edit. Veron. in fol. M. DCCXXXIV. Columna 394. Idem sanctus Hieronymus de *Epitaphio Nepotiani ad Heliodorum* Epist. LX. scri-

bit. Quotiescumque nititur in verba prorumpere, & super tumulum ejus, epitaphii hujus flores spargere, toties implentur oculi, & totus in funere sum.

(4) *Originum & Antiquitatum Christianarum &c.* Tomo 1. Lib. 1. Cap. III. §. XXVI 11. pag. 183.

vias, plateas, & templa, dum celebrantur sollemni ritu aliquæ Festivitates, vel ab ipsis Festis sæcularibus Gentilium duxit originem, in quibus *Fronde*, & *Flores* nonnumquam spargi consueverant (1); vel etiam ab iis, quæ supra narravimus, fluxisse facile existimandus est, usu funerum & consuetudine, quæ latebat in sepulcris, conversa, & exposita in lætitiæ signum, ut vere dies obitus, NATALIS dies intelligeretur, & proponeretur jucundiori adspectu, Fidelibus ad exultandum in hisce sollemnitatibus (2), infidelibus ad confusionem, ut qui nostros ritus sanctissimos irrident, si velint, & DEVS annuat, ab erroribus, & cæcitate, vitiisque mentis, quibus falluntur, ea occasione trahente illos ad sacras Ædes, ad bonam mentem frugemque redeant, & facilius resipiscant.

Gradum autem facientibus nobis ad reliqua illustranda sacræ vetustatis *κειμήλια*, quæ in eadem Tabula æri cælata, & huic Dissertationi præposita exhibentur (3), multa plane occurrunt, quæ nostras curas studiumque excitant, & humani Lectoris intentum facilemque animum, & propensam voluntatem exposcunt ac requirunt. Igitur neminem latere potest Prudentium veterem Poëtam Christianum multis carminibus pie docteq; conscriptis illustrem, Hymnum in honorem sancti LAURENTII Martyris elucubrasse, in quo passionis ejus historiam tanta fide, tantaque sedulitate prosequutus est, ut qui legerint, eandem depictam, seu potius præsentem spectare

G

Mar-

[1] Lucretius *de rerum natura* Lib. 11. Vers. 624. & seqq. *sacra Cybelis exponens canebat olim.*

*Ergo cum primum magnas invecta per Urbes  
benedicat tacita morales muta salute:*

*Ære atque argento sternunt iter omne viarum,*

*Largifica sive ditantes, pinguntque rosarum  
Floribus, umbrantes Matrem, comitumque cætervas &c.*

Ovidius *Tristium* Lib. 1v. *Elegia* 11. de Germanico triumphante ait.

*Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum,  
Unnique jactato Flore regente vias &c.*

Et Juvenalis *Satyra* 111. Vers. 172. inquit.

..... *ipsa dierum  
Festum, herbofo colitur si quando theatro  
Majestas &c.*

[2] Apertissime S. Hieronymus *Operum* Tomo 1. *Class.* 111. *Epist.* 1x. Ad Heliodorum *Colum.* 338. scripsit. *Hoc idem possumus & de isto dicere, qui Basilicas Ecclesie, & Martyrum conciliabula, diversis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis adumbravit, ut quidquid placebat in Ecclesia, tam dispositione, quam visu, Presbyteri laborem & stultitium testaretur.*

[3] Videbis num. 3. & num. 4.

Martyrem ipsum, Tyrannum etiam & tortores, propemodum sibi videantur (1). Idipsum exprimit gemma vetustissima, opere diagraphico diligenter incisa, cujus ectypon exitat in Museo Victorio, itidemque Lamina plumbea antiquitus utrimque insculpta, & in eodem Museo Romæ servata, quas modo examini, auspice DEO OPTIMO MAXIMO subiiciemus, discurrentes per singula, quæ cultis & eruditis viris animadversione digna videri possunt.

Quæ primo occurrit, Gemma ea est anularis moduli (2), accurati artificis opus non pœnitendum, quæ ab aliquo religioso viro gestabatur olim in memoriam sancti Levitæ LAURENTII, CHRISTI Athletæ fortissimi. Enimvero visitur in ea super prunas imposita ferrea crates, sive craticula (3), & duo comparent lictores, unus heinc, & illinc alter, qui hastis longioribus ignem excitant atque agitant, ut vividius ardeat. Accedit alius tyrannicæ executionis impius minister ad fovendum ignem, lignorum fascem deferens, curvatus dorso, atque humero altero, brevique tunica vestitus, & post pectus præincta, ut reliqui duo priores. Jacet super cratem supinus Martyr LAURENTIUS, manum alteram cælum versus protendens, oraturus DEVM. Industria antiqui gemmæ cælatoris (4), ut unusquisque videt, quo poterat gestu, habituque corporis jamtum perulti, veterum Christianorum orandi morem (5) repræsentavit in hac imagine.

Gra-

(1) Hymnus Aurelii Prudentii scriptus in honorem sancti LAURENTII. Libro ΠΕΡΙΣΤΕΦΑΝΩΝ, sive DE CORONIS, ea commendatione dignus existimatur, ut clariss. Ruinart. in Actis Martyrum sinecristis & selectis, eodem in primis uti necessarium duxerit ad illustrandam ejusdem passionem, cui addidit loca duo insigniora ex libris Officiorum S. Ambrosii: idemque in Admonitione prævia in Martyrium sancti LAURENTII, ait. *Hi sunt indubitata fidei testes & omni exceptione majores, quos ad asserendam sancti LAURENTII Martyris veritatem profero.* Vide §. 2. Edit. Veron. in fol. MDCXXXI. pag. 162. Sæpius vero cum ejusdem Prudentii aliis Operibus hic Hymnus vulgatus est.

(2) Tabula Dissertationi præfixa num. 3.

(3) Adi Gallonium *De Martyrum cruciatibus*

Cap. VII. Fig. v. lit. B.

(4) Qui gemmis scalpendis debent, omnem antiquitatem percurrere debent, priusquam opera, quæ ad vetus tempus pertinent exprimere aggredierentur. Illud item Pictoribus esset omnino necessarium. Vide Adnotationes nostras ad Numisma Hieronymi Equitis Odani ex Museo Victorio prolatum pag. 11. Utuntur enim fere omnes, edito opere Casaris Ripæ, cui titulus, *NOVA ICONOLOGIA AMPLIATA &c.* Quo unice inspecto jam satis esse docti sibi videntur in rebus ad omnem antiquitatem spectantibus. Vide quoque, si lubet, *Dissertationem* nostram *Glyptographicam* Cap. xxvii. & Cap. xxviii.

(5) Videbis in *Veteris gemmæ ad Christianum usum excelsa brevi explanatione*, pag. 6. edit.

Craticulas five Crates ferreas, non semel ad excruciosandos Christifideles, igne subposito paratas fuisse, testimonium perhibent antiqua monimenta, Martyrologia, atque Acta sincera. Cujusmodi illæ essent, describit egregie, æneisque typis ostendit Antonius Gallonius Congregationis Oratorii Presbyter, edito Opere de Martyrum cruciatibus. Quæ in hac gemma exhibetur Craticula, quatuor axiculis per longum ductis compacta est, cujus in angulis quatuor existant axes recti eandem sustinentes paullulum a terra sublimem. Hanc ipsam Craticulam persimilem esse comperimus lecto ferreo; nullis enim transversis axiculis, aut laminis conferitur, quemadmodum lecti ferrei imaginem delineavit prælaudatus Gallonius (1). Minime vero dubitandum, quin majores minoresve lecti, & ferræ Craticulæ adhibitæ fuerint pro lubito judicum, ministrorum five tortorum, ut Martyrum tormenta fierent graviora, vel minus gravia quandoque redderentur: videlicet, ut mortem iidem citius subirent, aut tardius, pæna diuturniore. Id supplicii genus utpote acerbissimum, non ad plectendos reos inventum, sed ad probandos unice Christifideles, ac tentandam experimento ignis eorum constantiam usurpatum novimus; nullibi enim apud profanos scriptores mentio illius obvia nobis est, sed in Actis tantummodo sanctorum Martyrum.

Porro instrumentum est rei coquinariæ Craticula, in qua cibi torrentur, ut inquit Cato (2): Heinc ait Juvenalis (3).

*Sicci terga suis, rara pendentia crate,  
Moris erat quondam festis servare diebus.*

& Martialis (4)

*Parva tibi curva craticula sudet ofella &c.*

Sed Crates five Craticula fuit etiam eorum supplicium, qui ad aquas damnati essent. Narrat Titus Livius (5), Turnum Her-

## G 2

donium

edit. Romanæ ex Typographia Rochi Bernabò An. MDCCXXXI I. Libuit editionem hanc nostram indicare; illa etenim elucubratio iterum impressa fuit in Actis eruditorum Lyphiæ An. MDCCXXXI I. pag. 465. ibique vetustæ gemmæ calatura rursus exhibetur.

(1) *De Martyrum cruciatibus* Cap. VI I.

Fig. 1. Lit. A. pag. 148. & pag. 145. sed in pi-  
ce pariter Fig. 3. lit. c. pag. 152. & seq. edito  
Parisi. in 4<sup>o</sup>. M. DC. LX.

(2) Cap. X.

(3) Satyra XI.

(4) *Epigrammaton*. Lib. XIV. *Epig.* CCXXI.

[5] *Decade* I. Lib. I. Cap. XIX.

donium Aricinum, virum cetera infontem, quod Tarquinio, cui *Superbus* nomen inditum (1), adversaretur, novo genere lethi dejectum ad caput aquæ Ferentinæ, crate superne injecta, saxisque congestis, interfectum fuisse. Eandem pœnam alibi quoque memorat idem Livius aliis inlatam (2). Meminit etiam Tacitus (3). Eodemque modo Plautus in *Pænulo* (4). Sed hanc Cratem, etsi ærea, aut ferrea ea esset, reti potius similem fuisse credimus aut ipsum rete. Certe numquam apud Gentiles invenimus Cratis vel Craticulæ supplicium igne subjecto, ut supra dictum est.

Lucretius multas enumerans tormentorum species (5), de illo nihil memoriæ prodidit; ait enim.

*Carcer, & horribilis de saxo jactû deorsum* (6),

*Verbera* (7), *carnifices, robur, pix, lamina, tædæ.*

Singula, quæ hisce versibus descripta sunt, a Gallonio recensentur,

[1] Porro Tarquinio prænomen erat Lucius: Cui, ut ait ibidem Livius, *Superbo cognomen facta indiderunt, quia Socerum vener sepultura prohibuit. . . primoresque Patrum, quos Servii rebus favisse credebat, interfecit.* Sed aliqua de Tarquinii jam alia occasione adnotavimus in Dissertatione de superstitioso cultu Cybelis, quæ a veteribus per autononiam *MAGNA MATER* est nuncupata. Hæc Dissertatio aliquando producitur in lucem SOCIETATI COLUMBARIÆ dicata.

[2] Decade I. Lib. IV. Cap. XXVII.

(3) De moribus Germanorum Cap. XI. num. 2. *Proditores & profugas arboribus suspendunt, ignavos, & imbelles, & corpore infames, cano ac palude, injecta insuper crate mergunt.*

(4) *Æd.* v. Sc. 11.

(5) De rerum natura Lib. 11.

(6) Vers. 1029. In nonnullis editionibus, fortasse minus probandis, legimus.

*Carcer, & horribilis de saxo jactus eorum &c.*

(7) Tertullianus Lib. *Ad Martyras* Cap. IV. Edit. Paris. in fol. M. D. LXXXIII. pag. 225. *Nam quæ hodie apud Lacedæmonas sollemnitas maxima est Διακασίγωσις, idest flagellatio, non læset. In quo sacro ante aram nobiles quique adolescentes flagellis affliguntur adstantibus parentibus, & propinquis, & uti perseverent adhortantibus &c.* Eiusdem sollemnitatis meminit Cicero in *Cusculanis Questionibus* Lib. 11. pag. 171. *Sparta vero pueri ad aram*

*sic verberibus accipiuntur ( ut multus e visceribus sanguis exeat . . . . . quorum non modo nemo exclamavit unquam, sed ne ingemuit quidem &c.* Vide quoque Lib. v. pag. 227. *Pueri spartiate non ingemunt verberum dolore laniati &c.* Porro ΔΙΑΚΑΣΤΙΓΩΣΙΣ. ut inquit Meursius, *Græcia Errata, sive de Festis Græcorum* Lib. 11. *Erat inter Festa Græcia nobilissima. . . inde autem nomen, accepit, quod Adolescentes sese mutuo flagellarent, & quidem per totum diem.* Plane flagellatio ista fiebat ad aram Dianæ inter nobiles adolescentes, licet postmodum in ea sollempnitate celebranda, servi, loco nobilium, inter se certaverint. Antiquus Horatii Scholiastes ad illud Lib. 11. Ode vii. *Nec me tam patiens Lacedæmon &c.* ita habet. *In aris Dianæ adolescentes verberibus immobiles cadebantur, & paullo post Hoc statuerunt, ut juvenis ejus aras ascenderet, quæ n alius tantum diu loris caderet, donec sanguis e visceribus in aras maneret, atque ita Numini satisfaceret.* Plane Matres hortabantur filios ut tolerarent; minabantur etiam, si cessissent verberibus. Si qui vero tam diro sacrificio morentur, coronati efferebantur cum fletu ab ephēbis. Sed de his omnibus plene laudatus Meursius, quem consule. Lege autem quæ Tertullianus adiecit citato loco. *Tanti vitreum? Quanti verum margaritum? Quis ergo non libentissime tantum pro vero habeat erogare, quantum alii pro falso?*



tur, & oculis exponuntur æri cælati imaginibus (1); constat enim singula tum reos, tum etiam sanctos CHRISTI Martyres perpeffos esse. Plautus in *Asinaria* (2), præter ulneas virgas memorat.

. . . . . *Laminas, cruceſque, compedeſque,*  
*Nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias.*

Sed parum juvat memorare a veteribus inventa supplicia, tormentorumque varios modos, quando id, de quo sermo institutus est, illustrari non potest monumentis vetustatis.

Æneum taurum candentem vere adhibuerunt tyrannico jussu Phalaridis Agrigentini, conjecto in eum Perillo tormenti inventore (3). Sed hoc apud Gentiles non transit in exemplum. Postmodum vero Imperatore Trajano, ad tentandam sanctorum Eustachii, Uxoris ejus, Filiorumque in Christiana religione firmitatem, usurpatum renovatumque fuisse, vix ullus ignorat (4). Est enim in Historia Ecclesiastica res famæ præconiis ubique terrarum celeberrima. Ante ipsos, Domitiano videlicet Imperatore, Pergami in Asia eodem tormenti genere consumtus fuit sanctus Antipas (5), in Apocalypsi sancti Joannis memoratus (6). Deinde Tarſi in Asiæ provincia Caramania, Imperatore Diocletiano, eodem modo combusta fuit sancta Pelagia Virgo (7). Nec usquam alias in sacrarum historiarum monumentis legiſſe meminimus, alios Martyres tauro ignito inclusos fuisse combustos. Ex qua tormenti hujus raritate, unusquisque, opinor, ejusdem arguit acerbiter. Martyrologia vero, & Acta Martyrum testantur, non modo in sanctum LAVREN-

TIVM

(1) *De Martyrum cruciatibus.*

(2) Act. 111. Sc. 11.

[3] Valerius Maximus *Faſtorum & Dictorum memorabilium* Lib. 1x. Cap. 11. Plutarchus in *Parallelis* eandem narrat historiam. Ovidius, *de arte amandi*, scribit.

*Et Phalaris tauro violenti membra Perilli*  
*Torruit: infelix imbuir auctor opus &c.*

Cicero quoque meminit Lib. 11. *Fuſculanar. Quæſt.* & complures alii ex veteribus, quos per otium, si lubeat, percurtes.

[4] *Martyrologium Romanum* ad diem x11. Kal. Octobris; eademque die *Menologium Baſi-*

*lii.* Nicephorus quoque ejusdem Martyrii historiam refert. Vide, si vacat, Achanasii Kircherii *Historiam Eustachio-Marianam* Parte 1. Cap. v. edit. Rom. in 4<sup>o</sup>. MDCLXV.

(5) *Adi Martyrologium Roman. & Menolog. Baſilii* Tertio eidus Aprilis.

(6) Cap. 11. Versic. 13. *Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi satanas habitat.*

(7) Quarto nonas Maii, ut habet *Martyrolog. Roman.* Græci vero Nonis Octobris, ut in *Menologio Baſilii.* Typis Urbinatibus edito Græce & latine, Anno MDCCXXVII.

TIVM, sed in alios etiam Christifideles immani, atque inhumano hujusmodi Craticulæ ignitæ cruciatu sævitum fuisse. Illos nequam recensendos putamus, ne Lectorem magis detineamus.

Tribus costis sive axiculis longioribus, cratem qua combustus fuit sanctus LAVRENTIUS constasse referunt Acta manuscripta, quæ Gallonius vidit (1). Inquit autem idem eruditus vir, *existisse eas Craticulas apud antiquos, & trium, & plurium costarum* (2). Nil ergo mirum si quatuor costis expresse Craticulam artifex in nostra gemma. Forma etenim majori effinxit illam, vel fortasse crate, lectoque ferreo probatus fuit LAVRENTIUS, quum nullis transversis axiculis confertam eandem inspiciamus. Quandoquidem ex Hymno Prudentii, Tyrannum hæc protulisse docemur (3).

*Decumbe digno lectulo.*

Lectulum vero pro Craticula, poetica licentia, atque instrumenti similitudine usurpari posse neminem fugit; qua licentia, necessitate carminis hæc ita scripsisse Prudentium magis credibile esse nobis videtur. Sed etsi alii quoque CHRISTI Martyres utroque summæ impietatis hujusmodi apparatus, & crudelitatis invento affati fuerint; tamen sancti LAVRENTII Martyrium adeo præ ceteris insigne extitit, ut omni ævo celeberrimus tuerit sanctissimus IESU CHRISTI Athleta: cujus in primis meminerunt vetustissima Kalendaria, Martyrologia, Polemii laterculus; & Indiculum ille sacrorum Oleorum, quæ sanctissimus Pontifex Gregorius Magnus ad Theodelindam Langobardorum Reginam misit. Indiculum hunc, si velis, vide apud Mabillonium (4), Ruinartium (5), & Muratorium (6).

Subjectus ignis, ut fieret supplicii pæna productior, non flammans exprimitur in gemma, aut ardescens, sed prunis ignitis

(1) Consule Opus de Martyrum cruciatibus a nobis non semel laudatum.

(2) *Ibidem* Cap. VII. pag. 144.

(3) Stropha 39. In Actis mss. sancti Eleutherii, quæ Gallonius adfert pag. 145. legitur, Hadrianum excruciarî jussisse Eleutherium Episcopum super lecto aereo, & cum transisset hora, existimans Imperator eum mortuum, solvi præcepit

qui extendens manus &c. . . . Tunc Hadrianus jussit Craticulam oleo perunctam adferri & ignem supponi præcepit &c.

(4) *Iter Italicum* &c. num. 28.

(5) Edit. Veron. in fol. MDCCXXXI. pag. 543. *Acta Martyrum sincera* &c.

(6) *Anecdot. Biblioth. Ambrosiana*. Tom. I. pag. 191. & p. 192.

tis instructus; ita enim sævum tormentum paulatim augeri poterat ad mortem usque Martyris. Proinde inquit de sancto LAVRENTIO sanctus Augustinus (1). *Non enim occisus est cito, sed cruciatus est in igne: diu vivere permissus est, immo non diu vivere permissus est, sed tarde mori compulsus est. In illa ergo longa morte &c.* Idipsum testatur Eusebius (2), de passione sanctorum Martyrum, qui apud Antiochiam Craticulis cruciati sunt; non enim ad mortem usque primo pænæ experimento, sed ad diurnitatem supplicii plerumque torrebantur.

LEVITÆ LAVRENTII constantia magnis laudibus prædicatur a sanctis Patribus Ambrosio (3), Leone Papa (4), Maximo Taurinensi Episcopo (5), sanctisque Pontificibus Damaso (6), & Gregorio Magno (7), aliisque, pene dixerim, innumeris, quorum catalogum si heic describerem, utramque paginam implem; Cultus enim ejusdem Martyris adeo precrebuerat illo adhuc proximiori ævo, Romæ ubi passus fuit, alibique, ut non privatim modo, sed quammultis etiam in honorem illius exstructis Sacellis, Templisque magnificis propagaretur. Sacrarum harumcæ Ædium in illustratione vetusti alterius monimenti, quod ad ejusdem sancti Martyris venerationem maxime spectat, & proxime sequitur in Tabula æri incisa (8), & huic Dissertationi præposita, mentionem faciemus. Quare passionem sancti LAVRENTII potius, quam ceterorum, qui hujusmodi tormenti genere consumti sunt, in gemma, de qua sermo nobis est, exprimi ac designari, jure meritoque putandum est.

Absoluta descriptione sacræ gemmæ vetustissimæ, quæ sancti

(1) Tractat. xxvii. In Joam. circa finem. Sermone 111. & alibi.

(2) *Histor.* Lib. viii. Cap. xxiv. Ceterum Hesychius ad illud *Leviticæ* Cap. 11. Versic. 7. *Si autem de craticula fuerit sacrificium &c.* notat, Craticula CHRISTI mortem & resurrectionem significari.

(3) Lib. 1. *Officior.* Cap. xli. *Item* Lib. 11. Cap. xxvii. & alibi &c.

(4) Serm. 1. in NATALI sancti LAVRENTII.

(5) Homilia 1. in NATALI sancti LAVRENTII.

(6) Carmine xviii. *Item* Carmine xix. & xx. Catm. xxxvii. & xxxviii. Sed potissime Car-

mine xix. & xxxvi. quod ultimum sic se habet. *Verbera, carnifices, flammæ, tormenta, catenas,*

*Vincere LAVRENTI sola fides potuit.*

*Hæc DAMASVS cumulat supplex Altaria donis, Martyris egregium suspiciens meritum.*

Sancti Damasi Opera extant in Bibliotheca Patrum Tomo xxvii. edit. Lugduni in fol. M. DC. LXXVII. Eadem edidit Romæ Typis Vaticanis MDCCXXXIX. Martius Milesius Sarazanius, notisque illustravit.

(7) *Epistolarum* Lib. 11. Epist. xxx.

(8) Num. 4.

cti LAVRENTII Martyrium repræsentat, altera sese offert occasio iterum de eodem beato Archidiacono, ejusque passione instaurandi sermonem. Plane illud idem, sed majori sacræ eruditionis ubertate refert antiqua ex plumbi materie lamina rotunda, quæ ab aliquo ex veteribus Christifidelibus collo adpenſa deferebatur, veluti novum, sacrumque amuleti genus ad obtinendam apud DEVM ejusdem intercessionem in suis necessitatibus (1). Sacri amuleti usum apertissime ostendit ansula in superiori parte laminæ, quæ ut in modum numismatis (ita enim laminam ipsam, sive amuletum sacrum imposterum appellabimus), commode collo adpenſa deferri posset, perforata conspicitur (2).

Ab

(1) Insigne monumentum est adversus Hæreticos hæc lamina plumbea vetustissima, negare enim solent Sanctorum invocationem per quatuor fere sæcula in Ecclesia CHRISTI fuisse usurpatam, primumque hujusce moris auctorem Augustinum faciunt. At Novatorum commentum egregie refellunt nonnulli cameteriales lapides Augustino longe vetustiores, ejusdemque ritus testes perquam idonei, qui etsi ab aliis editi jam fuerint, a nobis infra dabuntur. Interim sanctum Basilium Magnum Archiepiscopum Casariensem audiamus, qui Augustinum ætate præcessit; florebat enim circa annum æræ Christianæ cccclxx. Is ergo Homilia de sanctis Quadraginta Martyribus, circa finem, sic inquit. *Qui aliqua premitur angustia AD HOS CONFUGIT; Qui rursus letatur, AD HOS RECURRIT; hic ut a malis liberetur, ille ut duret in rebus latis. Hæc mulier orans pro filiis auditur; peregrinanti viro reditum incolumem, aegrotanti vero salutem implorat. CVM HIS ERGO MARTYRIBUS NOSTRAS EFFUNDAMUS PRECES &c.* Huic addo sanctum Gregorium, Nyssenum Episcopum, ejusdem sancti Basilii fratrem, qui in Encomio sancti Theodori Martyris, de ejus corpore, quod anxie plebs Christiana videre, atque osculari cupiebat, hæc ait. *Quasi corpus enim per se vivens & flrens, qui intuentur, amplectuntur, oculis, ori, auribus, omnibus sensuum instrumentis adhibent; s; deinde officii, & affectionis lacrymas Martyri, quasi integer esset & appareret super fundentes, UT PRO IPSIS DEPRECATOR INTERCEDAT, SUPPLICES PRECES FERUNT, TAMQVAM SATELLITEM DEI ORAN-*

TES, QVASI ACCIPIENTEM DONA, CVM VELIT, INVOCANTES. Circa finem vero idem sanctus Gregorius Nyssenus ad ipsum sanctum Theodorum sese convertit, inquit. *TV VERO HVC IAM ADES AD NOS &c. . . MVLTORVM BENEFICIORVM INDIGEMVS; INTERCEDE AC DEPRECARE PRO PATRIA APVD COMMVNEM REGEM ET DOMINVM &c.* Denique Rufinus Presbyter Aquilejensis, & ipse Scriptor sancti Augustini ætate vetustior, in Præfatione, seu Prologo ad Lib. 111. De vitis Partium, inquit. *VERE MVNDVM QVIS DVBITET MERITIS STARE SANCTORVM?* Et pene idem scripsit in Prologo ad Lib. 11. quem videre non pigeat.

(2) Consuetudo certe vetustissima est, & ab antiquis usque temporibus repetenda. Sanctus Joannis Chrysostomus *Homil. xix. Non cernis, inquit, ut mulieres. & parvi pueri præ magni custodia, collo Evangelia suspendunt?* Ita ex Actis sanctæ Cæcilie in Breviario Romano legitur ad diem xx11. Novembris, quod eadem sancta Virgo, *semper Evangelium CHRISTI gerebat in pectore.* Sanctus Gregorius Turonensis Libro *De Gloria Confessorum* Cap. xx11. Ubi de Maximo Abbate verba facit. *Denique, dum Ararim fluvium transire cuperet, navi impleta demergitur, ac ipse Sacerdos pelago operitur, habens ad collum cum Evangeliorum libro, Ministerium quotidianum, idest patenulam parvam cum calice &c.* Sanctus Gregorius Lib. x11. Epist. vi11. hæc scriptis consignavit. *Excellentissimo filio nostro Adulovaldo Regi transmittere Phylacteria curavimus, idest Crucem cum Ligno sanctæ Crucis DOMINI, & Lectionem san-*

Ab Ægyptiis, ac Græcis ad Romanos migravit usus, ut inquit Varro (1), deferendi amuleta, collo plerumque funiculis seu catenulis dependentia, quemadmodum Bullæ aureæ, argentæ, æneæ, ac scortæ, aliæ a nobilibus pueris in Urbe prætextatis, aliæ a Libertinis gestari solebant (2), maleficii avertendi gratia. Vidimus apud Sponium in Miscellaneis eruditæ antiquitatis (3) nummum æreum instar bullæ, parte una exhibentem Neronis imaginem, parte altera literas C. VALERI. ABASCANTI, æreaque pendentem catenula, ansulæ nummi inserta. Ritum hunc feliciter imitati sunt veteres Christiani, amuleta a superstitionibus expurgantes, & sacris imaginibus consecrantes. Quibus ævo posteriori aliquando præinsertas sacras reliquias addiderunt (4), quæ collo ad pectus dependentia gestarent.

## H

*sancti Evangelii theca persica inclusam*. Joannes Diaconus, Epistola ad Carolum *Phylacteria* memorat, *tenui argento fabricata, vilique panno de collo suspensa*. Crucem cum pretioso ligno, sive pavulam thecam cum reliquiis Sanctorum accepisse ab Imperatore Basilio Armeno Heliam Ecclesie Hierosolymitanæ Syncellum, & Thomam Tyri Metropolitanam, legimus in Synodo Generali 1111. Constantinopolitana 1v. Actione v. ipsis in eodem Concilio ita de se loquentibus. *Nobis autem pervenientibus & degentibus hic per duos circiter annos, anticipantibus sanctissimos Vicarios senioris Romæ, imposuit super colla nostra, videlicet Imperator, Escolpium suum*. Ubi in margine notatur. *Encipium est, quod in sinu portatur, κολπος enim Græce, sinus Latine dicitur: moris enim Græcorum est Crucem cum pretioso ligno, vel cum reliquiis Sanctorum ante pectus portare suspensam ad collum, & hoc est quod vocant ἐγκόλιον*. Videndus Jacobus Gretserus Tomo 1. *De sancta Cruce* Lib. 11. Cap. xxvii item Cap. xxviii. Cap. xxxix. & Tomo 111. Lib. 111. Multa quoque de eadem voce habet Cangius in notis Historicis & Philologicis ad Alexiadem Annæ Cæsaris pag. 247. & seq. Sanctus Gregorius Nyssenus in sanctæ Macrinæ sororis suæ Vita, sive in Epistola ad Olympium Monachum, ipsam testatur consuevisse Crucem ferream ad collum gestare, ac præterea ferreum anulum, in quo sanctæ Crucis particula erat recondita. Id ipsum ex Nysseno describit Surius Tomo 1v. *Vitarum Sanctorum*

ad diem xix. Julii, & Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad an. cccxviii. num. xlvi.

Ex fragmento Actorum S. Procopii Martyris, qui etiam *Neanias* appellabatur, & recitatum fuit in Concilio Nycæno 11. Œcumenico & Generali 325. Act. 1v. patet, Crucem ex auro argentoque eundem confici jussisse, quam ad collum suspensam deferre posset. Videndus Metaphrastes, Surius ad diem viii. Julii, & Baronius ad annum cccviii. num. xix. Corpus sancti Birini Episcopi, integrum repertum fuisse, cum duplici stola, & insula rubra et panno serico, Cruce ex metallo confecta, & pectori ejus imposita, narrat idem Surius ad diem 11. Decembris in Vita ipsius Tomo vi. *Vitar. Sanctorum*. Narrat etiam ibidem ad diem xiiii. ejusdem mensis, sanctum Orestem Crucem in pectore gestasse dum viveret, quæ causa illi fuit gloriosi certaminis sive Martyrii. Sigebertus in Chronico refert Lambertum Lovaniensium Comitem, *Phylactarium* Sanctorum reliquiis instructum continuo detulisse a collo ad pectus dependens, ut adversus periculorum incurius se defenderet.

(1) *De Lingua Latina* Lib. vi.

(2) De hisce Bullis edisserit Ficoronus Libello, cui titulus. *La Bolla d'oro de' Fanciulli nobili Romani, e quella de' Libertini &c.* in Roma 1732. in 4<sup>o</sup>.

(3) Sectione 1x. pag. 299.

(4) Nonnulli Theologi licere negant sacras reliquias secum deferre, verum sanctus Thomas Aquinas, Doctor Angelicus, in Summa Theologica, Parte Secun-

rent. Ita Græci Imperatores sollempnioribus anni diebus festis Apophoreta sibi ad collum alligabant, ut refert Raynaldus (1), & ritu vetustiore id ipsum Episcopi faciebant, sacra quoque mysteria deferentes (2), ex quo nonnulli fluxisse autumant laudabilem consuetudinem illis transeuntibus flectenti genua (3). In hoc ergo sacro Numismate, sive Amuleto, passionem sancti LAVRENTII Martyris, sancti Sixti Papæ II. Levitæ celeberrimi (4), ejusque cultum, qui apud Latinos æque ac Græcos sollempnis & vulgatissimus fuit, opere diaglyphico expresserunt veteres Christiani.

In area nummi media, loco scilicet apte disponendis, & collocandis imaginibus illustriori, exstat Crates ferrea, sive Craticula tribus axiculis longioribus constructa, ad fidem Acto-  
rum,

te secunda secunda Partis, QUÆST. LXXXVI. Artic. IV. ad Tertium argumentum, id fas esse judicat, dummodo Sanctis, quorum sunt reliquie, honor, & reverentia cum fide in DEVM adhibeatur. Nec silentio prætereunda ejusdem Doctoris Angelici sententia de sacrarum Reliquiarum cultu, quæ legitur Tertia Parte citati Operis QUÆST. XXV. Artic. VI. ad secundum argumentum. *Corpus illud (Martyris aut alterius Sancti), insensibile non adoramus propter se ipsum, sed propter animam, quæ fuit ei unita, quæ nunc fruatur DEO, & propter DEVM, cujus fuerunt ministri.*

(1) Ad annum Christi MCCV. num. 41.

(2) Vetulus ritus deferendi secum Sacramenta, necum Episcopis adtribuitur priori ævo, sed etiam Sacerdotibus, immo & laicis communis aliquando fuit. Eam rem egregie illustrat cl. Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem XVI II. Kal. Septembris lit. s. ubi de sancto Tharsicio Acolyto agitur.

(3) Videtis illos, qui sacros Ecclesiasticos ritus diligenter exponunt. Narrat Surius ad diem XXXI. mensis Julii Tomo IV. *Vitarum Sanctorum* ex Actis sancti Germani Episcopi Antisiodorensis, eundem sanctum Episcopum urnula deposita, quam sacris reliquiis refertam gerebat ante pedus a collo demissam, eademque puellæ cujusdam oculis cæcitate laborantis admota, visum statim contulisse, divina in eis operante virtute. Sed aliquando ipsos Episcopos consuetudine optime instituta abusus fuisse, constat ex Concilio Provinciali Braccarensi III., quod Adeo-

dato summo Pontifice fuit celebratum anno DOMINI DCLXXV. Wambani Regis anno IV. Sic enim loquuntur ac decernunt ejusdem Synodi Patres Cap. VI. *Agrovimus quosdam de Episcopis, quod in sollempnitatibus Martyrum ad Ecclesiam progressuri, reliquias collo suo imponant: & ut majoris fustus apud homines gloria intumescat [quasi ipsi sint reliquiarum Arca], Levita albis induti, in sellulis eos deportant. Quæ detestanda præsumptio abrogari per omnia debet &c. . . . & ideo antiqua in hac parte & sollempnis consuetudo servabitur, ut in festis quibusque Arcam DEI cum reliquiis, non Episcopus, sed Levita gestent in humeris, quibus & in veteri Lege onus idem impositum novimus esse præceptum. Quod si & Episcopus reliquias per se deportare elegerit, non ipse a Diaconibus in sellula vehatur, sed potius pedissequa una cum populis progressionem procedente, ad conventicula sanctarum Ecclesiarum sancta DEI reliquia per eundem Episcopum portabuntur &c.*

(4) Prudentius in Hymno de sancto LAVRENTIO Strophæ IX. & X. inquit.

*Qua voce, quantis laudibus  
Celebrabo mortis ordinem?  
Quo passionem carmine  
Digne retexens concinam?  
Hic primus e septem Viris  
Qui stant ad aram proximi,  
Levita sublimis gradus  
Et ceteris præstantier.*

rum, quæ in superiori descriptione gemmæ citavimus (1). Ea decem transversis axiculis brevioribus compacta est. Pronus jacet super cratem extensus beatus Martyr omni indumento indecenter exutus, pedibusque utraque manu stantis licitoris apprehensus, jam supinus invertitur, parte altera affatus, ac satis perustus. Suffinet sese summis cubitis, & quoad licet, non nihil elato capite, manibus atque ore Valeriano ita insultare videtur (2).

*Converte partem corporis  
Satis crematam jugiter &c.*

Porro ad Martyris caput pro tribunali sedet Valerianus, sublata dextera in modum imperantis, ac jus dicentis (3), lævaque virgam seu scipionem eburneum tenet, Consulatus insigni (4), frontem circumdatus laurea corona. Adstat Imperatori (5) licitor alter ad ejus nutum, manibus dubio procul LAVRENTIVM super Craticulam volutandum, ac supine vertendum arrepturus. Notanda in hoc sacro Numismate est fellæ Imperialis figura, cujusmodi in aliis quoque vetustioribus monumentis occurrit (6), ac suppedaneum, majestatis insigne (7).

Quod autem sanctus LAVRENTIVS vere Martyrium sustinue-

## H 2

rit

(1) Consule Gallonium *De Martyrum cruciatibus* Cap. vii.

(2) Apud Prudentium in Hymno *Stropha* ci.

(3) Publicæ adloquutiones Romanorum Imperatorum ad Cohortes ita exprimuntur in vetustis eorumdem numismatibus, nempe elata ab Imperatore dextera. Videbis Angelonii *Historiam Augustam*, & alios antiquorum nummorum Thefauros. Porro in Actis Apostolorum Cap. xiiii. Versic. 16. Sanctus Paullus Apostolus ad Judæos verba facturus ita describitur. *Surgens autem Paullus, & manu silentium nudicens*, ait &c.

(4) Servius ad illud Virgilii carmen *Æneidos* Lib. xi. Vers. 238.

... .. *sedet in mediis, & maximus avo, Et primus sceptris, hanc lata fronte, Latinus,*

*Apud majores*, ait, *omnes Duces cum sceptris ingrediebantur curiam; postea ceperunt tantum ex Consulibus sceptrum gestare, & signum erat eos Consulares esse.* Æreum numisma maximi moduli Marci Aurelii Antonini Caracallæ ex Museo Carpineo exhibuit num. 1. Bonartotius, in quo Imperator idem eburnei sceptri puti genus manu

tenet, hoc est, sine Aquilæ Consularis signo, cetera notissimo, in summitate sceptri, Illud autem describit pag. 155. & p. 156.

(5) Ad Martyrologium Romanum ad diem iv. Eidus Augusti, & consule doctissimas Cardinalis Baronii adnotationes lit. B. quibus Valerianum in morte sancti LAVRENTII, Imperatorem, non utique Præfectum Urbis existisse, pro virili tueretur. Præfecto certe lauream coronam nullo modo gestare licuisset, quam in hoc sacro monumento, luce meridiana clarius, Valerianum gestare cognoscimus. Triumphantium insigne fuit olim laurea corona, sed a Cajo Julio Cæsare, cui, ut habet Suetonius in ejus Vita Cap. xlv. eadem pro lubito uti concessum fuit, ad reliquos Imperatores manavit consuetudo, lauro caput coronandi.

(6) Agit de his Chimentellius *De honore Bissellii*.

(7) Idem Chimentellius *ibid* m Cap. xxix. De hoc suppedaneo nonnulla animadvertimus in *Historia sanctorum* vii. *Dormientium* Cap. xiv. in adnotationibus ad antiquam gemmam anularem calatura distinctam.

rit Imperatore Valeriano, ex Actis sancti Sixti Papæ & Martyris manifeste deprehenditur; Sixtum enim Valeriano Imperatore passum nullus dubitat. Plane sanctus Cyprianus, qui tunc in vivis erat, ea scripsit, quæ de Sixto Romæ contigerunt, accepto rerum certo nuncio (1). Sed LAVRENTIVS, triduo post Martyrium sancti Sixti ad Superos emigravit. Igitur eodem Valeriano Imperatore coronatum fuisse constat, spectante Populo Romano illius inhumanitatem, ac protervam sævitiam; & Martyris invictam patientiam, ac finem beatum.

Paullo supra caput Martyris Monogramma, CHRISTI Nomen referens, per Crucem immissam, ut ajunt (2), expressit sculptor, nam sæpe sæpius in antiquis sacræ vetustatis cimeliis imago LAVRENTII cum Cruce diversimode adpicta observari potest apud Aringhium (3), Ciampinium (4), Bonarrothium (5), aliosque; munus enim, quo, inter alia,ungebatur Diaconus, erat deferre Crucem (6). Itaque loco Crucis in nostro Numismate Monogramma expressum est, in quo una simul, & forma Crucis, & CHRISTI Nomen comprehenditur.

Post Martyrem stare videtur Fæmina, vel in aëra nonnihil subblata, vel loco a terra edito, cælum oculis respiciens. Ad mamillas subcincta est, manibusque orantis in modum apertis elatisque (7). Fortasse animam LAVRENTII designat hæc Fæmina, adspirantem & properantem ad gloriam, quemadmodum apud Ethnicos animæ defunctorum, pictura & sculptura, forma fæmi-

(1) Videbis Epistolam ad Successum, quæ est in ordine editarum LXXXI I.

(2) Adi *Commentarium* a nobis editum in *Nummum æreum veterum Christianorum Musci Visiorii*. Parte 1<sup>o</sup> Cap. xxxv I.

(3) *Roma Subterranea* Tomo II. pag. 265. Vitrum antiquum, de quo Aringhius loquitur exstat adhuc in *Museo Vallicellano*, prope Bibliothecam, ejusque graphidem infra producemus. Vid. pag. 90. 9.

(4) *Veter. Monim.* Parte II. pag. 102. Tab. XXVII. semel & iterum.

(5) *Osservazioni sopra alcuni frammenti di*

*vasi antichi di vetro, ornati di figure &c.* pag. 67. & pag. 68.

(6) Philotheus &c. *Ordo sacri ministerii* apud Goar. Hujus etiam meminit laudatus Bonarrothius in Opere citato pag. 68.

(7) Mos orandi supinis manibus, & stando, illustratur in *Etruria Regali* a Dempftero Lib. III. Cap. vi. Sed & nos aliquando ad Academicos Eruseos Cortonenses lucubratiunculam inscribentes, titulo *Veteris gemmæ ad Christianorum usum exsculptæ brevis explanatio*, aliqua de eodem ritu a Christianis usurpato adnotavimus pag. 6.



fæminea effingi consueverant (1), licet plerumque alis papilionum ornarentur ad formam Pſyches (2).

Imminent utrimque manibus hujus mulieris literæ A. & ω. DEI æterni ſymbola, ordine tamen inverſo, ad dexteram ſcilicet ω. ad ſiniſtram A. Omnia enim in CHRISTO revocantur ad initium a DEO, ut inquit Tertullianus (3); & Apoſtolus Paullus in Epistoſa, quam ad Ephesios ſcribit (4), *in diſpenſatione plenitudinis temporum, DEVM propoſuiſſe, ait, inſtaurare omnia in CHRISTO, que in celis, & que in terra ſunt in ipſo*. Subdit ad rem Pierius Valerianus (5), duas hæc Græcorum literas, primam nempe & ultimam ſibi DOMINVM adoptaſſe, *uti quemadmodum A. ad ω. replicatur, ita oſtenderet in ſe eſſe, & initii decurſum ad finem, & finis recurſum ad initium, ut omnis diſpoſitio in ω. deſinens, per quem cepta ſunt, per VERBUM ſcilicet DEI, quia CARO FACTVM EST, proinde deſinat, quemadmodum & capit, & a DEO in CHRISTO omnia revocantur ad initium*. Verumenimvero hæc ſcribendi ratio illius ampullæ vitreæ titulo comparari poteſt, quam primo Fabretus (6), ac deinde Bonarrotius (7) edidit. Titulus enim iſte partim a læva ad dexteram, partim econtra inſcriptus eſt, ut eis manifeſtum erit, qui ad ipſam epigraphen oculos converterint; eumque ſcribendi modum Græco vocabulo βουſπορῆδὸν, ab arandi ſimilitudine Pauſanias appellat (8); itemque alii veteres ſcriptores, ut idem Bonarrotius animadvertit (9); dum enim agricola ſeu villicus bobus aratro junctis terram ſulcis proſcindit, peracto ſulco aratrum convertit, ut operam ſuam pro-

(1) *Romanarum antiquitatum veſtigia &c* Tab. LXVI I. num. 17.

(2) Vide, ſi lubet, noſtram *Sanctorum VII. Dormientium Hiſtoriam* Cap. XII. in adnotatis ad calcem pag. 36.

(3) *Lib. de Monogamia &c*. Duas Græcæ literas, ſummam & ultimam, ſibi induit DOMINVS, initii & finis concurrentium in ſe figuræ: ut quemadmodum Alpha ad Omega uſque voluitur; & rursus Omega ad Alpha replicatur, ita oſtenderet in ſe eſſe initii decurſum ad finem, & finis recurſum ad initium: ut omnis diſpoſitio in eum deſinens, per quem cepta eſt per ſermonem ſcilicet DEI, qui CARO FACTVS

EST), proinde deſinat, quemadmodum & capit.

(4) Cap. 1. Verſic. 10.

(5) *Hieroglyphicorum* Lib. XLVI I. Cap. XXXIV. pag. 508.

(6) *Inſcription. Antiquar.* Cap. IV. n. 168. pag. 277.

(7) *Oſſervaz. ſopra alcuni frammenti di vaſi antichi di vetro &c* Tau. XXI X. Fig. 2. pag. 209. e p. 210.

(8) *In Eliacis prioribus*, ſive Lib. v. pag. 202. Edit. Floren. in fol. Romuli Anaſei, quam Torrentinus excudit.

(9) In Opere non ſemel a nobis ſupra laudato, ad calcem p. 209.

prosequatur, & ibi secundo incipit agrum sulcare, ubi primo defierat, contra ducendo boves. Ita primus sulcus a sinistra dexteram versus ducitur; secundus a dextera ad sinistram. Tertius a sinistra ad dexteram ut primus; quartus vero a dextera ad sinistram, ut secundus; & hoc ordine ut totus sulcatur ager, ita scriptura implebant paginas: *quia sic scribebant antiqui*, inquit Isidorus (1), *sicut aratur terra*.

In summa Numismatis peripheria manus conspicitur coronam exhibens, sive deferens. De qua quidem constat præmium certaminis designari, atque ostendi sancto Martyri LAVRENTIO e cælo missum a DOMINO, cujusmodi nonnulla adhuc existant exempla in vetustioribus musivis operibus a claro Ciampinio illustratis (2). Accede, si lubet, ad Ædem sacram a sanctis Cosma & Damiano Martyribus nuncupatam (3); ita pariter ad Ædem sanctæ Agnetis extra Urbis muros (4), sancti Marci (5), sanctæ Praxedis (6), sanctæ Cæciliæ (7), sanctæ Mariæ Novæ (8), ut vulgus appellat antiquam illam Ecclesiam DEO sacram, in honorem beatæ MARIÆ Virginis exstructam. Profecto in designatis sacris Ædibus, sed & alibi quoque in Urbe illud idem signum invenitur.

Prudentius in Hymno coronam civicam sancto LAVRENTIO adtribuit (9). Tertullianus de ludis edifferens, in quibus a Principibus Agonothetis, Brabeutis, sive ludorum Præsidibus victores coronis donari consueverant: *igitur*, inquit (10), *& homo ipse a DEO coronandus est*. Equidem a DEO coronandus heic exhibetur CHRISTI Martyri LAVRENTIVS; manus enim dexteram

DEI

(1) *Originum* Lib. vi. Cap. xiv.

(2) Parte I. &amp; Parte II.

(3) *Veter. Monumentor.* Parte II. Cap. vii. Tab. xvi. Legenda tamen ea, quæ pag. 60. habet cl. auctor.(4) *Ibidem* Cap. xiv. Tab. xxix. pag. 104.

(5) Parte II. Cap. xix. Tab. xxxvii. pag. 122.

(6) *Ibidem* Cap. xxv. Tab. xlvii. pag. 147. & pag. seq.[7] *Veter. Monumentor.* Parte II. Cap. xxvii.

Tab. lxi. pag. 160.

(8) *Ibidem* Cap. xxviii. Tab. lxi. p. 163.(9) *Serapha* 139.*Illic inenarrabili**Adlectus Urbi municeps,**Æterna in arce curia**Gestas coronam civicam.*(10) *De corona militis* Cap. i. Haud aliter Lib. de *Speſtaculis* Cap. xxv. Item *Ad Martyras* Cap. i. i.

DEI denotat in sacris Bibliorum paginis (1). Manus inter nubes Hieroglyphicum est apud Christianos Orientales frequentissimum; aliquando etiam cum libro in ipsa manu: hoc autem, nempe manus cum libro desuper adparens, non infrequens est apud Occidentales. Idipsum in antiquis sacrorum cœmeteriorum picturis, sarcophagis marmoreis, vetustisque depictis codicibus, uno alterove modo observandum præbet Bonarro- tius (2). Manus cœlestis spectatur etiam in illo Constantini Magni numismate, in quo, ex una caput ejusdem velo obductum conspicitur; parte altera idem Constantinus quadrigam genu altero in ea flexo moderans, expansa elataque cælum versus dex- tera, unde manus illi obviam porrigitur. Numisma primus vulgavit Antonius Augustinius Archiepiscopus Tarraconen- sis (3). Edidit quoque Anselmus Solerius Cemeliensis (4); de- scripsitque Eusebius Cæsareæ Episcopus in Vita Constantini Mag- ni (5), & in Annalibus Ecclesiasticis exposuit Baronius (6). Multa vero de hoc eodem symbolo nuper erudite congestit cl. amicus noster Comes Josephus Garampius Ariminensis in Dis- sertatione De Nummo argenteo Benedicti III. (7).

Legitur in gyro SUCCESSA VIVAS, fausta scilicet adclamatio, quæ a prædicta manu de cælo coronam deferente bifariam fecatur ac dispertitur. Quamobrem non sine causa dictum a nobis est, Fœmina illa, quæ post Martyrem expansis manibus in hoc monumento conspicitur, fortasse animam sancti LAURENTII re- præsentari: quandoquidem, nostra opinio est, hanc vetustissi- mam laminam religionis tesseram fuisse, quam voti causa suc- CESSA, LAURENTIO Martyri devota, sibi conflandam celandam- que

(1) *Omnia hæc Manus Mea fecit; & facta sunt omnia, cujus summa doteſtus &c.* Legimus *Iſaiæ* Cap. LXVI. Verſ. 2. Item *Jeremiæ* Cap. XVI. Verſ. 6. *Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in Manu Mea domus Iſraël &c.* Idem exprimitur *Exodi* Cap. XV. Verſic. 6. *Dextera Tua DOMINE magnificata eſt in fortitudine: Dextera Tua DOMINE percuſit inimicum.* Et *Pſalmo* CXV. Verſ. 6. *Dextera DOMINI fecit virtutem; Dextera DOMINI exalavit me. Dextera DOMINI fecit virtutem &c.* Vide etiam *Epiſtolam* I. I.

*ad Timotheum* Cap. IV. Verſic. 8. & *Epiſtolam* I. *ad Corinthios* Cap. IX. Verſ. 25. Sed paſſim in ſacris Bibliis hæc occurrunt.

(2) *Oſſervazioni ſopra alcuni frammenti di Vaſi antichi di vetro &c.* pag. 5.

(3) *Dialogo* I.

(4) *Lib. de Pilco* Sect. II. pag. 24. edit. in 8º. Amſtelod. cl. l. DC. LXXI.



(5) *Libro* IV. Cap. LXXXIII.

(6) *Ad annum* Chriſti cccxxxv. II. num. XII.

(7) *Cap. v. §. XI. pag. 139.*

que curaverat, ut funiculo ad collum adpensam ante pectus gestaret, Ideoque illam adclamationis formulam adposuisse votis suis maxime congruentem. Proindeque animum inducere non possumus, nec facile inducent alii, in fœminæ illius effigie, quæ in hoc plumbeo numismate spectatur, SVCCESAE ipsius exhiberi simulacrum. Quis enim adeo imprudens & invecundus, ut suam imaginem, quomocumque ea formata sit, secum ferat ad pectus adpensam? Profecto vana hæc ostentatio foret, quæ non leve ambitionis crimen incurreret, & animum fere desipientem demonstraret.

Fuerunt autem veterum adclamationes quam multæ, pro varietate rerum diversarum usurpatæ, quibus illi faustas res sibi ceterisque, etiam Magistratibus, Imperatori adprecabantur; & domi forisque res bene gestas laudare consueverant. Enimvero præter vocem illam VIVAS, potissimum in conviviis usitatam, aliæ etiam apud antiquos adhibebantur peculiæ adclamationes (1). De his qui nosse cupiunt, adeant Franciscum Bernardinum Ferrarium (2), & Josephum Laurentium (3), qui plene ac disertissime de adclamationibus veterum scripserunt. Ad rem notat Servius Virgiliani Operis vetustus illustrator (4). *Illud queritur, utrum VIVE, an VIVAS, idest per imperativum, an per optativum dicere debeamus, & constat dici melius per optativum; optari enim possunt, non imperari bona vel adversa &c.*

Occurrunt nonnumquam in epitaphiis Christianorum huiusmodi adclamationes VIVAS . . . . VIVAS IN DEO . . . . VIVAS IN DEO CHRISTO, de quibus alibi agendum fuit a nobis (5), dum conaremur vulgarem quemdam errorem tollere circa Monogramma CHRISTI ita expressum , sive hoc modo , Cruce scilicet *decussata*, vel *recta*, quod Monogramma nonnulli perperam PRO CHRISTO, alii quoque minus vere PAX CHRISTI putant significare, quum nonnisi unicam hanc vocem CHRISTVS exprimat,

(1) Non est animus in alienam messem falcem mittere, nec ad ea transire, quæ volumen potius efficiant, quam rerum nostrarum illustrationi inserviant.

(2) *De veterum Adclamationibus, & plausu.* Mediolani 1627. in 4.º & GRÆV. Tom. VI. pag. 1.

(3) *De Agyrtis, Histrionibus, Adclamationibus & Osensis.* Gronov. Tom. VIII. pag. 2434.

(4) *Æneidum* Lib. III. num. 47.

(5) *De CHRISTI Nomine Monogrammate expresso &c.* Hæc Dissertatio typhetarum operam expectat, ut prodeat in lucem.

mat, prioribus duabus græcis literis ejusdem Nominis, uno, alterove modo, sive forma de more confertis, ut alibi etiam, licet aliud tunc temporis ageremus, pro occasione tamen demonstravimus (1), testimonio maxime Eusebii Pamphili Episcopi Cæsariensis in Vita Constantini Magni (2).

Nomen SVCESSA omnino est infrequens apud Christianos antiquos, quod nullibi in vetustis Martyrologiis ac Menæis reperimus; apud Bollandianos tamen sanctæ SVCESSAE mentio injicitur Tomo II. mensis Martii ad diem XXVII. qua die in Africæ regione eadem passa fuisse legitur (3). In Romano autem Martyrologio, & alibi SVCESSVS pluries memoratur. In monumentis Paganorum editis expressum est nomen SVCESSA apud Sponium in Miscellaneis eruditæ antiquitatis (4), & lapidem extare, idem inquit, apud Dalmatas. Alia duo antiqua epitaphia vulgavit Fabrettus (5), in quibus idem nomen SVCESSA sculptum est. Duo itidem vulgavit cl. Gorius in Opere numeris omnibus absoluto inscriptionum antiquarum Joannis Baptistæ Donii (6), duasque VALERIAS SVCESSAS (7), & unam LIVIAM SVCESSAM (8) idem Gorius ex ipso Donio produxit in lucem. Non multum autem refert singula hujusmodi epitaphia perquirere ac rimari apud Scriptores editoresque veterum monumentorum, quum omnibus indiciis destituamur, ut cognoscere quodammodo possimus quænam ea fuerit mulier, SVCESSA nuncupata, quæ hocce amuleto sacro, LAVRENTII Martyris historia insignito, uteretur, quæ ætate in vivis degeret. Illa vero formula sive adclamatione, SVCESSA VIVAS, facile intelligitur demonstrari, priora Religionis Christianæ tempora, & ea fortassis, quæ sancti Levitæ Martyrio propinqua satis fuerunt: quibus etiam

## I

liben-

(1) Nummus aureus veterum Christianorum commentario in duas partes distributo explicatus &c. Parte 1. Cap. XL. & Parte II. Cap. XI. Item in Dissert. De vetustate & forma Monogrammatiss Nominis IESV pag. 43.

(2) Lib. 1. Cap. xxxi. Pamphilus autem dicitur Eusebius ob amicitiam cum Pamphilo Martyre cultam, ut inquit S. Hieronymus.

(3) Pag. 688. & p. 689. Sed in Martyrologio Romano ad diem xxviii. Martii habemus,

In Africa sanctorum Martyrum Rogati, SVCESSI, & aliorum sexdecim.

(4) Sectione 111 pag. LXXIII.

(5) Inscript. Antiq. Cap. III. pag. 188. num. 429. Ibid. Cap. IV. pag. 314 Num. XXXVIII.

(6) Classe 11. pag. 108. num. 183. & Class. 8. pag. 316. num. 4.

(7) Class. VI. pag. 305. num. 164. & Class. XI. pag. 384. num. 20.

(8) Class. XVI. pag. 463. num. 24.

libenter adscriberem hunc titulum, quem ex sacris cœmeteriis vulgavit Severanus (1), existentem ad sancti LAURENTII extra muros Urbis in agro Verano.

A ✠ ω  
SANCTO MARTVRI LAURENTIO  
IVLIA EXIBIT III. KAL. OCT. DEP. KAL. SS

Plane quemadmodum SVCESSA, meritis ejusdem CHRISTI Martyris, vitam temporalem, vel æternam, aut aliquod aliud a DEO beneficium consequuturam se sperabat, ita IVLIA eidem sancto LAURENTIO se devovere, & commendare videtur; sed de eadem hac inscriptione paullo post magis opportune.

In altera Numismatis, sive rotundæ laminæ plumbeæ parte cælatum est Altare, quatuor columnis teretibus, unaquaque super stylobate constituta ornatum; cui ab Ecclesiasticis Scriptoribus *Confessionis* appellatione multoties designato, transfenna vetusto ritu præponitur. Pendent ab epistiliis columnarum in duas æquales partes vela sinuata, quæ alligata sunt zophoro eisdem epistiliis innixo, & quod reliquum est pendet a medietate zophori, seu coronidis super transfennam ipsam: utrimque inter eadem vela pendentia & zophorum, qua scilicet vela sinuantur, ad augendum splendorem ornatum & decus Altaris, duo rosarum flores spectantur, & supra coronidem duo arcus erecti se invicem interfecant. Accedit ad Altare palliatus vir, qui ceream facem accensam præfert voti causâ, pium sancto Martyri donum oblaturus, eademque epigraphe legitur in summitate: SVCESSA VIVAS.

Non una est causâ, quæ majores nostros moverit ad imponendam hujusmodi Altaribus, supra sanctorum Martyrum corpora excitatis, *Confessionis* titulum. Primo siquidem ævo Christianæ religionis, *Martyres* æque ac *Confessores* appellabantur, qui pro CHRISTI fide tormenta & mortem fortiter subierant. *Confessor* itaque & *Martyr*, ut in Historia sanctorum septem Dormientium diximus (2), *idem significare videntur, si Græca unius*

VOC-

(1) *Roma Sotterranea* Lib. III. Cap. XL I. pag. 394. Hic cl. vir. A. Bosii Opus iterum edit, auxitque pluribus sacris monumentis.

[2] Cap. X. pag. 25. Consule Martyrologium

Romanum a Ven. Baronio editum ad diem II. Januarii lit. h. ubi de titulo *Confessorum*, pro temporum ratione diversimode usurpato, plura erudite digessit.

vocabuli, & Latina alterius origo spectetur. Ac proinde in libro Cæremoniali Episcoporum legimus (1). *Locus, qui in plerisque Ecclesiis sub Altari majori esse solet, ubi sanctorum Martyrum corpora requiescunt, MARTYRIVM, seu CONFESSIO appellatur.* Locus autem ille ita nuncupatus, Altari quoque superædificato, *Confessionis* titulum communicavit; ita ut *Altare Confessionis* dici soleat. Aliqua vetusta rei testimonia a vulgato Anastasio facile peti possunt, quæ Conradus Janningus in Actis sanctorum Bollandianis recenset mense Junio (2). Nostra vero ætas *Confessores* distinguit a Martyribus, ut notum est, & nos in eadem Historia monuimus (3). Ut his quidpiam addamus, non finit egregium Opus summi Pontificis feliciter regnantis BENEDICTI XIV. *De Servorum DEI Beatificatione, & de Beatorum Canonizatione*, in quo singula, quæ ad hanc disciplinam spectare possunt, revocantur ad trutinam; ac potissime in tertia, quæ modo in Urbe sub prælo sudat editione, reliquarum accuratissima.

Sed, ut propius accedamus ad propositam illustrationem sacri hujus emblematis, Confessionem sancti LAVRENTII Martyris exstruxisse sanctum Sixtum III. Pontificem Maximum, eandemque decorasse porphyreticis columnis (4), narrat Anastasius Bibliothecarius (5), qui etiam inquit ipsum Pontificem ornavisse *transennam, & Altare, & Confessionem sancti Martyris LAVRENTII de argento purissimo.* Fecisse quoque *Altare pensan. libras quinquaginta, cancellos argenteos supra platonias porphyreticas, pensantes libras trecentas. Absidam super cancellos cum statua Beati LAVRENTII Martyris argentea pensan. libras ducentas.* Additque Basilicam ædificasse in honorem Beati LAVRENTII, in qua multa dona idem Sixtus obtulit.

Illæ columnæ, quas Anastasius describit indicato supra loco, in eadem sacra Æde adhuc existunt. Produunt vero non Scriptoris erratum sed vulgi; non enim porphyreticæ sunt co-

I 2

lumnæ,

[1] Lib. I. Cap. XII. §. XVI.

[2] Tomo VII. sive Tom. VI. Parte II. pag. 112. &amp; p. 113.

[3] Cap. X.

[4] Videbis Tom. I. Historiæ Pontificalis in

Sixto III. Sect. 65. pag. 58. & p. 59. & quæ ad ea verba Anastasi, *Columnas porphyreticas*, adnotantur ab illustratoribus ejusdem Historiæ Tomo III. Edit. Vatic. in fol. pag. 107.

[5] In Sixto III. Sect. 65.

lumnæ , quæ circa Altare subterraneum attolluntur , sed ut Ciampinius observat in Synopsi Historica de sacris Ædificiis a Constantino Magno constructis (1) , *duodecim columnæ elevant fornicem , quarum quatuor anteriores ex marmore viridi , reliquæ ex patrio sunt* . Columnæ vero circa superædificatum Altare sunt porphyreticæ (2) . Monendus est opportune Lector , Bibliothecarium , de Basilica in agro Verano a Constantino Magno excitata (3) , primo heic sermonem fecisse , in qua *Confessionem* Sixtus extruxit . Secundo loco , de alia Basilica sanctissimo Levitæ sacra fuisse loquutum , ipse verborum contextus innuit , cui accedit præstantium codicum lectio , ut videre est in postrema ejusdem vulgati Anastasii editione Romana (4) . Qua in re allucinatur Ciampinius (5) , utrumque Bibliothecarii locum intelligens de Basilica in agro Verano sita . Illustratores vitarum Romanorum Pontificum eidem Anastasio tributarum , rem hanc , nulla vel brevi nota declararunt , quod fortasse mirum atque insolitum iis videbitur , qui alibi in eundem Anastasium multam eruditionis frugem ipsos congestisse norunt (6) . Sacra vero Ædes , quam posteriori loco ipse Anastasius commemorat , Beato LAURENTIO a Sixto Pontifice exstructam , ea verisimiliter est , quæ jam pridem in *Lucina* nuncupatur . Antiquus cælator hujus emblematis , non expressit Altare subterraneum , sive hypogeum , quod Constantinus ædificavit ornavitque , sicuti Ciampinius expendit (7) , sed Altare majus , ut ajunt , superimpositum *Confessionem* , a Sixto exædificatum , quod etiam *Confessionis* titulum , ut diximus , sibi vindicat .

### Illu-

[1] Cap. vi. pag. 115.

[2] In eo certe caligavit Boldettus in Observationibus ad sacra cæmeteria Lib. 1. Cap. 1x. pag. 33.

[3] Anastasius in Vita S. Silvestri , edit. Vatic Tom. II. Sect. 43. pag. 315. ita inquit . *Eodem tempore Constantinus Augustus fecit Basilicam beato LAURENTIO Martyri Via Tiburtina in agrum Veranum supra Arenarium Crypta , & usque ad Corpus Beati LAURENTII Martyris , in qua fecit gradus ascensionis , & descensionis . In quo loco construxit absidam , & ornavit marmoribus porphyreticis , & de superiori loco clusit de argento , & cancellos ex ar-*

*gento purissimo ornavit , qui pensant libras mille , & ante ipsum locum in crypta posuit lucernam ex auro purissimo mixorum decem pensantem libras triginta &c . . . . . Ante Corpus Beati LAURENTII Martyris argento clusam passionem ipsius sigillis ornatam cum lucernis byssinis argenteis &c .* Hoc autem loco , sine ulla hesitatione legendum videtur : *cum lucernis bis senis argenteis &c .*

(4) Tomo 1. in Sixto II. Sect. 65. pag. 53. & p. 59.

[5] De sacris Ædificiis Cap. vi.

(6) Edit. Vatic. in fol.

(7) De sacris Ædificiis Cap. vi.



Illustre est Bibliothecarii testimonium paullo ante a nobis recitatum circa ornamenta, quibus sanctus Pontifex Sixtus I I. *Confessionem* sancti LAURENTII Martyris decorare curavit: illo etenim satis clare demonstratur, quid hæc transfenna sit, de qua ipse loquitur; eandemque esse, quæ in nostra plumbea lamina exprimitur, nemo, ut conjicimus, adfirmare dubitaverit. Exemplum huic simile ex cœmeterio Callisti seu Prætextati vulgavit tabula æri cælata clarus Boldettus (1), reperta magna ac marmorea transfenna in ædícula illius cœmeterii ad tumulum quoddam, hoc Monogrammate  $\Psi$  ter repetito insignitum. Pronum esset profanæ eruditionis subsidio illustrare quamplurimum transfennæ vocem ab optimis Latinæ linguæ scriptoribus diversimode usurpatam. Verum institutæ rei tractationi digressio isthæc intempestiva & minus accommoda Lectori videri posset; eam ideo missam facimus, & ad alia pergimus.

Vela, quæ ornamentum gratia pendent crispata super transfennam, non idem sunt quod erat olim *Cortina*, sive *Velothyrum*, ac etiam *Amphihyrum*, & vulgo, Itali, *Portiera* dicimus [2]. Nam hujusmodi vela ex lino plerumque constabant, sed & ex serico fiebant, atque auro contexta, & plus minusve sumtuosa ac pretiosa pro opportunitate loci, cui aptari ea oportebat. Sane pretiosiora erant, quæ non ad alium quempiam usum parabantur, nisi ad ornatum, cultum, & decorem alicujus sacræ Ædis [3], arcubus, zophorisque accommodanda ad modum encarpi, quod etiam nunc in usu quoque est festis diebus solemnioribus.

. . . . . *Quæ festis suspendam pallia portis?*

inquit Prudentius [4]. De hisce velis videndus etiam sanctus Paullinus Nolanus Episcopus Natali I I. de sancto Felice CHRISTI Martyre celeberrimo [5]. Exempla vetustatis heic congerenda

(1) *Osservaz. sopra i Cimiteri de'santi Marziri &c.* Lib. 1. Cap. 1x. pag. 35.

(2) *Adi Hierolex con. Macri*, verbo *Velum*.

(3) *Eliber* Cap. 1 Vers 6. *Et pendebant ex omni parte tentoria aërii coloris, & carbasini, & hyacinthini sustentata funibus byssinis atque*

*purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoris fuiciebantur.*

(4) *In Symmachum*.

(5) De eodem sancto Paullino meminimus in *Historia sancto: um VI I. Dormientium* Cap. v. & Cap. x. & in *Commentario ad Nummum areum*  
vete-

da essent, queis illustraretur mos iste majorum nostrorum, sed anteivit Ciampinius Opere de sacris Ædificiis [1], alibi in hac Dissertatione citato, præcessitque Bonarrotius suis Observationibus ad sacra Dypica [2], quin memorem alios sacra, profanaque eruditione præstantes viros, quorum lucubrationes nostra nequaquam indigent laudatione.

Vir, qui palliatus accedit ad sacram LAVRENTII Martyris *Confessionem*, dextera cereum ardentem offert, sinistra sustinet pallium. Ita quidem tunica pallioque indutos processisse priores Christianifideles, indicant, quæ adhuc remanent vetusta sacrarum Ædium monumenta, in quibus opere tessellato depictæ sunt imagines IESV CHRISTI Domini nostri, atque Apostolorum [3]. Hujusce vestis meminere in scriptis suis vetustissimi auctores, ac præsertim Tertullianus libro singulari de Pallio inscripto [4], & Eusebius Cæsariensis [5], quid diserte mentionem facit æneæ statuæ sua ætate adhuc existantis ad Cæsaream Philippi, curante muliere Hemorrhoißa, eademque sumtus in pium opus suppeditante conflata, & Salvatorem IESVM CHRISTVM, tunica pallioque indutum [6] exhibentis. Lucianus Christianorum habitum, & Christianum hominem suo more vestitum describens, per jocum inquit [7]. *Pallium putre, sine calceis & tegmine capitis incedens, detensa coma &c.*, qualis ille vir apparet, qui in hocce emblemate spectatur. Ab eo indumenti genere Christianis hominibus adeo communi, certum est dicterium promanasse a *Toga ad Pallium*, cujus meminit Tertullianus [8], quoque designabatur

Paga-

*veterum Christianorum explicatum &c.* Parte 1. Cap. XL. In eadem autem Historia nonnulla etiam diximus de sancto Felice Nolano Cap. x.

(1) Cap. XXIV. pag. 153. & p. 154.

(2) Pag. 260. Existant post Observationes ad vitrea fragmenta:

(3) Vide Ciampinii *Vetere monumenta* Parte 1. & Parte 11.

(4) *Ibidem* eruditas Claudii Salmasii notas expende.

(5) Lib. VII. Cap. XIV. Vide quoque Sozomenum Lib. v.

(6) Multa de hac statua diximus in *Commentario ad Nummum æreum veterum Christianorum &c.* Parte 1. Cap. VIII. & Cap. IX. Histo-

riam imaginis IESV CHRISTI Domini nostri ordine chronologico ibidem texentes, ut ipsam imaginem prototypo admodum similem ad nostram usque ætatem pervenisse demonstraremus.

(7) In Philopator &c.

(8) Lib. de Pallio. Ceterum Togam vestem esse peculiarem mortuis hominibus destinatam, inquit Juvenalis *Sat.* 11 I. Vers. 171.

*Pars magna Italia, si verum admittimus, in qua*

*Nemo Togam sumit, nisi mortuus &c.* Floruit autem Juvenalis Vespasiano & Domitiano Imp. Martialis quoque Lib. IX. *Epigr.* LVIII. eodem modo scribebat.

..... *Nec pallens Toga mortui tribulis &c.*

Paganus aliquis homo ad Christianam religionem conversus .

Luminaria cereosque , multis præclarisque testimoniis evincitur , inquit Joannes Stephanus Durantius [1] , *nedum vesperi , sed & lucente Sole in Ecclesiis accendi consuetum , ab ipso nascentis Ecclesiæ initio : quippe cerei luce nos instruimur ex sententia maximi Ecclesiæ Doctoris sancti Hieronymi [2] , ut accenso lumine sponsi spectetur adventus .* Proinde Ceroferarii ministerium eo respicere facile mihi persuadeo , quum munus illius sit cereis accensis adstare , *quando Evangelium legendum est . aut sacrificium offerendum , ut scribit sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus [3] : qui subdit etiam , non ad fugandas tenebras luminaria accendi solere , dum Sol eodem tempore rutilat , sed ad signum lætitiæ demonstrandum , ut sub typo luminis corporalis , illa lux ostendatur , de qua in Evangelio legitur . Erat lux vera , quæ illuminat &c.*

Plane in templis Christianorum vetustissimus est cereorum usus , multique Patres de eo meminerunt . Sanctus Paullinus Natali III. de sancto Felice inquit .

*Limina ceratis adolentur odora papyris  
Nocte dieque micant : hinc nox splendorque diei  
Fulget &c.*

Idipsum occurrit etiam Natali VI. & Prudentius ait in Hymno de sancto LAURENTIO .

*Argenteis scyphis ferunt  
Fumare sacrum sanguinem ,  
Auroque , nocturnis sacris  
Adstare fixos cereos &c.*

Alterius vero generis luminariorum fidem faciunt multæ aneæ lucernæ , plurimæque fictiles , sacris etiam emblematis insignitæ , quæ frequenter in suburbanis cœmeteriis repertæ sunt [4] , quasque adhuc inveniri contingit , aliis cœmeteriorum cuniculis noviter effossis : iis etenim lucernis utebantur Christifideles ingruentibus persecutionum procellis , primis  
vide-

(1) De ritibus Ecclesiæ Catholice Lib. I. Cap. VIII. pag. 27.

(2) Ad Marcellam Epist. XX.

(3) Originum Lib. VII. Cap. XI. Idem in-

quit S. Hieronymus adversus Vigilantium .

(4) Consule Bosium , Aringhium , Severanum , Fortunium Lycetum , Casalium , & alios veterum Christianorum cimeliæ illustrantes .

videlicet Ecclesiæ sæculis, ad eorundem cœmeteriorum cuniculos die noctuque illustrandos, in quibus necessitate compulsi degebant; & ad illuminandas pariter ædiculas, in quibus sacra mysteria & synaxes peragebant, quæ quidem ædiculæ in ipsis cœmeteriis frequentes admodum sunt, & ad illam opportunitatem accommodatæ.

Abs re non erit festa Lucernarum heic paucis memorare, quæ ab Ethnicis, miris modis aliquando celebrabantur. Insignis in tota Ægypto est *Accensio Lucernarum* in Minervæ honorem instituta, quam teste Herodoto [1], adeo celebrem fuisse scimus, ut qui festo non adfuissent, in fenestris domorum suarum eas accenderent; sicque videbatur noctis obscuritas in diei claritatem conversa. Jacobus Sponius in suo Oedeporico [2], basim marmoream protulit æneis typis expressam, in qua opere depresso insculpta cernitur Atheniensium sollempnis in Cereris honorem supplicatio. Incedunt multi funalibus accensis bini circum ipsam basim, eodem opere cælatis imaginibus, quæ tamen temporis iniuria valde detritæ sunt. Istud vero etiam apud veteres Christianos in usu erat, nostraque tempestate adhuc retineri, nemo est qui ignoret. Fiunt autem hujusmodi supplicationes accensis luminibus, plerumque lucente Sole.

Sed antiquitus festos dies luminibus fuisse cohonestatos, docet Suetonius in vita Cæsaris Dictatoris [3], inquiring de ejusdem triumpho: *ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis, dextra atque sinistra lychnos gestantibus &c.* De Cajo Duilio, qui Pœnos classe primus devicerat, videndus Sextus Aurelius Victor [4], item Cicero [5]; tum etiam Lucius Florus, qui ait [6]. *Duilius Imperator, non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi a cæna rediret, præluere funalia, præcinere sibi tibias jussit, quasi quotidie triumpharet.* De celeberrimo convivio a Cleopatra in Cilicia Marco Antonio sumtuosissime parato, scri-

(1) Lib. 11. num. marg. 62.

(2) Tomo 11. ita inscripto. *Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grece, & du Levant &c.* pag 283.

(3) Cap. xxxvii.

(4) *De Viris illustribus &c.*

(5) *In Catone majori, sive Lib. De Senectute;*

(6) Lib. 11.

scribit Athenæus (1), iis omnibus, qui conviviali festo interfuerant, egressis, Æthiopicos pueros cum facibus fuisse præmissos, magnificentiæ causâ, pompæ, ac decoris. Omittimus de Funerum pompa dicere, quam die adhuc claro multis luminibus aliquando veteres prosequabantur (2), deque aliis hujuscemodi ritibus differere. Illud magis ad rem nostram facere videtur, quod legitur in sacris Bibliis, Antiochum Epiphanem, a quo Jason, Onia fratre expoliato, summi sacerdotis dignitatem pecunia emerat, exceptum ab eo, & a Civibus Jerosolymorum fuisse *cum facularum luminibus & laudibus* (3). Denique Daniel Bartolus e Societate IESU, in sua Sinenſi Historia (4), festum luminariorum a Sinenſibus celebrari narrat, in quo scilicet in Domibus intrinsecus, æque ac forinsecus in fenestris, lucernas accendunt die quadam Lunæ sacra, cujus ab ordinario certoque cursu, anni primordia patrio more auspiciantur. Sed illuc redeundum est, unde sensim declinavimus.

Oblationes ergo cereorum laudantur a sanctis Ecclesiæ Doctoribus, Augustino (5), & Joanne Chrysostomo (6), aliisque permultis. Sanctus Gregorius Turonensis scribens de miraculis sancti Martini (7). *At ego, inquit, in vita beati Anrithitis confisus, unum ex cereolis transmitto per puerum, dicens: Accendite illum coram eo &c.* Laudantur etiam oblationes cereorum a sancto Hieronymo adversus Vigilantium, ubi inter cetera scribit (8). *Quicumque accendunt cereos, secundum fidem suam habent mercedem &c.* Porro illam mercedem, videlicet gratiæ divinæ, vel beneficii expectati consequutionem & implementum exspectabat, quicumque ille est, qui in nostro numismate, accensio cereo accedit ad

K

aram

[1] Lib. IV.

(2) Ad Suetonium in *Augusto* Cap. LXXXVIII. Kirchmannum de *Funeribus Romanorum*, Gutherium De *Jure Manium*, alioque tum veteres tum recentiores. In fragmento vetustæ Inscriptionis, quod vulgavit Boldettus Lib. I. Cap. LIX. pag. 311. jubet defunctus vir . . . . . DIE NATALIS SUI . . . . . quo fortasse obiit, STORTVLAS ITEM POPVLO FIERI ET . . . . . PVERIS NVCES SPARGI DIE SS ET LVMINATIONE.

(3) *Machabeorum* Lib. II. Cap. IV. Verſiculo 22.

(4) Lib. I. pag. 55. Hujus autem Historiæ titulus hic est. *La Cina terza parte dell' Asia &c.* Romæ 1663. in fol.

(5) Sermone CCXII. *De tempore &c.* *Qui posuerunt aut cereolos, aut oleum, quod in candelis mittatur, exhibent.*

(6) Oratione de *occurſu DOMINI & Simeonis &c.* inquit . . . . . *Ut tamquam filii lucis CHRISTO vero illi luminibus Cereos offeramus.*

(7) Lib. II. Cap. II.

(8) Operum sancti Hieronymi edit. Veron. in fol. MDCCXXXV. Tom. II. Column. 394.

aram CHRISTI Martyris LAVRENTII. Vel fortasse cereum ille offert ad ejusdem sancti LAVRENTII *Confessionem*, votum SUCCESSÆ impleturus, quæ beneficium quodpiam obtinuit, vel obtinere confidebat. Vetustiores summi Pontifices has Christifidelium oblationes adprobarunt, dum Basilicis, Ecclesiisque insignioribus prædia fundosque addixerunt, ac alia bene multa donarunt pro earumdem luminaribus, ut in vitis Romanorum Pontificum legimus (1), & in tabulariis ipsarum sacrarum Ædium descriptum est, tabulisque marmoreis consignatum (2).

Et hæc quidem erant pia veterum Christianorum vota, quorum etiam privati homines aliquando marmoribus testatam posteris memoriam voluerunt. Primum ex hisce marmoribus, quod heic producimus, illud idem est, quod in hac Dissertatione paullo ante vulgavimus, ipsumque ediderunt etiam Bosius & Severanus (3) ex coemeterio Cyriacæ.

sic

A ✠ ω  
SANCTO MARTVRI LAVRENTIO  
IVLIA EXIBIT III. KAL. OCT. DEP. KAL. SS.

Sane hoc marmor votum enarrat Juliæ morituræ, sancto LAVRENTIO Martyri se commendantis. Obiit illa die XXIX. Septembris. EXIBIT enim III. Kalendas Octobris (4). Tumulata vero die prima Octobris, quod innuit KAL. SS, nempe Kalendis Sequentibus, idest Octobris, qui proximus Septembri est.

Aliud æque insigne marmor votivum vulgavit Boldettus (5) ex eodem coemeterio Cyriacæ, quod tale est.

PETRVS ET PANCARA BOTV PO  
SVENT' MARTVRE FELICITATI

Illustris in Urbe est memoria sanctæ Felicitatis Martyris, quæ septem

(1) Anastasio S. R. E. Bibliothecario plerumque tribuuntur Vitæ Romanorum Pontificum, illarumque plures exstant ejus nomine editiones.

(2) Tabulas hæsc marmoreas videre licet apud illustatores sacrarum Ædium vetustissimarum, ac potissime Basilicæ Vaticanæ, Lateranensis, & Liberianæ, sive sanctæ MARIÆ ad Præsep DOMINI. Consule, si lubet, quæ notavimus pag. 31. 2.

(3) *Roma Sotterranea &c.* Lib. 111. Cap. XL1. pag. 394. Vid. pag. 66. hujus Dissert.

(4) In adlato lapide irrepit litera B. pro V. verbo EXIBIT, quod tamen imperitiæ quadratarii ne statim tribuatur, vide quæ olim adnotavimus in illustratione Florenti auri veteris Parte IV. pag. 457. & p. seq.

(5) *Osservaz. sopra i Cimiterj de'santi Martiri &c.* Lib. 11. Cap. VI 11. pag. 431.

ptem Filiorum martyrio coronatorum celeberrima fuit mater (1). Ab ea nomen accepit cœmeterium, quod adhuc sanctæ Felicitatis appellatur. Eidem votum voverant PETRVS ET PANCARA (2).

Huic adfinis est titulus in cœmeterio Callisti repertus una cum vase sanguinis, muro sive topho (3) adfixo, & ab eodem Boldetto ita editus (4), ut heic exhibetur.

ALEXANDRO . FRATRI . BENEMERENTI . VOTVM  
MERENTI . FRATRES . REDDIDERVNT . VIXIT . IN CHRISTO  
ANNIS . XXXIII . DECESSIT . IDVS . IVNIAS

Ejusdem autem sancti Alexandri corpus, ab ipso tituli editore Boldetto, exstare dicitur Urbini in Sacello domestico de Bonaventuris.

Alia duo epitaphia cl. Fontaninius publici juris fecit, illustrans Discum argenteum votivum veterum Christianorum, Perusie repertum, quorum primum est hujusmodi (5).

sic

MALCHVS ET EYPHEMIA  
CVM SVIS DE DONIS DEI  
VOTVM SOLVINT

Idem exstare marmor inquit in platea Aquilejensi.

Alterum, quod olim servabatur in insulæ Gradensis principe Æde sacra, ita descriptum est (6).

LAVRENTIVS V. C. PALATINVS  
VOTVM CVM SVIS SOLVIT ET DE  
DONO DEI FECERVNT . P. DCC

Utrumque ex Codice Redio depromsit Fontaninius, qui agens

K 2 de

(1) Natale sanctæ Felicitatis describitur in Martyrologio Romano Nono Kalendas Decembris, nempe die XXIII. Novembris. Aliqua de eadem sancta Fœmina eo loci Baronius produxit in notis. De sanctis Martyribus filiis sanctæ Felicitatis, alibi diximus, PECORII lapidem expendentis. Videfis pag. 40.

(2) BOTV POSVNT, lege VOTVM POSVERVNT. Hujusmodi menda in lapidibus veterum Christianorum, passim occurrunt. . . MARTVRE, lege MARTYRI.

(3) Sacra suburbana cœmeteria a veteribus

Christianis ad opus damnatis, cavato construentis edificiis topho, atque arena, duro improboque labore, primis Ecclesiæ sæculis sunt edificata, plurimis cuniculis, cubiculisque nonnullis scalpro excisis; ita ut semitarum & cuniculorum multitudine considerata, qui etiam sæpe in plures ordines sunt distincti, merito a scriptoribus, veluti Urbs altera, *Roma Subterranea* dicatur.

(4) *Observaz. sopra i Cimiterj de' santi Martiri &c.* Lib. 1. Cap. LX. pag. 323.

[5] Cap. XI I. pag. 31.

(6) *Ibidem* pag. 86.

de hoc ipso Laurentii lapide, ait (1): *bene fit piis illis majoribus nostris, qui tanta religione in sacrarum Ædium ornatum sua vota DEO persolvebant! Laurentius, si quid videro, una cum suis in Patriarchali Grædensi, pavementum, quod voverat, pedes septingentos sternendum curavit.*


Quod sequitur marmor vetustum, a Bosio & Severano editum (2), in Æde sancti Sebastiani Martyris nomine insignita muro adfixum est, occurritque introeuntibus dextrorsum.

TEMPORIBVS	SANCTI INNOCENTII
EPISCOPI	PROCLINVS
ET VRSVS	PRESBB.
TITVLI	BIZANTIS
SANCTO	MARTYRI
SEBASTIANO	EX VOTO FECERVNT

Innocentius autem primus anno Christi cccci. summus Pontifex fuit inauguratus.

Antiquorum Christifidelium veram in DEVM pietatem, ac venerationem erga Sanctos hæc vota præferunt; aut enim DEO OPTIMO MAXIMO aliquid ii dicarunt ac voverunt, aut Sanctorum meritis confisi, DEVM sibi propitium hisce votis precabantur ac flagitabant.

Non prætereunda autem duo sequentia epitaphia putavimus a Bonarrotio vulgata (3), quod hunc nostræ Dissertationis locum valde ornent.

I.  SABBATI DVLCIS  
ANIMA PETE ET RO  
GA PRO FRATRES ET  
SODALES TVOS



II. IVLIANE VIBAS IN DEO ET RO &c. (4)

Maxime vero pertinent ad augendas sancti LAVRENTII laudes hæc monumenta, quæ addimus, & a clarissimo Blanchin-  
nio

(1) Pag. 86.

(2) *Roma Sotterranea &c.* Lib. III. Cap. XII. pag. 252.

(3) *Osservaz. sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro &c.* pag. 167. Mutillam vulga-

vit Boldettus hanc inscriptionem Lib. II. Cap. XII. pag. 490.

(4) Videlicet. ET. ROGA. Reliqua omittimus; non enim spectare ad idem epitaphium monet editor Bonarrotius citato supra loco. Tamen idem



nio in Præfatione ad Tomum primum Anastasii (1), edita sunt.  
 † HOC QVOD CERNITIS DISCITE QVOD LVPERCVS EPISCOPVS COMPSIT ET  
 ORNAVIT IN HAC ECCLESIA

LVPERCVS EP FIERI PRE CEP  
 AMORE DI ET SCORVM FELIC. ET PAVLINIRVFI LAVRENTI ET PATRICII  
 Ecclesiæ Nolanae, de qua in hoc lapide sermo, præfuit Lupercus  
 Episcopus circa annu n Christi DLV. (2). Aliud marmor ad Hilarum  
 Archidiaconum spectat, qui fuit postea Pontifex Maximus, &  
 Oratorium sancti LAVRENTII instauravit ornavitque, & tale est (3).

† AVXILIANTE DNO DO N XPO ORANTE BEATO LAVRENTIO MARTYRE  
 HILARVS ARCHIDIAC FECIT.

Hilarus natione Sardus Pontificatum tenuit annis sex & ultra,  
 tumultus deinde fuit in cœmeterio ad sanctum LAVRENTIUM,  
 inquit Anastasius (4), *juxta corpus beati Sixti*.

Prudentius de eodem sancto LAVRENTIO, veluti magno Ro-  
 manorum patrono, inquit (5).

*Ipsa & Senatus lumina*

*Quondam Luperci, & Flamines,*

*Apostolorum & Martyrum*

*Exosculantur limina.*

*Videmus illustres domos,*

*Sexu ex utroque nobiles*

*Offerre VOTIS pignora*

*Clarissimorum liberum.*

*Vittatus olim Pontifex*

*Accitur in signum CRVCIS,*

*Ædemque LAVRENTI tuam*

*Vestalis intrat Claudia &c.*

Et paulo post hæc, eadem pietatis laude, ac religionis studio  
 erga

idem qui Bonarrotio misit Boldettus edidit hoc  
 modo Lib. II. Cap. VII. pag. 418.

IOVIANE VIBAS IN DEO ET  
 ROG.

(1) Videfs Sectione xxv1.

(2) Ughellius in Episcopis Nolanis hunc LV-  
 PERCVM, non bene nuncupat LVPENVM. Mira-

mur in nuperrima editione Operis Ferdinandi  
 Ughellii viri clari, hoc mendum neque notatum  
 fuisse, neque castigatum, Tomo VI. Columna 253.

(3) Sectione xxxv1. Hunc eundem lapidem  
 alia occasione vulgavimus olim in illustratione  
 Floreni aurei veteris Parte IV. pag. 455.

(4) In vita Hilarii.

(5) ΗΕΡΗΣΤΕΦΑΝΩΝ in Hymno de sancto  
 LAVRENTIO.

erga sanctum LAURENTIUM, Prudentius ita sequitur.

*Qua sit potestas credita,  
Et muneris quantum datum,  
Probant QUIRITVM gaudia  
Quibus ROGATVS ANNVIS.  
Quod quisque supplex postulat,  
Fert impetratum prospere.  
Poscunt, litantur, indicant,  
Et tristis haud ullus redit &c.*

Sæpe sacræ Paginæ nos admonent emissâ vota solvenda esse (1), ne tamquam divinæ Majestatis impudentes, ac protervi irrisores, promerita cælesti indignatione asperrime puniamur. *Si quid vovisti DEO*, scriptum est in libro Ecclesiastes [2], *ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio, sed quodcumque voveris, redde. Multoque melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere &c.* Et in Deuteronomio [3]. *Quum votum voveris DOMINO DEO tuo, non tardabis reddere, quia requireret illud DOMINVS DEVS tuus. Et si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris &c.*

Sed, ut redeamus in viam, quomodo cereus adeo levidense munus [4], gratum acceptumque esse possit DEO rerum omnium

crea-

[1] Psal. LXXV. Versic. 12. *Vovete, & reddite DOMINO DEO vestro, omnes qui in circuitu ejus offertis munera &c.* Psalm. CXXXI. Vers. 2. *Votum vovit DEO Jacob &c.*

(2) Cap. v. Versic. 3. & Vers. 4.

Numer. Cap. xxx. Versic. 3. *Si quis virorum votum DOMINO voverit . . . non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit &c.* Asa Rex Juda, ut legimus Lib. II. Paralip. Cap. xv. Vers. 18. *Qua voverat Pater suus, & ipse, intulit in domum DOMINI, argentum, & aurum, vasorumque diversam suppellectilem.*

(3) Cap. XXXI II. Versic. 21. & Vers. 23. Proinde S. Ambrosius inquit Lib. IX. in Lucam Cap. XX. *Quam gravia vincula promittere DEO. & non solvere.* Sanctus Hieronymus Epistola ad Rusticum, qui voverat ad sacra Palestina loca peregrinari. *Redde, ait, quod presente DOMINO spondidisti: incerta est vita mortalium, ne*

*ante rapiaris, quam tuam impleas sponsonem.*

[4] Instituto Romam versus itinere ad Limina Apostolorum, in eoque defuncto apud Lingonas Ceolfredo Abbate suo, misit Beda ad Basilicam Vaticanam, præ ceteris donariis, quæ ille destinaverat, Pandecten, quam sanctus Hieronymus ex Hebræa, sive Græca lingua verterat in Latinam. Vide Bedam Venerabilem Lib. De sex aetatibus mundi, Operum Tom. II. pag. 117. edit. Colonia Agrippinæ in fol. sumtibus Antonii Hierati, & Joann. Gymnici Anno MDCXII. Vide item Ven. DEI SERVUM Cæsarem Baronium S. R. E. Cardinalem in Anna-libus Ecclesiasticis ad annum Christi DCCXV I I. num. VI. Hic Ceolfridus inter Sanctos Ordinis sancti Benedicti connumeratur, ejusque obitus contigisse narratur die VI I. Kal. Octobris an. DCCXVI. De eodem agit Mabillonius suo loco in Anna-libus Ordinis sancti Benedicti, & in Opere de sanctis ejusdem Ordinis.

Ad simile munus obtulerunt Basilica Principis

creatori [1], facile cognoscitur, si libros Divinarum Scripturarum percurramus, & sacrificia, & munera, quæ offerebat Abel [2], ceterique Patres Testamenti veteris, inspiciamus. In Evangelio autem Vidua illa proponitur a Marco [3], & Luca [4] memorata, quæ quum *ara minuta duo* misisset in Gazophylacium, propterea magnam ab ipso Salvatore DOMINO nostro IESU CHRISO sibi laudem promeruit.

Verumenimvero, ea quæ in honorem Sanctorum offeruntur munera, & oblationes, DEO unice offerre licet in honorem eorumdem Sanctorum. Viros autem sanctitate præclaros, esse a nobis honorandos, quia potentes sunt apud DEVM, divinæ Scripturæ paginis, & exemplis ibidem descriptis aperte admoneamur. Celeberrima res est in veteri Testamento hominem mortuum ex fortuito ossium Elisei contactu, ad vitam fuisse revocatum (5). Onias quoque, dum vixit, summus Sacerdos, & Jeremias Propheta, dicuntur *orare pro populo, & universa sancta civitate &c.* (6). In novo Testamento scimus quanta signa & prodigia per manus Apostolorum adhuc viventium fierent in plebe; ita

*pis Apostolorum* Michaël & Theophilus Imperatores Orientis, sed ex rei dignitate, & ex dignitate personæ, ornatissimum. Igitur Missa Epistola ad Ludovicum Pium in Occidente Imperatorem, inquit. *Honorem Ecclesie CHRISTI querentes fecimus literas ad Sanctissimum Patrem antiquæ Romæ, & eas misimus per prædictos Missos nostros ad eum, dantes eis EVANGELIUM aurum ex lapidibus pretiosis ornatum, similiter & patenam auream, & calicem simili modo ornatum, a nobis inscripta Imperii nostri nomina, ut DEO iubente illuc pervenientes, offerant ea ad Templum Sanctissimi, & Beatissimi Apostolorum Principis PETRI, qui intercedat pro nobis & vobis.* Edidit hanc Epistolam Petrus Delalaude Ricomagensis in *Supplemento antiquorum Conciliorum Gallie*, pag. 106 & seq. Vide pag. 108. Basilicæ autem sancti PETRI Constantem Imperatorem dono dedisse Codicem EVANGELIORUM, gemmis ornatum memorat Anastasius, quem Codicem ad Vitalianum Romanum Pontificem ea de causa idem misit, nempe ut Beato PETRO offerret.

(1) *Genesis* Cap. 1. Versic. 1. *Exodi* Cap. xx. Vers. 11. *Psalms*. LXXXVI 11. Versic. 12. &c.

(2) *Genesis* Cap. 17. Versic. 3. & seqq. sanctus Paullus Epist. ad *Hebræos* Cap. xi. Versic. 4.

(3) Cap. xii. Versic. 41. & seq. *Et sedens IESVS contra Gazophylacium, aspiciebat quomodo turba jactaret as in Gazophylacium, & multi divites jactabant multa. Quum venisset autem Vidua una pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. Et convocans discipulos suos, ait illis. Amen dico vobis, quoniam Vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in Gazophylacium. Omnes enim ex eo, quod abundavit illis, miserunt: hæc vero de penuria sua, omnia quæ habuit, misit totum victum suum.*

(4) Cap. xxii. Versic. 1. & seqq. *Respiciens autem IESVS, vidit eos, qui mittebant munera sua in Gazophylacium, divites. Vidit autem & quandam Viduam pauperulam mittentem ara minuta duo. Et dixit: vere dico vobis, quia Vidua hæc pauper plusquam omnes misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera DEI: hæc autem ex eo quod deerat illi, omnem victum suum, quem habuit, misit.*

(5) *Regum* Lib. 17. Cap. xii 11. Vers. 21.

(6) *Machabæor.* Lib. 11. Cap. xv. Versic. 12. & Vers. 14.

ita ut *Umbra Petri* satis esset ad curandos omnes ab infirmitatibus suis (1). Mirum est etiam quam multis DEVS sanitatem restituerit, positus super languidos *sudariis*, & *semicinctiis*; hoc est, cincticulis, arctioribusve zonis, quibus *Paullus* Apostolus utebatur (2). Prodigia vero, quæ pro nobis patrarunt, & quotidie patrant Apostoli, & Sancti in cælo, qui Servi & Amici DEI sunt, quis numerare, quis memorare sufficiat? Adeo multa sunt beneficia, quæ illorum meritis a DEO impetramus! Hæc quidem promisit *Petrus* Apostolus scribens (3). *Dabo autem operam, & frequenter habere vos, post obitum meum, commendatos scilicet.* Itaque Sanctos opem nobis divinam implorare, nostrasque preces eorum meritis DEO commendari, utriusque Testamenti paginis adserta res est. Ceterum triplex distinguitur a Theologis adoratio, sive cultus, *Latria*, *Hyperdulia*, *Dulia* [4]. Cultu *Latriæ* DEVM tantummodo adoramus (5); *Hyperdulia*, DEIPARAM Virginem MARIAM Dominam nostram veneramus. *Dulia*, Sanctorum merita recolimus. A DEO, misericordiam: A Sanctis vero, ac præsertim DEIPARA, ut DEVM pro nobis exorent, postulamus.

Hujusmodi vero cultus, quem Beatis in cælo cum CHRISTO regnantibus exhibemus, designari consuevit ab antiquis temporibus per cereorum, aliorumque donorum delationem ad Sanctorum tumulos, & sacras ipsorum Ædes (6). Quem quidem ritum illustrat plenissime sequenti carmine sanctus Paullinus (7);

Lu-

(1) *Act. Apostolor. Cap. v. Versic. 12. Versic. 15. & Vers. 16.*

(2) *Act. Apostolor. Cap. xix. Versic. 11. & Vers. 12.*

[3] *Petri Apostoli Epistola 11. Cap. 1. Versic. 15.* Vide quæ ad hunc locum illustrandum produunt S. Joann Chrysoft. Petrus Damian, Salmeron, Bellarminus &c.

(4) Consule veteres Patres, ac Theologorum scita, & si lubet, vide Joannem Stephanum Duranti *De ritibus Ecclesiæ Catholicae* Lib. 11. Cap. xxxvi. & alios &c.

[5] S. Augustinus Lib. xx. *Contra Faustum* Cap. xx1. *Illo cultu*, ait, *qui Græce λαρπεία dicitur, Latine uno verbo dici non potest, quum sit quadam proprie divinitati debita servitus, nec colimus, nec colendum docemus, ni-*

*si unum DEVM.*

(6) Legimus in sepulchrali memoria *Petri Martes* Barchinonensis, x11. filios obtinuisse Parentes ejus, quum antea steriles essent, invocato ab ipsis SS. x11. Apostolorum patrocinio, accensisque in Ecclesia, dum Missa celebraretur, x11. candelis, in quibus inscriptum unicuique erat unius Apostoli nomen. Illud autem cuilibet nativum imposuerunt, qui multos post annos prope festum sui Apostoli mortui sunt. Petrus omnium postremus obiit Romæ an. mccccxlv. natus an. mccccxxiv. Lapidem vidimus in muro positum, dextrorsum post Sacrarium, in aditu. qui a cornu Evangelii ducit ad Aram maximam Ecclesiæ S. Salvatoris in *Lauro* nuncupatæ; & longus est palmis circiter x11.

(7) Natali 1x. sancti Felicis Episcopi Nolani.

Lubet enim de hac re cum eodem dicendi finem facere, quemadmodum fecimus initium.

*Cedo; alii pretiosa ferant donaria, meque  
 Officii sumtu superent, qui pulcra tegendis  
 Vela ferant foribus, seu puro splendida lino  
 Sive coloratis textum fucata figuris:  
 Hi leves titulos lento poliant argento,  
 Sanctaque præfixis obducant limina lamnis:  
 Ast alii PICTIS accendant lumina CERIS,  
 Multiforesque cavis lychnos laquearibus aptent,  
 Ut vibrent tremulas FVNALIA pendula flammæ.  
 Martyris hi tumulum studeant perfundere nardo.  
 Et medicata pio regerant unguenta sepulcro &c.*

Pictas candelas, cereosque, nostro ævo videre licet ex veteri instituto Ecclesiæ Catholicæ, die II. Februarii, qua die Festum Purificationis beatæ MARIAE Virginis celebratur, *Hypapante*, vel *Hypante* a Græcis appellatum (1). Sane iidem Cerei peculiari sacroque ritu benedicti, religiose in domibus adservantur. Sed alio ritu, eoque vetustissimo consecratur etiam Cereus, qui in templis exponitur a die Sabati Hebdomadæ majoris, ad festum usque Ascensionis in cælum DOMINI nostri IESU CHRISTI. Hi pariter, prout quisque vult, variis coloribus pinguntur & ornantur; nobis autem repræsentant eundem IESVM CHRISTVM, lumen verum, æternum, descendens a patre luminum.

Hoc insuper adjicio, ejusdem ritus deferendi cereos ad Martyrum sepulcra, cujus ritus expressa est forma in nostro numismate, aliquam imaginem exhiberi nostra ætate, Senatus Populique Romani pia consuetudine, & usu a Majoribus nostris ævo sequiori instituto, tametsi hujusmodi institutionis memoria in Tabulario Capitolino minime reperiatur. Jam & hic usus adeo vetus est! Plane solent Conservatores hujus almæ Urbis, annua recurrente sancti LAURENTII Martyris sollempnitate, argenteum calicem, & pateram sive patenam argenteam quotannis offerre

L cum

(1) Videtis *Commentarium in Nummum ætes distributum &c.* Parte 1. Capite xx. ad calicem veterum Christianorum, in duas par-  
 cem paginæ 25.

cum cereis funalibus quatuor, progredientes cum pompa (1) ad ejus Ædem *Palis-perna*, sive *Panis-perna* nuncupatam (2), in Monte Viminali sitam, & a Virginibus Sanctimonialibus Ordinibus sanctæ Claræ, ea veneratione, qua par est, cultam, & decore ornatam. Hujusmodi obsequium Romanæ Urbis Conservatores exhibent quoque tribus majoribus Basilicis, Vaticanæ, Lateranensi, & Liberianæ, aliisque nonnullis Ecclesiis insignioribus (3), statutis decreto Senatus certis infra annum aliquibus festis diebus pro ea oblatione facienda.

Fortasse de eadem sacra Æde sancti LAURENTII, quæ vetustissima est, loquitur Prudentius in Hymno celeberrimo (4), in-  
quiens.

*Vittatus olim Pontifex  
Accitur in signum Crucis,  
Ædemque LAURENTI tuam  
Vestalis intrat Claudia &c.*

Floruit autem idem Prudentius sæculo IV. Imperatore Theodosio, quem *Seniorem* appellant.

Equidem heic locus est, sacras Ædes in honorem sancti LAURENTII Martyris DEO dicatas (quod antea nos promississe succurrit), breviter memorandi. Quinque illas in Urbe existisse sæculo VI. memoriæ prodidit sanctus Gregorius Turonensis Episcopus (5), qui eodem sæculo floruit, obiitque (6). Modo no-  
vem

[1] Pompam, qua procedunt Almæ Urbis Conservatores, & ordinem quem servant, oblationes argentei calicis, & cereorum de more faciendi, descripsimus in illustratione Aurei Floreni veteris Parte IV. in additionibus & emendationibus pag. 513. & p. 514.

[2] Hujus vocabuli certa notio multos fatigavit Antiquarios. Sed fortassis a Quadratiano Perpenna, ejusque Ædibus magno sumtu in ea regione olim excitatis nomen est deductum, postea vero imperiti vulgi licentia depravatum. Meminit hujus sacræ Ædis sanctus Gregorius Magnus Epistola xxx. Lib. I I. multique sunt qui putant hoc loci Martyrium subisse sanctum LAURENTIUM. Ita scribunt Octavius Panciroli, *I Tesori nascosti nell' alma Città di Roma &c.* pag. 426. Franciscus Maria Turrigius; *Le cose maravigliose dell' alma Città di Roma &c.*

pag. 45. Videndus etiam Tobias Corona, *I sacri Tempj &c.* Parte I. Cap. XXI I. cl. Mabilonius in *Itinere Italico* pag. 82. alique non pauci.

(3) Oblationes, quæ fieri solent a Senatu Populoque Romano nonnullis in Urbe Ecclesiis, singulis annis, tabula edita recensentur, indicatis mensibus, ac diebus propriis.

(4) ΠΕΡΙΣΤΕΦΑΝΩΝ, sive Lib. *De Coronis*. Hym. de sancto LAURENTIO. Stropha cxxx I.

(5) *De miraculis Sanctorum &c.* In Codice ms. Bibliothecæ Vaticanæ num. 4854. in fol. 41. quem citat Floravantes Martinellus in sua *Roma ricercata &c.* Edit. Vener. 1664 in 80. pag. 161. Nobis tamen, diligenter quæsito loco, non licuit in eodem Codice, quæ prodit Martinellus, reperire.

(6) Anno ÆRÆ Christianæ DLXXXV.

ven in ipsa Urbe numerantur Basilicæ ac Templâ clarissimo hujus sancti Levitæ nomini ab ævo vetustiori inscripta, si quæ in agro Verano, extra Urbis mœnia, sed non procul ab Urbe, sita est sacra Basilica comprehendatur. Ea jampridem insignita est a summis Pontificibus titulo unius ex Septem Urbis Ecclesiis, eodemque titulo multis privilegiis & indulgentiis decoratur, ea potissimum de causa, quod corpora sanctorum LAVRENTII Diaconi, & STEPHANI Protomartyris in eadem sacra Æde conferventur. Agunt de ea Ciampinius (1), Onuphrius Panvinius (2), Pompejus Ugonius (3), Octavius Pancirolus (4), & alii complures, qui Urbis sacras memorias describunt.

Altera insignis Basilica ad *Theatrum Pompeii* ædificata, titulo sancti LAVRENTII in *Damaso* appellatur, a quo etiam illustratur Carmine XVIIII. & Carmine XX. (5). Clero Canonicorum & Presbyterorum, quos Beneficiatos vocant, decoratur, præter Cappellanos & Clericos, qui omnes sacra obeunt mynisteria, Officiorumque Divinorum decus auget chorus Musicorum. Hæc Basilica sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Procancellario (6), a summis Pontificibus, titulo, ut ajunt, *Commendæ* adtribui consuevit (7).

## L 2

## Mul-

(1) *De sacris Ædificiis a Constantino Magno constructis* Cap. VI. pag. 111. & seqq.

(2) *De VII. Urbis Ecclesiis &c.* Cap. VI. pag. 226. & seqq. Percelebrem hanc Basilicam, ut ibidem inquit Panvinius pag. 230. Clerici primum habuere, deinde Monachi, postea Cardinales, *Commendæ* titulo, ut ajunt. Demum Canonicis Regularibus sancti Salvatoris Bononiæ, vulgo *Scopettini* concessa fuit, a quibus hodieque incolitur. Ceterum quinque fuerunt olim vetustiores Urbis Ecclesiæ sacra peregrinatione conspicuæ, Patriarchales etiam dictæ, quæ hisce Verbis comprehenduntur.

*Paullus, Virgo, Petrus, Laurentius, atque Joannes.*

*Hi Patriarchatus nomen in Urbe tenent.*

Habentur iidem Capite *Fundamenta de Elect.* in VI. apud Joannem Picardum S. R. E. Cardinalem, ex quo Capite Panvinius descripsit citati Operis Cap. 1. pag. 10. Quinque autem Ecclesiis mox enunciatis additæ fuerunt sacre Ædes S. Sebastiani, & sanctæ Crucis in Hierusalem, quæ septenarium numerum constituunt.

(3) *Historia delle Stazioni di Roma che celebrano nella Quadragesima &c.* in 8.º pag. 149. item pag. 308.

(4) *I Tesori nascosti nell' alma Città di Roma &c.* Edit. in 8.º. Roma MDC. pag. 411. c fegg. Vide quoque Franciscum Mariam Turrigium &c. *Le cose maravigliose dell' alma Città di Roma &c.* in 8.º. MDCXIX. pag. 20. Tobiam Corona, *I sacri Tempj &c.* Parte I. Cap. XXI. pag. 284.

(5) Vide sis Operum sancti Damasi Papæ editionem, Romæ Typis Vaticanis. MDCCXXXVIII. a Martio Milefio Sarazanio curatam, qui suas eidem adnotationes adjecit. Vide etiam Tomo XXVIII. Bibliothecæ maximæ veterum Patrum, edit. Lugduni in fol. MDC.LXXXVIII.

(6) Ad librum, cui titulum fecimus, *Il Fiorino d'oro antico illustrato &c.* Part. IV. pag. 479.

(7) De hac Basilica Ciampinius disserit *Lib. de S. R. Ecclesiæ Vicecancellario &c.* Camillus Fanucci, *Trattato di tutte l' Opere pie dell' alma Città di Roma.* Lib. III. Cap. XVI. pag. 232. Pompejus Ugonius, *Historia delle Stazioni di Roma*

Multa etiam vetustate conspicua est Ecclesia ejusdem sancti Levitæ LAURENTII, quæ in *Lucina* dicitur. Sunt enim qui putant a Sixto III. Pontifice Maximo ædificatam fuisse sæculo v. ineunte. Canonici aliquando eidem inserviebant, sed illis a Paulo v. Romano Pontifice inde amotis anno MDCVI. redditibusque transfatis, atque addictis magnifico exstructo ornatoque Sacello Burghesiano in honorem sanctissimæ Genitricis DEI MARIÆ in Liberiana Basilica, ut in usum Presbyterorum, Cappellanorum, & Clericorum, atque utensilium memorati Sacelli converterentur, Ecclesia Clericis Regularibus, Minoribus nuncupatis, concessa est (1).

Antiqua propemodum est alia Ecclesia, in *Fonte* appellatâ, ab illo prodigioso Fonte, qui baptizandis Hippolyto, Lucillo, ceterisque pluribus illic manasse dicitur. Illud certissimum est, hoc in loco Fontem hodiedum extare: &, si vulgatæ opinioni fidem adhibeamus, LAURENTIUS ibidem carcere detentus, multos baptizavit (2).

Jam vero, & alias Ecclesias, DEO in honorem sancti LAURENTII dicatas, commemorabo. Igitur, alia in *Miranda* dicitur, quæ in agro Boario extat, eratque olim Faustinae Augustæ Templum, & Aromatariis Urbis a Martino v. summo Pontifice donata est anno MCCCCXXX. (3).

Alia dicitur in *Piscibus*, quam Gaspar Alveri (4), & Camillus Fanuccius (5), ab amplissimis Ædibus Armellini Cardinalis

*Roma &c.* pag. 221. Turrigius, *Le cose maravigliose dell' alma Città di Roma &c.* pag. 40. Tobias Corona, *Isacri Tempj &c.* Parte 1. Cap. XXXII. pag. 284. Panvinius, *De vni Urbis Ecclesiis*, Cap. II. pag. 17. Pancirolus, *I Tesori nascosti &c.* pag. 403. & seqq. His tamen longe ante prævit vulgatus Anastasius in *Vita Damasi*, quem vide.

(1) Pauca de hac Ecclesia habet Panvinius Lib. *De vni Urbis Ecclesiis* Cap. II. pag. 17. & Cap. VI. pag. 227. Pauca item Pompejus Ugonius pag. 182. Aliqua habet etiam Camillus Fanucci Lib. I. Cap. XLII. pag. 302. Turrigius quoque in Opere citato, pag. 53. ubi inquit. *Qui vi officiavano li Canonici, & hora sotto il Pontificato di Papa Paolo V. ad intercessione del Card. Montalto, vi sono stati messi i Padri di S. Agne-*

*se in Piazza Navona.*

(2) Pancirolus. *I Tesori nascosti &c.* pag. 408. & seqq. Turrigius, *Le cose maravigliose dell' alma Città di Roma &c.* pag. 45.

(3) Vide Pancirolum in Opere citato pag. 420. & seqq. Turrigium item in suo Opere citato pag. 42. Camillus autem Fanuccius Lib. I. Cap. XXXVII. pag. 114. & Lib. IV. Cap. XXIV. pag. 381. de hac Ecclesia, Hospitali, & de Societate Aromatariorum, instituta Astorgio Cardinale Beneventano Protettore, nonnulla haud spernenda disseruit.

(4) *Roma in ogni stato.* Parte II. pag. 132. pag. 247. & p. 403.

(5) *Trattato di tutte le Opere pie dell' alma Città di Roma &c.* Lib. III. Cap. XVII. pag. 243.



lis eidem proximioribus, inquirunt postmodum nuncupatam dell' *Armellino*. Eruditissimi viri Antonius Martinetti, & Philippus Laurentius Dionysius, qui nuper collectionis Bullarum sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ, naviter curarunt editionem (1). Dissertationibus, ac notis perpetuis illustratam, sancti LAURENTII *Pallatini* Ecclesiam in Leonis IX. Bulla commemoratam, eandem esse cum ea, quæ in *Piscibus* alibi dicitur, suspicati sunt, & conjecturam argumentis confirmarunt (2). In Bulla autem Innocentii III. in qua Ecclesia sancti LAURENTII in *Piscibus* memoratur, subdunt in adnotatis (3), ita dictam fuisse, *ab illustri Familia de Piscibus, sive a loci vicinia, ubi pisces venum ibant*. Hæc Ecclesia multo sumtu a Familia Cæsia iterum a solo excitata an. MDCL. Clericis Regularibus Pauperum Matris DEI Scholarum piarum tradita est (4).

Ex reliquis ejusdem sancti LAURENTII nomine DEO dicatis Ecclesiis, alia sanctorum simul LAURENTII Martyris, & BENEDICTI Abbatis titulo insignita, parum dissimili vocabulo dicitur in *Piscinula* (5). Existat in regione transiberina, ultra pontem Fabricium, vulgo *di Quattro capi*; post insulam Lycaoniam, & contra pontem Cestium, qui vulgo dicitur *di S. Bartolommeo*.

Alia denique, a Corvina vetusta Gente, nobilitate olim in Urbe conspicua, vulgo dicitur ad *Macellum de' Corvi*, ut inquit Pancirolus (6).

Sed aliæ plures olim fuerunt Ecclesiæ Levitæ LAURENTII nomine claræ, quæ labentibus temporibus perierunt. De his consulendus Floravantes Martinellus in sua Roma ex Ethnica sacra (7). Verum præter recensitas sacras Ædes, hodieum quam multa sunt Sacella in Urbis Ecclesiis, ejusdem sancti LAURENTII titulo

(1) Titulus Operis est: *Collectio Bullarum sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ* &c. Tom. 1.

(2) *Ibidem* videlicet pag. 26. not. c.

(3) *Ibidem* &c. pag. 84. not. d.

(4) Summus Pontifex Innocentius X. ut consuleret publice commoditati, Regulari huic Ordini Pauperum Matris DEI, qui institutus pueris incumbunt, maxime pauperibus, locum hunc destinavit, ne decesset Regioni, quæ vulgo dicitur *di Borgo*, Piæ Scholæ, sanctissimum Carita-

tis Opus a Beato Josepho Calasancio in Urbe institutum.

(5) Gaspar Alveri, *Roma in ogni stato* &c. Parte II. pag. 403. Turrigius, *Li sacri Trofei Romani* &c. pag. 111. edit. Rom. in 8º. 1644. Floravantes Martinellus, *Roma ex Ethnica sacra* &c. Cap. XI 1. pag. 347.

(6) *I Tesori nascosti nell' alma Città di Roma* &c. pag. 419.

(7) Cap. XI 1. pag. 363. & seqq.

tulo decorata . Omnium autem est præclarissimum , quod Oratorio sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum adjacet , idque Sacellum Populus Romanus frequens adit, dum vetustissimam ipsam sanctissimi Salvatoris Imaginem veneraturus invisit . De eo videlicet Josephi Mariæ Sorefinii Opusculum de Imagine sanctissimi Salvatoris in Basilica ad Sancta Sanctorum adservata (1) , & Commentarium nostrum in Nummum æreum veterum Christianorum explicatum (2) . Plura vero habes in Vitis Pontificum Romanorum , apud Ciampinium (3) , & alios .

Sane Festum sancti LAURENTII fuit semper ubique , nostraque ætate pariter est celeberrimum (4), legiturque aliis majoribus Festis adnumeratum in Sylvii Polemii laterculo iv. Eidus Augusti . Scriptus est autem hic Laterculus , Theodosii & Valentiniani Imperatorum ævo , ut a Bollandianis animadvertitur (5) : eademque die legitur in vetustioribus Kalendaris , Romano , & Carthaginensi . Primum , Liberio summo Pontifice descriptum , Bucherius vulgavit (6) ; alterum , spectans ad sæculum v. edidit Mabillonius (7) .

Præterea sancti LAURENTII memoriam quotannis sollempni pompa a priscis Fidelibus fuisse celebratam , luculentissime testantur antiquæ picturæ ac cælaturæ , quas e sacris cœmeteriis variis temporibus effossas vulgaverunt Romæ subterraneæ descriptores (8) . Superfunt quoque vitreorum vasculorum fragmenta , in quibus non semel ejusdem sancti LAURENTII imago & nomen occurrit . Bosius (9) , atque Aringhius (10) , ex Ædibus Vallicellanis unum protulerunt , quod ibidem adhuc servatur , & post LAURENTII caput Monogramma CHRISTI in eo visitur . Hujus vitrei vasis , cujus in hac Dissertatione paullo ante meminimus ,

(1) §. xix. pag. 53. & seqq.

(2) Parte I. Cap. xiv.

(3) *De sacris & Edificiis &c.* Cap. II. pag. 19.

[4] Heinc plane factum est , ut S. LAURENTII nomine occurrant per Orbem terrarum Civitates , Oppida , Pagique : Insulæ , Montes , Flumina &c.

(5) In Præfatione ad Tomum I. Januarii , Cap. IV. §. 3.

(6) Hæc duo Kalendaria , Romanum videlicet , atque Carthaginense , quorum primum edi-

dit Ægidius Bucherius , in Actis Martyrum sinceris apud Ruinartium iterum vulgata sunt .

(7) *Analectorum Veterum* Tomo III.

(8) Bosius , Aringhius &c.

(9) *Roma Sotterranea &c.* Lib. I II. Cap. LXI. pag. 500. Num. 1. edit. Romæ &c. in folio magno Guillelmi Facciotti Anno MDCXXXII. Sed vide in eadem Tab. Num. VII.

(10) Tomo II. Lib. IV. Cap. xxxvII. pag. 265. Num. I. Vide quoque in eadem Tab. Num. VII.

mus (1), lubet graphidem heic adponere, ab ipso exemplo excerptam, quod non satis emendatam ii vulgaverint.



Bonarrotius horumce vitreorum vasculorum, LAVRENTII imagine, ac nomine insignitorum, tria exhibuit illustravitque (2). Ex iis autem illud ceteris præstantissimum arbitramur quod Emblemate votis antiquorum Christifidelium adsimilatur, quamplurimum. VICTOR VIVAS IN NOMINE LAVRETI, nempe LAVRENTII (3), & omnino simile est bis repetitæ inscriptioni plumbei nostri numismatis. SVCCESA VIVAS, videlicet (etsi expresse id adponere opifex non curaverit), IN NOMINE LAVRENTII. Etenim

(1) Videbis pag. 60.

(2) Tab. xvi. fig. 2. Tab. xix. fig. 2. Tab. xix. fig. 2.

(3) Tab. xix. fig. 2. pag. 129. & seqq. Ita

apud Boldettum Lib. II. Cap. v. pag. 388. in vincto lapide vase sanguinis distincto legimus. RYTA... BLET, idest VIVET... IN NOMINE PETRI.

nim loco horum verborum satis esse judicavit ipsas historias, & emblemata utrimque cælata.

Cum hisce imaginibus vetustissimis sancti LAVRENTII, quas vel adtulimus, vel indicantes illustravimus, non inopportune vulgandam censuimus hoc loci aliam ipsius imaginem, quæ depicta est in Codice Vallicellano membranaceo, annorum supra mille: Cui ævo characterum figuræ, & libri forma pene quadrata respondent (1). In hac pictura Juvenianus Subdiaconus expressus est sancto LAVRENTIO Codicem illum offerens. Sedet LAVRENTIUS Crucem manu tenens (2): Stat Juvenianus: Corona vero clericali, sive *Tonsura*, uterque distinguitur (3). De Sandaliis LAVRENTII, atque Juveniani, quæ Cruce signata sunt (4); De vestibus, & earundem coloribus, nihil in præsentia dicimus, ne fines egredi videamur. Supra, manus visitur (5), quæ sancto LAVRENTIO benedictionem impertitur. Quæ autem in eadem pictura scripta sunt, Vota scilicet Juveniani Subdiaconi, in hoc exemplo, characteribus fideliter imitatis, suis locis exhibentur. Porro supra caput sancti LAVRENTII, sic legitur. † SCS LAVRENTIUS LEVITA ET MARTVR. Supra Juveniani imaginem: † IUVENIANVS HVM SVB- DIAC. Inter utrumque: OFFERO TIBI BEATISSIME SCE LAVRENTIUS LEVITA ET MARTVR. Infra vero. SCE LAVRENTI PROPITIUS ESTO MIHI MISERIMO PECCATORI (6). De hoc Codice loquitur cl. Josephus Blanchinius Congregationis Oratorii Presbyter, in Evangeliariorum Quadruplici nuper in Urbe edito (7); pictura vero, modulo nonnihil imminuto, nunc primum publice

(1) Codex notatur lit. B. num. 25. 2.<sup>o</sup>

(2) Videbis quæ diximus de Cruce cum imaginibus S. LAVRENTII depicta in vetustis monim. p. 69.

(3) De Clericali corona nonnulla erudite disseruit cl. Comes Garampius in Dissertatione *De Nummo argenteo Benedicti 114. Pont. Maximi* Cap. v. §. v. pag. 120. & seqq.

(4) Fratres Macri Dominicus, & Carolus in Hierolexico, verbo *Sandalia*, marmoreum scimpedem vetustissimum in Sabinis repertum, ediderunt, qui tunc temporis erat apud Cardinalem Brancatium, fragmentum statuz Pontificalis antiquæ. Sandalium, quo pes munitur, solem habet in inferiori parte, supra nonnisi funiculos quosdam, Cruce in medio conjunctos, ut pes ad

osculum porrigeretur. Hoc insigne monimentum contra Novatores existat modo Romæ in *Museo Vatican.* Ceterum Honorius I. cum sandaliis Crucigeris opere musivo expressus visitur adhuc in Abside Ecclesie S. Agnetis, Via Nomentana. Gregorius IV. in Ecclesia S. Marci. Paschalis I. in Ecclesia S. Cecilie. Vid. Ciampin. *Veter. Monim.* Tom. II. Cap. XIV. Cap. XIX. Cap. XXV. &c.

(5) De manu superne procedente diximus p. 62.

[6] Note breviate scs = HVM = SVB-DIAC = LAV, leguntur SANCTVS = HVMILIS = SVBDIACONVS = LAVRENTIUS: MARTVR, lege MARTYR: MISERIMO, lege MISERRIMO.

(7) Tom. II. pag. DXCIX. a tergo.

lice luci, & eruditorum virorum commodo, atque utilitati exponitur.



Neque reticendum putamus veteres Christianos triduanis vigiliis ad celebrandam sancti LAURENTII sollemnitatem sese dispo-

disponere fatigasse, ut ex Actis ipsius satis antiquis eruitur, in quibus legitur (1). *Quum tradidissent sepulturae sanctum LAVRENTIVM, jejunantes celebrarunt vigiliis noctis triduo, cum multa Christianorum frequentia, nec cessarunt a luctu & lacrymis. Beatus vero Iustinus presbyter obtulit sacrificium laudis, & participes facti sunt omnes. Ad hæc subdit sanctus Gregorius Magnus in Sacramentario, quod edidit Menardus (2), ritu sollemniori celebrari in Urbe consuevisse Festum sancti LAVRENTII; quippe in eo ter sacra Mysteria peragebantur. Tres autem Missas in Nativitate DOMINI nostri IESU CHRISTI [3]: in Nativitate quoque sancti Joannis Baptistæ (4); aliisque nonnullis Festis sollemnioribus celebratas olim fuisse, evincunt Cardinalis Bona (5), Edmundus Martene (6), & alii, qui rem Liturgicam tractarunt.*

Heinc factum est, ut Reliquiæ ipsius semiustulati corporis ita sedulo ab iis Christifidelibus collectæ sint, qui Martyrio adstiterunt, ut nonnullis in locis depositæ, tum in Urbe, tum extra Urbem, pie religioseque colantur (7). Cum quibus corporis Reliquiis, etiam instrumenta Martyrii (8), videlicet Craticulæ magna pars, & furcæ ferreæ servantur, queis utebantur impii lictores ad Martyrem dire cruciandum. Porro iisdem furcis valide membra patientis comprimebant, ut candens subpositæ craticulæ ferrum, & ignem totum inflammantem corpus, veluti

Gal-

